

# FLORA COCHINCHINENSIS:

SISTENS

PLANTAS IN REGNO COCHINCHINA NASCENTES.

QUIBUS ACCEDUNT ALIAE

OBSERVATÆ

IN

SINE NSI IMPERIO,  
AFRICA ORIENTALI,  
INDIAQUE LOCIS VARIIS.

OMNES DISPOSITÆ SECUNDUM

SYSTEMA SEXUALE LINNÆANUM.

LABORE, AC STUDIO

JOANNIS DE LOUREIRO

Regiae Scientiarum Academie Ulyssiponensis Socii: olim in Cochinchinâ Catholicae Fidei Praconis: ibique rebus Mathematicis,  
ac Physicis in Aulâ Praefecti.

Jussu Acad. R. Scient. in lucem edita.

---

Xylaloen, Myrrham, Piper ardens, Sacchara profert:  
Pluraque, si repetas, officiosa dabit.

---

TOMUS I.



7828

ULYSSIPONE  
TYPIS, ET EXPENSIS ACADEMICIS.

ANNO M.DCCXC.

Permissa Regii Concilii pro Examine, & Censurâ Librorum.

A R O D H  
C O G H I L I N E S T A B C O  
I A S T M A N H S T C O T H G O T H A T M A I  
I A S T M A N H S T C O T H G O T H A T M A I  
In opere , sicuti a sententia Veterum recesserim , intelligatur  
hoc factum animo proficiendi in melius , non innovandi . . . Decre-  
tum mibi fuisse aitiorum inventis , quantum in me fuerit , ad-  
dere , cum tamen non minus optaverim etiam inventa mea ab aliis  
in posterum supereri . Bac. de Verul. de Dignit. , & Augm. Scient.  
l. 9. prope finem .

O P D I V I C A L O N  
Intelligendum est eorum omnium , quae inveniuntur , aliqua esse ,  
que jam ab aliis aliquâ ex parte comprehensa . . . longius progre-  
diuntur , magnumque incrementum capiunt . Alia autem a prima ori-  
gine inventa non ita multum a principio progrediuntur : sed tamen  
multo plus utilitatis habent illa initia , quam reliqua omnis , quae  
ex his proficiuntur accessio . Arist. de Repreh. Sophist . l. 2. c. 8.

A R T I G O  
EXTRAHIDO DAS ACTAS  
D A  
ACADEMIA REAL DAS SCIENCIAS,  
da Sessaõ de 9 de Agosto de 1788.

**D**etermina a Academia que a Flora da Cochinchina, que o seu Socio Joaõ de Loureiro , lhe tinha apresentado , se imprima á custa da Academia , e debaixo do seu privilegio.

JOZÉ CORRÊA DA SERRA  
Secretario da Academia.



v  
REGIÆ SCIENTIARUM ACADEMIÆ  
ULYSSIPONENSIS  
CLARISSIMIS SOCIIS.

**V**ESTRIS auspiciis , Socii Clarissimi , tandem aliquando in lucem prodit Flora Cochinchinensis , quæ variros inter casus ultra vicennium eluctata non nisi senior potuit e tenebris emergere. Facem Indicis plantis illustrandis Authores varii prætulerant , in primis Batavi ; quibus ante duo sœcula lumen haud modicum præstiterat noster Garcias ab Horto insigni opere Botanico de Aromaticis , in diversas linguis properè translato , saepiusque typis edito. Hujus pretium optimè noverat doctissimus Caròlus Clusius , ejusdem interpres Latinus , dum præsaga quadam mente afferere ausus est fore , ut ejus lectione excitata præclara ingenia Authoris exemplum sequerentur.

Ast , nescio quoniam fato , illud evénit , ut Maiores nostri , quibus nec occasio , nec vires deerant , domestico exemplari minus attenti se se illi negligerent conformes reddere , & Botanicam scientiam vix a limine salutarent. Unde longâ temporis injuriâ factum est , ut Vegetabilis regni pretiosis emolumentis quodammodo privaremur , quibus aliæ interdum Nationes divites evasere. Attamen non semper eadem rebus facies ineſt ; ipsaque temporis conditio , si Superi favent , ex deteriori in suastam , fæciliemque saepè convertitur.

Faverunt utique ; erectâ siquidem nuperâ scientiarum Regali Academiâ Ulyssiponensi , per Vos , Clarissimi Socii , maturè provisum est , ut in quatuor Orbis partibus ,

In quas Lusitanum imperium latè extenditur , tam rem Herbariam , quam cætera Naturæ arcana idonei viri per-scrutentur : perscrutata , repertaque debitum in ordinem redigantur : redactisque , & publico usui oblatis , omnibus , quotquot sunt ubicunque gentium cultiores populi , vestris laboribus , ac studiis proficiatis.

Talibus , tantisque initius pergrandia incrementa omi-nari cujuscunque erit : præsertim cum incæpto operi pro-movendo nos omnes Patrocinio suo corroboret , imo & munificentia compellat Augustissima , Fidelissimaque Re-gina nostra MARIA I. Quippe quæ haud ignara libera-lium Artium culturam domi , bellique validum afferre hu-manis rebus subsidium , Academiæ stabiliendæ consuluit , subditos sibi populos perefti sapientiâ beatura.

Eadem vota prosequitur , factis olim superaturus , Serenissimus Brasiliæ Princeps JOANNES , Augustissimâ Matre præeunte : quæ & *vinci gaudet ab illo* , dummo-do Lusitanæ propaginis felicitas in ævum maneat , au-geatur , redundet.

Accedit , ingensque robur literariis studiis adaugen-dis profecto addit Illustrissimus alter Joannes Alafoniæ Dux , ejusdem Brigantinæ , id est Regiæ Stirpis Germen Inclitum. Enim vero , cum longe , diuque politiores orbis tractus idem ipse peragraverit , celebriores Academias in-viserit , literarios progressus observaverit , nova inventa collegerit , leges , ac statuta annotaverit , quidquid inde bonæ frugis apud exterros invénit , in Patriam operosus re-tulit , & in Patrios usus curavit adoptari. Hinc Natale suum fortunato duxit Academia nostra , tanto Parente di-gnum ; quem proinde non Academiæ tantum , sed Patriæ Patrem ( nomen apud Romanos maximum ) æquo jure ap-pellaremus , nisi Magni Viri Modestia repugnaret.

Ita-

Itaque maeti animo estote, Socii Clarissimi, ut opus Academicum perficiatis, quod tam solidis columnis suffultum conspicitis. Seduli promovete, usque dum numeris omnibus absolutum deveniat. Materiam Vobis adstruentibus abunde suppeditabunt non Europa solummodo, sed Asia ipsa, sed Africa quoque, & America, Vobis eo pluris habendam, quod plerumque in proprio, et si remotissimo solo inventam, atque collectam.

Opis meæ non erit lapides, metalla, & his pretiosiora tantæ moli erigendæ conferre: iners tamen, & prorsus inutilis socius non ero. Ex meo qualicunque penu Vobis offero Floram istam Cochinchinensem. In ejus penetralibus invenietis ligna ad construendum apta, colores ad ornandum pulchros, annonam, ac pharmaca copiosa, & necessaria, ut laborantium vires reparentur, operi consummando impensæ, & in commune bonum destinatæ.

Vestrum erit muneris exilitatem non dignari. Meum Vobis omnibus morem gerere, & quidem animo perlubenti; honoris enim permagni mihi est, quod dicar, & agnoscar

Dabam Ulyssipone  
pridie Kalendas Octobris an. 1783.

Vester, quamvis minimus, Socius  
*Joannes de Loureiro.*

convene d'auoir nuptialez, & au commencement de la mesme partie, au commencement pour le faire.

länglich-nott-monschitz-schön-wohl-mit-ge-  
 schen-zeichen-8-nach-motore-tadum-11-17-mit  
 zufriedenheit-leidlich-ingezogen-ministerium-berichtend  
 abstimmen-fürst-werke-commission-angreift-natolong-13  
 preis-zur-rede-vernehmende-qualifiziert

CANDIDO, AC REI HERBARIÆ  
STUDIOSO LECTORI.

**R**E GNUM Cochinchinæ, quod ante duo sœcula Tunkini pars fuerat, incipit circa decimum octavum gradum latitudinis Bo- realis: indeque, occupatis regno Champavâ, & parte Ori- entali Cambodiæ, latè ad Aufrum extenditur per gradus plusquam no- vem usque in finum Siamensem.

Triginta sex annis, quibus in eo commoratus sum, sat tem- poris habui ad perscrutanda Naturæ arcana regionis peculiaria: quan- tumvis non satis otii, vel cuiuslibet adjumenti; cum sola diligentia, & industria mihi subsidio fuerint. Illuc primo transmeaveram eum in finem, ut Evangelicus Praeco communem omnium Creatorem, & Salvatorem Jesum Christum illis gentibus annuntiarem. Ast, cum eth- nica supersticio nimium obfisteret, & regni leges vetaarent, ne homo Europæus ibi pedem figerer, opus mihi profecto fuit, ut manendi facultatem obtinerem, omnibus Prudentiæ viribus, Constantiæ, & Charitati contendere.

Prudentiæ quidem, ne nimio zelo correptus viderer Principis leges palam despicere; insimulque, ut earum Scientiarum usu, quæ illi magis placere poterant, firmorem ipsius gratiam demereret: Constantiæ, ut adversa quælibet, quæ etiam in genitali solo haud raro obvenient, in alieno fortiter sufferrem: Charitatis, ut *omnibus omnia factus*, privato commodo, lucrove pothabito, alienis nec- cessitatibus subvenirem; idque præcipue ope artis Medicæ, quæ, jux- ta Dominicum præceptum *curate infirmos, qui in illâ sunt*, oppor- tuniora pharmaca omniaib, tam fidelibus, quam infidelibus depos- centibus sollicitè, & gratis quidem distribuebam. Itaque, Deo favente, & populari aura lenius afflante, non difficulter evenit, ut per Regem mihi licet ibi morari: quin etiam in ejus aulâ rebus Ma- thematicis, & Physicis Praefectum me constituit. Verum non eo ipso Evangelicæ doctrinae promulgandæ libertatem fecit: dissimulabat ta- men dummodo res cautè, & occultè ageretur.

Rebus ita dispositis, affluentum multitudine pene cbruebar, quo- rum multi Catholice Religionis mysteriis, ac præceptis instrui pollu- labant, plerique non nisi corporis medicamenta exposcebat. Ea ta- men diversis morbis curandis necessaria nec ex Europâ habere pote- ram, nec, si habuisssem, satis forem ad solvendum. Quapropter cog- itare ex hinc cœpi, quanam ratione materiam Medicam, Cochin- chine indigenam, & ibi non magno parabilem Europææ pretiosiori substituerem? Hocque initium, & causa fuit coquatus mei in Sci- entiâ Botaniciâ.

Defectu Magistri , & Authorum , qui manuducerent , tardus procedebam . Nec ex Dioscoride , ejusque commentatore Lagunā , Ra-jo , & Tournefortio , quorum opera Botanica successive adeptus fue-ram , satis milii affulgebat lucis , ut Indicas plantas luculenter disser-nerem : quarum multæ , licet ejusdem Generis , & speciei sint , atta-men per se apparent facie ab Europæis quodammodo diversa .

Tandem , labente tempore , opera Cel. Linnei , Genera Plantarum , & Systema Naturæ , Philoſophiamque Botanicam obtinui , ex Cantone Sinarum mihi dono missa ab Humanissimo Viro Thoma Rid-dell , navis Anglicæ Ductore , cujus amicitiae multum debo . His instructus doctrinæ , & terminis Linneanis uti cœpi : statimque cognovi , quantum hoc systema aliis præcellat , quantumque facilitatis ty-ronibus subministrat , qui aliis admiculis defituuntur .

Desiderantur in Cochinchinâ horti Botanici , Principumque yri-daria , prout habentur in Europâ , ubi has cum illis plantis com-parare , ac differentias quascumque internoscere facile possimus . Plantæ Cochinchinenses plerique agrestes sunt , ex altissimis montibus , & vallis sylvis non sine magno labore , & periculo sparsim perendit . Quid igitur systemate Sexuali Linneano facilius , ut eam cognitiō-nem in promptu habeamus ? Floris nunquam antea visi , numeratis sta-minibus , habemus Classem : numeratis Piftillis , Ordinem : in pleris-que etiam non observatis situ , & proportione , quibus oculi frequentius decipiuntur . Cognitis Classibus , & Ordinibus , quæ ampliora , & primaria sunt fundamenta Botanicae , Genera quoque citius distinguiuntur propriis notis . At differentias specificas quis melius Linnaeò de-terminavit ? Tournefortius , qui ceteroquin alias Botanicos antecellit , plurimas species proponit , quæ vix varietates dici possent , nimium filii florum coloribus , quibus nil mutabilius , & fallacius .

Non dissimulabo occurgere adhuc in Systemate Linneano plan-tas anomalas , aberrantesque notis repugnantibus Characteri generali non solum Speciei , ac Generis , sed etiam Ordinis , & Classis : quæ-que milii non parum molestæ attulerunt . Hæ autem , vel repetitis obser-vationibus reducendæ , si corrigi possint , vel pro monstris habendæ , tolerandaque : sicut animal quodlibet , si nascatur aliquæ sui cor-poris parte auctus vel deficiens , ut monstrum miramur , sed non ideo cogimus a proprio Genere exulare . Quodnam vero Systema Botani-cum habemus , in quo similes aberrations non obsint ?

*Verum ubi plura nitent in corpore , non ego paucis  
Offendar maculis , quas vel injuria fudit ,  
Aut oblita parsum cavit Natura .*

Igitur Celeb. Linnei Systema amplectens materiam amplam , & facile parabilem acquisiſi , mihi pro uſu Medico necessarium . Plan-tarum ,

tarum, quarum virtutes cognoveram, vel ex libris Europaeis, vel ex Sinicis, & indigenis, characteres, proprietates, & habitum sedulo describem : quas vero praxi Medicæ inutiles judicabam, prorsus rejiciebam. Verumtamen, cum harum numerus quotidie augeretur, intentem vénit otiosum non fore, si has pariter colligerem, & describerem, Linnæano Catalogo addendas, ac futuro uiri fortasse utilles, quamvis praesenti inutiles videbantur. Exinde omnes indiscriminatum cœpi congerere, & in adversaria reponere. Quarum sexaginta circiter specimina, totidemque descriptiones memini per me missa fuisse Cantonem Sinarum, indeque in Angliam, & Sueciam anno 1774: de quibus meminerunt Clar. Bergius, ( Mat. Med. pag. 5.) & Clar. Linneus Filius. ( suppl. pl. pag. 331.) Anno autem 1779, cum jam, relicta Cochinchinâ, Cantone Sinarum residerem, necedum optata pateret via, quâ in Europam reverterer, Londinium misi ducenta triginta alia specimina plantarum, cum propriis eorum descriptionibus, quæ mihi defectu plenioris notitiae Authorum, quos non habebam, tunc novæ videbantur, quamvis aliquæ novæ non essent.

Ex illis, pluribusque aliis apud me servatis, & iterato correctis hæc Flora componitur: nec tamen exitulo eam esse completam, multas enim ex remotoribus fylvis petendus, quantumvis in Cochinchinâ spontaneè nascentes, nec admodum raras, consequi non potui, quartam circiter partem integræ Florae completuras.

Interea Cantone apud Sinas triennium remanens Sinenses plantas ibi observavi non paucas, quas mihi deferebat mercede conductus Sinensis rusticus, (Europæis enim non permittitur extra vicum suburbii vagari) rei herbarie non prorsus ignarus: qui que solebat plantas undeque exquisitas pharmacopolis vendendas colligere. Idem mihi dicebat eorum nomina vernacula lingua Cantonensi: quibus tamen non multum fidendum puto; siquidem, cum urgeretur dicere, luspicari possumus, quod aliquando, vero nomine non occurrente, arbitrarium quolibet substitueret; qui Sinensium mos est, ne ignorantiam suam prodant. Nomina vero plantarum, quæ usui Medico, aut oeconomico magis inserviunt, ea correctiora sunt, utpote ex libris Sinicis ut plurimum excepta, & lingua universalí Sinensi, quæ Literatorum dicitur, expressa.

In reditu a Sinis in Lusitaniam appellere coactus fui ad insulam Mozambiccum in ordine Orientali Africæ, circa 15 gradum latitudinis Australis: ubi per tres menses commoratus studia Botanica prosequi cordi habui, colligens, & describens varias plantas rariores ex proxima continente Africaniâ. Alias pauciores comparaveram in diversis Indiae locis, quæ perigravi: nempe in Cambodiâ, Champavâ, Benghalâ, Malabarâ, Samatrâ, & alibi: quarum aliquas in hac Flora propriis Classibus, & locis inserui.

Erit fortasse, qui reprobet mei plantas aliarum regionum Flora

re Cochincheni immiscuisse , cum Authores Floristæ loqui tantummodo debeant de illis , quæ sunt Floræ sue concives . In hanc notam , qualisunque ea sit , non ignarus incurri , sed maiori commendo legentium consulens . Si illas in appendices , ut moris est , separam , rigidiori methodo conformior fierem , sed tunc a scopo Naturalis Scientiæ deflechterem , quæ exigit ut proxima locentur , quæ Naturæ proximiora sunt , polhabitâ differentiâ natalium ; proxima enim facilius conferuntur , collata melius dignoscuntur .

Ne vero earum patria , aut origo confundatur , propriis signis distinguentur . Cochinchinenses literâ a : Sinenses b : Africane γ : ex aliis Indiae locis δ . Ita ut , quamvis advenæ , & Floræ hospitio exceptæ , ab hujus domesticis protinus discernantur . Voces , quæ dictas votas sequuntur , sunt nomina propria ejusdem plantæ , expressa lingua illius nationis , quæ tali nota insignitur .

Quamvis methodum , & sistema Celeb . Linnaei amplectar , quia meliorem non novi , non ita me coarctabo , ut ea , quæ aliter observavi , præteream , ac dissimulem . Quam libertatem notus Celeb . Viri candor , si adhuc viveret , non improbarer ; licet enim multa , quæ scripsit , ipse propriis oculis observaverit , plura tamen ex locis remotoribus ab aliis Botanophilis accepit .

In indice characterum Genericorum cuiilibet Clasii præfixo mutavi interdum notam aliquam , quæ in variis speciebus characteri illius Generis adversatur : & adhuc alias excludendas puto , quando progressu temporis , quæ nunc dubia apparent , confirmantur . At in corpore Operis omnes characteres Botanicos ab ipso Linnæo adoptatos , tam Genericos , quam Specificos intactos omnino servavi : subjiciens tamen , quæ aliter me vidisse recordor .

Recentioribus quibusdam vilum est , Clarissimis Hallero , Ludwigo , Forstero , Thunbergio præcuntibus , Systematis Linnæani Clases Gynandria , Monociam , Dioeciam , Polygamiam vel noxas esse , vel superfluas . Ego circa Polygamiam non prorsus diffentio , ipsum met Linnæo Filio comprobante . Alt circa alias tres Clases aliter judico . In Gynandria de Generibus Polyandris Calla , Aro , &c . nihil certi decerni posse Linnæus ipsem agnoverat , ob Stamina , & Germinalia in illis confusa , ac numero incerta . Ex aliis Ordinibus ejusdem Clasii , cuius Genera sexdecim in hac Florâ expono , Helicteris prioris duæ species potius Monadelphæ dicerentur , quam Gynandriae ; cum earum stamina inferius coalescant in tubum , & a Pistillo videantur , prorsus libera : binas alias species verè Gynandras obseravyi , utpote munitas Antheris sessilibus Germinali insidentibus .

In aliis Generibus vel stamina inhaerent Germini , vel Stylo , sive manifestè Gynandra sunt : vel non ita clare , cum , aut Stylum , aut Stigma non habeant satis expressum , sed horum loco punctum aliud , quod , seu fossulam longiusculam a basi Staminis ad Pistillum ducentem ,

tem, per quæ haud ineptè Gynandriae adscribuntur. Hujus Clasis sex Genera inveni Stamine uno donata, quæ si ex Classe Gynandriæ excludamus, transferrri deberent ad Monandriam: obstat autem, ne fiat, quod nulla plantæ horum sex Generum Corollam, Nectarium, Stamen, & Pistillum portet. Monandris naturâ conformia: habituque gaudeant Orchideo potius, quam Scitamineo.

Eadem ratio prohibet Clases Monoeciam, & Dioeciam repudiari, quarum plantæ, quāvis multe sint ordinis Monandi, non tamen habitu, aut flore bene conueniunt cum classiatis Monandris. Præterea causa rejecendi has duas Clases supponitur esse inconstantiam florum, qui in illis nunc inveniuntur. Monoeci, nunc Dioeci, sive etiam Hermaphroditi: &, qui Hermaphroditi nascuntur in America, sive Dioeci, vel Polygami occurrant in insulis maris Australis, Clar. Forstero testante. Ego observationibus Clar. Virorum non presumo contradicere. Tantum afferro frequentem inconstantiam florum illarum. Classem mihi obviam non fuisse: sed raram, quidem, prout Celeb. Linnaeus jam antea obseruaverat, quamque propriis locis annotare non prætermittam.

Itaque, servatis in hac Florâ, Classibus, & Ordinibus Celeberrimi Coryphæi nostri Linnei, cuilibet Generi, & Speciei præponam definitionem, si adsit, ab eodem præscriptam, vel adoptatam: si vero desideretur, nostram substituimus, ita ut nullum Genus, aut Speciem proferamus absque definitione præiâ. Subsequenter habitus plantæ, simulque nota quælibet per me observata, quibus eadem planta convenit, aut diffidet a definitione Linnæanâ, vel a Synonymis Authorum, ut his cum illis proxime collatis, veritas facilis eruantur, & illucescat. Similes notas desideravi frequenter videre in multis operibus Botanicis, nec tamen inveni, vel quia non fuerant observata, vel ut superflue relickerat. Sed illis carens quis recte judicare poterit de plantis exoticis, aut longinqui soli, an aptè, vel inepte collocare fuerint, aut collocandæ sint in tali Genere, vel Specie? Quomodo Scientiae perfectione obtinebuntur? Quam perinde expectaverat Gesnerus sapienter ad Fuchsium scribens. *Quod si suas quisque observationes protulerit, spes est aliquando fore, ut ex omnibus opus unum absolutum perficiatur.*

Genera, & Species hujus Flora signo f. notata non omnia novæ esse præsumo. Tantummodo indicare volui eas plantas, vel in operibus Celeb. Linnei non inveniri, vel ita a meis observatis discrepantes, ut pro diversis, aut novis haberri possint. Circa novas Species, aut Genera constituenda non omnibus idem est judicium. Itaque hec nostra in dato loco maneant, donec Doctorum Virorum contenti, cui non repugno, in meliorem transferantur. Descriptionibus, & Synonymis Authorum paginae amplectentes, & lectorem gravare non est animus. Qui plura, velis, facile aplice inveniet

vehiet in Systemate plantarum Linnaeano per Clar. Reichardum recenti edito, & alibi. Nos ad singulas species duos plerumque laudabimus, ex his praecipue, qui plantas Indianas in ipsa India examinaverunt, vel saltu, si habeantur, qui, acceptis inde herbariis fiscis, de illa plantâ curiosus egerunt. Nec per id faceri vellim mea cum illis penitus convenire. Inter illos in primis excellit industrius, & indefessus Rumphius, cum quo nostra frequentius coherent, tum ob minorem distantiam locorum, tum ob acutius hujus Authoris examen. Horum Malabaricorum Clar. Reichardi, quem mihi perutiliter futurum sperabam, quavis diligenter questum non potui obtinere, ideoquo raro in testem vocavi ab aliis laudatum. Pro plantis Celeb. Linnaeo oonundum cognitis, nec ab alio clare descriptis, sed a me nuper observatis non pretermitram quemlibet Authorem citare, quem judicem de illâ egisse, quamvis obscure, & incompleta.

Solum natale cuiuscumque speciei ut plurimum subjici, siquidem ex illius qualitate sepe ictius proprietates inferuntur. Quas ictivestres dico, latius intelligitur esse indigenas. De cultis paucis sunt de Sinis translate in Cochinchinam: paucissimæ ex aliis locis. Tempus florendi non apposui, quia in multis incertum est in terris Aequatorii proximis, ubi arbores longo tempore florent, aliquæ toto anno, & admodum rara est, que certo tempore foliis omnibus spoliatur. Utile judicavi arborum, fruticum, & herbarum magnitudinem ordinariam indicare, non tamen immutabilem, cum aliquando plus crescat herba humilis in optima terra, & climate, quam arbor procerus in pessimis.

Usus economicos non debui praeterire, cum hic sit finis pri-  
marius Botanicæ, & ex regno Vegetabili pleraque commoda homi-  
nibus proveniant. Eos breviter indicavi, quos ex propriâ, vel incolarum experientia melius stabilitos compcri. Virtutes Medicas non te-  
merc extuli, sed praxi diurnâ probatas, sepe etiam in libris Sinis  
comprobatas. Multe quidem cum Medicina Europæa convenientes  
aliæ, quamvis exoticæ, non ideo despiciendæ, sed amplius proban-  
de. Sapor, & odor plantæ ad hanc cognitionem dicunt, ideo inter-  
dum notantur. Florum colores nec ad cognitionem Medicam, nec  
ad Botanicam multum præstare existimo: non tamen fuerunt omitten-  
di, nam primo oculi intuitu ab illis ducimur in ulteriore cognitionem,  
hominesque indocti ex illis quomodocumque dignoscunt diversas  
species, quamvis sepe fallaciter: omnes autem aliciuntur, & re-  
creantur picturâ illâ tam variâ, quam naturali.

Botanophilis vulgo non placent opera Botanica, que tabulis,  
& figuris plantarum elegantioribus non adornantur. Ego in hac arte  
non valeo: nec in Cochinchinâ, & in aliis peregrinationibus meis  
inveni peritum aliquem, qui adjuvaret. Plantas rariores, quas colle-  
gi, & exsiccatas servavi, partim in Angliam misi, partim familiali-

ter tradidi Botanicæ studiosis videndas , nec amplius recépi : ac , etiam si receperissem , non hic facile invenirentur artifices , qui eas debitâ formâ , & elegantiâ exprimerent . Illis autem deficientibus , liceat mihi effari cum Celeb. Linnæo ( Gen. pl. pag. X. ) Verbis tentabimus omnes exprimere notas æque clare , si non clarissim , ac alii splendifissimis suis iconibus . Nam prout Cl. Scopolius bene advertit ( Introd. Histor. Natur. pag. 6. ) *Bona figura tunc utilis , cum data descriptio manca , aut genuinus individui character nondum fuerit detectus.*

Tandem Candidum Lectorem rogamus , ut benignè ferat , & corrigat quoscumque lapsus , quos proculdubio inveniet in hoc opere . Nec dubitamus multa esse , que nos præterierint ; homines enim sumus , & occupati officiis , subcisisisque temporibus ista curavimus : libenter fatemur cum Plinio Seniore . In præfactione Hist. Naturalis .

De accentibus , & signis grammaticalibus linguae Cochinchinensis , & Sinensis propriis pauca dicere oportet : sine quibus quelibet earum voces , quaes omnes monosyllabæ sunt , nequeunt omnino intelligi , quando literis Europæis exprimuntur ; habent enim suas peculiares , & a nostro alphabeto proflus diversas .

Accentu accuto ( . ) vox attolitur : gravi ( . ) deprimitur : circumflexo ( . ) ore constricto , & semiclauso pronuntiatur . Signo ( - ) sonus prolongatur : ( - ) abbreviatur : interrogativo ( ? ) quasi interrogando profertur : puncto cuilibet vocali supposito ( ? ) aperitate quadam gutturali , & tremulâ prolongatur . Aspiratione ( . ) vox aspera exspirando promittur . Litera b transversè secta ( b ) indicat sonum medium inter b commune , & v consonans . Litera d simili sectione notata ( d ) indicat sonum medium inter d , & r . Vocales o , & u transversè sectæ ( uo ) pronuntiari debent labiis ad latera diductis , in medio conniventibus . Ex ipsis signis aliqua sunt communia linguae Cochinchinensi , & Sinensi : plura peculiarem usum habent in illâ : alia tantummodo in illâ . Omnia ; verò cum molesta sint typographo , sœpe ab illo omittuntur .



## AUTHORES IN HAC FLORA LAUDATI.

- A* Cost. Arom. Christophori A Costa Historia Aromaticum, Clusio interpretē, 1605. in f.
- Act. Helv.* Acta Helvetica, Physico-Mathematica, &c. Basileæ, 1751, & seq. in 4.
- Act. Londin.* Philosophical transactions of the Royal society of London. London, 1665, & seq. in 4.
- Act. Paris.* Histoire de l' Academie Royale des Sciences, &c. a Paris, 1702, & seq. in 4.
- Alp. Exot.* Prosperi Alpini de plantis exoticis libri II. Venetiis 1627. in 4.
- Alp. Egyp.* Prosperi Alpini de plantis Ægypti. Leidæ 1735. in 4.
- Am. Ruth.* Joannis Ammanni Stirpium rariorū in imperio Ruthenico sponte provenientium. Petropoli, 1739. in 4.
- Aublet Guian.* Histoire des plantes de la Guiane Françoise par M. Fusée Aublet. Tom. IV. a Paris, 1775. in 4.
- Baub. hist.* Historia plantarum universalis Joh. Bauhini, & Henr. Cherleri. Tomi III. Ebroduni 1650. in f.
- Baub. Pin.* Casp. Bauhini Pinax theatri Botanici. Basileæ, 1671. in 4.
- Baub. Prodri.* Casp. Bauhini Prodromus theatri Bot. Basileæ, 1671. in 4.
- Baub. Theat.* Casp. Bauhini Theatrum Botanicum. Basileæ 1658. in f.
- Bellon. Obs.* Petri Bellonii rerum in Græcia, Afia, Ægypto, &c. Observationes, Clusio interpretē. Raphelengii, 1605. in f.
- Berg. Mat. Med.* Petri Jonæ Bergii Materia Medica. Stockholmiae, 1782. tomii II. in 8.
- Boerb. Lugdb.* Herm. Boerhaavii Index alter plantarum, quæ in horto Acad. Lugduno-Batavae eluntur. Lugd. Bat. 1720. tomii II. in 4.
- Bont. Jav.* Jacobi Bontii Historia Naturalis, & Médica Indicæ Orientalis. Amstelædami, 1658. in f.
- Brow. Jam.* The civil, and natural history of Jamaica by Patr. Boowen. London, 1756. in f.
- Burm. Zeyl.* Joannis Burmanni Thezaurus Zeylanicus. Amstelædami, 1737. in 4.
- Burm. Ind.* Nic. Laurentii Burmanni Flora Indica. Lugd. Batav. 1768. 4.
- Buxb. Cent.* Joh. Christophori Buxbaumii plantarum minus cognitarum Centurie V. Petropoli, 1728. in 4.
- Camer. Hort.* Joachimi Camererii Hortus Medicus, & Philosophicus. Francfurti, 1588. in 4.
- Catesby Carol.* The natural history of Carolina, &c. by Mark Catesby. London, 1731. in f.

\*\*\*

Clus.

- Clus. Cur. Poster. Car.* Clusii Curæ posteriores. Raphel. 1611. in f.  
*Clus. Exor. Car.* Clusii Exoticorum libri X. Raphelengii, 1605. in f.  
*Clus. hist.* Carolus Clusius rariorum plantarum historia. Antuerpiae, 1601. f.
- Conn. Hort.* Horti Medici Amstelædamensis rariorum plantarum descriptio, & icones, Auth. Jo. Commelinno. Amstel. 1697 - 1701. in f.
- Dalech. Hist.* Jacobi Dalechampii Historia generalis plantarum. Tomi II., Lugduni, 1586. f.
- Dalib. Paris.* Flora Parisiensis prodromus per Dalibard. Par. 1714. in 12.
- Dict. of Arts.* A new, and complete Dictionary of Arts, and Sciences by a Society of Gentlemen. Vol. IV. London, 1763. in 8.
- Dill. Eltb.* Joh. Jacobi Dillenii hortus Elthamensis. Vol. II. Londini, 1732. f.
- Dill. Musc.* J. J. Dillenii historia Muscorum. Oxonii 1741. 4.
- Dioſe. Bot.* Pedacii Dioscoridis Anazarbei de Materia Medica. Basileæ 1674. f.
- Dodart. Mem.* Memoires pour servir à la histoire des plantes, par M. Dodart. Par. 1676. f.
- Du Halde Chin.* Description de l'empire de la Chine, & de la Tartarie par le P. J. B. du Halde. Tom. IV. in f.
- Feuillée It.* Journal des observations faites sur les côtes Orientales de l'Amérique par le R. P. Louis Feuillée. Tom. III. à Paris, 1714-1725, in 4.
- Flor. Dan.* Icones plantarum sponte nascentium in regnis Danicæ, & Norvegiae. Hafniæ, 1761. f.
- Fl. Lapp.* Caroli Linnaei Flora Lapponica. Amstelædami 1737. in 8.
- Forsk. Arab.* Flora Ægyptiaco-Arabica per Petrum Forskålum. Havniae, 1775. in 4.
- Forſt. Gen.* Characteres generum plantarum, quas in itinere ad insulas maris Australis collegerunt Joh. Reinholdus Forſt, & Ge. Forſter. Londini, 1776. f.
- Garc. Arsm.* Hist. simplicium, & Aromatum conscripta a D. Garcia ab Horte, Latino sermone contracta a Car. Clusio. Quinta editio. Raphelengii 1605. f.
- Gmel. Sibir.* Jo. Ge. Gmelin Flora Sibirica. Tomi IV. Petropoli 1747-1769. in 4.
- Grisl. Virid.* Gabrielis Grislei Viridarium Lusitanicum. Veronæ, 1748.
- Gron. Virg.* Joh. Frederici Gronovii Flora Virginica. Lugduni Batavorum, 1743. in 8.
- Hall. Hist.* Alberti Haller historia Stirpium indigenarum Helvetiæ. Tomi III. Bernæ, 1768. f.
- Herm. Par. Bat.* Pauli Hermanni Paradisus Batavus. Lugduni Batavorum, 1688. 4.
- Herm. Lugdb.* Pauli Hermanni Catalogus horti academicæ Lugduno-Batavi, 1687. 8.
- Hern.*

- Hern. Mex.* Francisci Hernandes Historia Naturalis Mexicana. Romæ, 1651. f.
- Hill. Brit. herb.* The British herbal by John Hill. London, 1757. in f.
- Huds. Engl.* Gulielmi Hudsoni Flora Anglicæ. Tomi II. Londini, 1778. 8.
- Jacq. Austr.* Nic. Jos. Jacquin Flora Austriaca. Viennæ, 1773. in f.
- Kämpf. Aman.* Engelberti Kämpferi Amoenitates exoticæ. Lemgoviae, 1712. in 4.
- Kämpf. biss. Jap.* Histoire Naturele, Civile, & Ecclesiastique de l'empire du Japon par Engelbert Kämpfer. Tom. II. à la Haye, 1729. in f.
- Kalm. It.* Petri Kalmii Iter Americanum. Holmiae, 1753. vol. III. 8.
- Lin. Gen.* Caroli a Linné Genera plantarum. Editio sexta Holmiae, 1764. 8.
- Lin. Sy. nat.* Car. a Linné Systema Naturæ. Editio 13. Vol. IV. Vindobonæ, 1767. 8.
- Lin. Mant.* Car. a Linné Mantissa plantarum. Vindobonæ. Et Mantissa altera Holmiae, 1771. 8.
- Lin. Pb. Bot.* Car. a Linné Philotophia Botanica. Vindob., 1770. in 8.
- Lin. Sp. pl.* Car. a Linné species plantarum. Holmiae, 1763. in 8.
- Lin. Sy. Vegetab.* Car. a Linné Systema Vegetabilium. Göttinge, 1774. in 8.
- Lin. H. Cliff.* Car. a Linné Hortus Cliffortianus. Amstel., 1737. in f.
- Lin. M. Cliff.* Car. a Linné Musa Cliffortiana. Lugd. Batav. 1736. in 4.
- Lin. Mat. Med.* Caroli Linnaei Materia Medica. Lipsiæ, 1772. in 8.
- Lin. Sy. pl.* Car. a Linné Systema plantarum, curante D. Joanne Reichenbach. Vol. IV. Francfurti, 1779. in 8.
- Lin. supp. pl.* Caroli Linnaei Filii supplementum plantarum Systematis Vegetabilium editionis decimæ tertiae. Brunsvigæ, 1781. in 8.
- Lob. Adv.* Stirpium adversaria nova, Auctoriis Petro Pena, & Matthia de Lobel. Londini, 1571. f.
- Magn. Monsp.* Petri Magnol Hortus Regius Monspeliensis. Monspelli, 1686. 8.
- Maregr. Bras.* Ge. Maregravii Historia naturalis Brasiliæ. Lugd. Batav. 1648. f.
- Marsd. Sumatr.* History of Sumatra by M. Marsden. London. in 4.
- Martyn. Dec.* Jo. Martyn historie plantarum rariorū decades V. Londini, 1728. f.
- Matth. Diosc.* Petri Andreæ Matthioli commentarii in sex libros Pedaci Dioscoridis. Basileæ, 1674. f.
- Mentz. Pug. rar.* Christiani Mentzelii Pinax Polyglotus, & pugillus rariorū plantarum. Berolini, 1682. in f.
- Mich. Gen.* Micheli nova Genera plantarum. Florentiæ, 1729. in 4.
- Mill. Dic.* Philippi Milleri Dictionarium hortulanorum. Londinii, 1763. in f.

- Moris. Hist.* Roberti Morisoni Historia plantarum universalis Oxoniensis. Oxonii, 1680. Vol. II. in f.  
*Neck. Musc.* Iosep. de Neckar Historia Muscorum. Manhemii, 1771. in 8.  
*Osb. It.* Petri Osbeck Iter Indiæ Orientalis. Holmiæ, 1757. in 8.  
*Petiv. Gaz.* Jacobi Petiver Gazophylacium naturæ. Londini, 1702. in f.  
*Pif. Bras.* Gulielmi Pisonis de Indiæ utriusque re naturali, & Medicinali. Amstelædami, 1658. in f.  
*Pif. Mantiss.* Gul. Pisonis Mantissa Aromaticum. Simul cum precedente. in f.  
*Plin. Hist. Nat.* C. Plinii Secundi Historia mundi libri 37. Lugduni, 1587. in f.  
*Pluk. Phyt.* Leonhardi Plukenetii Phytographia. Londini, 1691. in 4.  
*Pluk. Alm.* Ejusdem Almagestum Botanicum. Londini, 1696. in 4.  
*Pluk. Amalt.* Ejusdem Amaltheum Botanicum. Londini, 1705. in 4.  
*Pluk. Mant.* Ejusdem Mantissa Almag. Botanici. Londini, 1700. in 4.  
*Plum. Am.* Caroli Plumierii Plantæ Americanæ. Parisiis, 1693. in f.  
*Plum. Fil.* Car. Plumierii tractatus Filicum Americanarum. Parisiis, 1705. in f.  
*Pomet. Drog.* Histoire generale des Drogues par le Sieur Pomet. Tom. II. a Paris, 1735. in 4.  
*Raj. Hist.* Joannis Raji Historia plantarum. Tom. III, Londini, 1686. in f.  
*Rheed. Malab.* Hortus Indicus Malabaricus adornatus per Henr. van Rheede. Tomi XII. Amstelædami, 1678-1703. in f.  
*Rumph. Amb. Ge.* Everhardi Rumphii Herbarium Amboniense libri XII. & Auctuarium. Amstelædami, 1750-1755. in f.  
*Scheuchz. Gram.* J. Scheuchzeri Agrostographia. Tiguri, 1719. in 4.  
*Scop. Introd.* Joan. Antonii Scopoli Introductio ad historiam naturalem. Pragæ, 1777. in 8.  
*Sloan. Jam.* A natural history of Jamaica by Hans Sloane. Vol. II. London, 1707, 1725. in f.  
*Thunb. Jap.* Petri Thunberg Flor. Japonica. Lipsiæ, 1784. in 8.  
*Tournef. Instit.* Josephi Pitton de Tournefort Institutiones rei herbariae, & Corollarium Institut. Luggduni, 1719. Tomi III. in 4.  
*Vaill. Par.* Sebastiani Vaillantii Botanicum Parisiense. Parisiis, 1747. in f.  
*Zanon. Hist.* Jacobi Zanonii rariorū stirpium historia. Bononiæ, 1742. in f.

# F L O R A C O C H I N C H I N E N S I S

---

## C L A S S I S I. M O N A N D R I A M O N O G Y N I A.

\* *Flores superi : fructu loculari.*

1. A M O M U M .      *Cor. 3 - partita : neclario petaliformi.*
2. C U R C U M A .      *Cor. 4 - partita : neclario 3. lobo.*
3. C A N N A .      *Cor. 6 - partita : neclario revoluto.*
- + 4. D O N A X .      *Cor. 6 - partita : laciniis tribus erectis , tribus reflexis.*
5. KÆMPFERIA .      *Cor. 6 - partita : laciniis omnibus horizonta-  
libus.*
- + 6. P H Y L L O D E S .      *Cor. 7 - fida : neclario oblongo , cananiculato.*

\*\* *Flores inferi : fructu loculari.*

- + 7. S A L O M O N I A .      *Cor. 3 - fida , in tubum Curvata. Silicula.*
- + 8. G A R C I A N A .      *Cor. 4 - petata. Caps. 3. locularis.*

\*\*\* *Flores monospermi.*

9. B O E R H A A V I A .      *Cor. 1 - petata , Campanulata.*
10. H I P P U R I S .      *Cor. 0 . Cal. 0 .*

## MONOGYNIA.

## GENUS I. AMOMUM.

CHARACTER GENERICUS. *Cor. 4 - fida : laciniæ primâ patente.*  
Lin. Syt. pl. G. 2.

Sp. 1. AMOMUM ZINGIBER. Lingua Cochinchinensi & Cây gừng :  
sinh Kông. Lingua Sinenisi & Sém Kiám.

Differentia specifica. Am. *scapo* nudo : *spicæ* ovatæ. Lin. sp. 1.  
Habitus, & notæ in loco natali observatae. *Radix* serpens, bulbis pal-  
matis, compressis, carnosis, in senectute fibrosis : radiculis tenui-  
bus, brevibus. *Culmus* annuus, 2 - pedalis, simplicissimus, soli-  
dus, erectus. *Folia* linear-lanceolata, semipedalia, glabra, alterna :  
petiolis brevibus, amplexicaulibus, sub-normaliter refractis.  
*Scapus* remotus, 8 pollices altus, crassus, teres, rectus, squamo-  
sus, sparsus nudifolius : *spicæ* ovato-oblongæ, erectæ, composita  
squamis magnis, ovatis, sub-acuminatis, coloratis, flores semicla-  
udentibus. *Calix* spatha duplex, parva. *Corolla* infundibuliformis,  
viridi-lutea : tubo longo, tenui : limbo 3 - partito, laciniis Coni-  
cis, sub-aequalibus. *Nectarium* fusco-rubrum, ovatum, integerri-  
num, petaliforme, basi utrinque alatum, corollæ sub-brevius,  
infra laciniarum fissuram anteriorem adnatum. *Filamentum* filiforme,  
corollæ insidens, ipsa brevius. *Anthera* ovata magna, in longitudi-  
nem fissa, amplectens *stylum* filiformem, ipsa longiore : *stigma*  
cylindraceo, apice ciliato. *Capitula* infera, 3 - gono-rotunda, gla-  
bra, 3 - locularis, polysperma : feminibus multis, oblongis.

Habitat in Cochinclina, & Chinâ, ubique cultum.

Zingiber femina. Pif. Mant. pag. 190. fig. ibi. Gingembre. Pom. Drog.  
1.2. pag. 68. fig. 42. Zingiber maius. Rumph. Amb. 1.8. c. 14. t. 66. f. 1.

Virtus : radicis. Calefaciens, Pellens, Stomachica, Eccoprotica. Suc-  
cus expressus, recens prodest in frebribus intermittentibus ex crassie-  
humorum. Decocto, aut pulvere corrigitur aquæ insalubres :  
sicut etiam Purgantia, & quidem aptius, quam cinnamomo : sin-  
gultus saepè cohibentur.

Ufus. Culinarius, in Indiâ frequentissimus, gratus, & saluber.

Sp. 2. AMOMUM ZERUMBET. & Ngai xanh : Ngai mat tloï.

Differ. spec. Am. *scapo* nudo : *spicæ* oblongæ, obtusa. Lin. sp. 2.

Hab ; & notæ. *Radix* serpens bulbis teretibus, tortuosis, crassis, ra-  
mosis, horizontalibus, carnosis, pallidis : odore tenui, sub-aroma-  
tico : sapore amaricante, nec ardente, ut Zingiberis. *Culmus* 4 - pe-  
dalies

dalis, perennis, simplicissimus, teres, solidus, rectus. *Folia* lanceolata, magna, glabra, petiolata, amplexicaulia, obliquè ascendenta. *Scapus* 1 - pedalis, remotus, crassus, squamosus, ruber. *Spica magna*, sub-ovalis: squamis rotundatis, astrictis, monofloris, rubris. *Calyx* spatha simplex, acuta. *Corolla* infundibuliformis, pallida: tubo longo: limbo 3 - partito, lacinia summâ acutâ, inferioribus sub-ovatis: *nectario* concolore, petaliformi, obtusissimo, 2 - fido, fauci corollæ adnato. *Filamentum* planum, subulatum, inflexum, lacinia posteriori corollæ inhaerens, ipsi subæqualis. *Anthera* oblonga, medio filamenti adnata. *Germen* 3 - gonum, inferum. *Stylus* filiformis, filamento æqualis, crenæ antheræ inclusus. *Stigma* concavum, ciliatum. *Capsula* obtuse 3 - gona, 3 - locularis, 3 - valvis: *Seminibus* multis, ovatis.

Habitat incultum, cultumque in Cochinchinâ.

Lampujun. Rumph. Amb. l. 8. c. 10. t. 64. f. 1. Zingiber Latifolium; Syvestre. Burm. Zeyl. p. 224.

Usus. In Medicinâ externus. Calefacit, Resolvit. Prodest in contusioribus, & artuum doloribus, præcipue crurum, & pedum, si ex radice recenti, & contusa fiat cataplasma, vel fortis ex eâdem cum spiritu vini destillata. Garcias (Arom. l. 1. c. 43-) scribit radicem Zerumbet saccharo conditam meliorem esse Zingibere: fortasse in Malabarâ meliorem habet saporem: in Cochinchinâ non est edulis.

Sp. 3. AMOMUM CARDAMOMUM. α Bach dâu kh'au. β Pě téu keu. Differ. spec. Am. *scapo* simplicissimo, brevissimo: *bracteis* alternis, laxis. Lin. sp. 3.

Hab.; & nos. *Radix* horizontalis, repens, sub-lignosa, nodosa, aromatica: radiculis ramosis, magnis. *Culmus* perennis, binos cum dimidio pedes altus, simplicissimus, teres, erectus. *Folia* lanceolata, subundulata, glabra, striata, amplexicaulia. *Scapus* simplex, brevissimus: *spicæ* brevi, bracteis lanceolatis, laxis. *Corolla* infundibuliformis, 3 - partita, sub-acuta, albo-lutea: *calyce* concolore. *Flos* inter bracteas exertus. *Capsula* 3 - gono-rotunda, 3 - locularis, 3 - valvis, polysperma: *seminibus* multis, angulatis: cortice lœvi, albidente. Odor, & sapor totius plantæ aromaticus, acutus, gratus.

Habitat agreste in regno Cambodiâ, Cochinchinæ tributario.

Cardamomum Minus. Rumph. Amb. l. 8. c. 12. t. 65. f. 1. Icon bona. Bont. Jav. l. 6. c. 37. fig. pag. 126: quæ non æquè propria, ac præcedens.

Virtus: semen. Calefaciens, Stomachica, Carminativa.

Usus etiam frequens in arte Coquinariâ.

## 4 MONANDRIA MONOGYNIA.

† Sp. 4. AMOMUM VILLOSUM.  $\alpha$ . Sa nhon.  $\beta$ . Sô Xâ m'i.

Differ. spec. Am. *scapo* brevi, reclinato : *bracteis* linearibus : *fructu* villoso.

Hab ; & note. *Radix* horizontalis, sublignosa, repens. : *radiculis* longissimis, crassis, odoratis. *Culmus* perennis, simplicissimus, debilis, erectus, teres, 6-pedalis. *Folia* lanceolata, nervia, glabra, petiolata, amplexicaulia, reflexa. *Scapus* 4-pollicaris, tenuis, reclinatus. *Spica* subovata, bracteis linearibus, imbricatis. *Corolla* pallida, infundibuliformis, 3-partita : nectario petaliformi, brevi, obtuso. *Pericarpium* inferum, sub-globosum, semipollicare, rufum, 3-loculare, evalve, exterius obfessum villis multis, crassis. *Semina* multa, angulata, fusca, constricta membranulis interjacentibus. Stamen, & pistillum foliaria. Odor totius plantae aromaticus, lenis, sub-acutus. Sapor recentis fructus sub-dulcis, gratus.

Habitat agreste in montibus Cochinchinæ.

Globba Crispæ, Rumph. Amb. I. 11. c. 30. tab. 61.

Virtus : semimum. Sub-Calefaciens, Stomachica. Roborans, Uterina, Alexiteria. Hæc semina, quæ in provinciis Cochinchinæ Qui nbon, & Phu-yen abique culturâ nascuntur, avidè exportantur a Sinensis bus mercatoribus, in quorum Medicinâ magni sunt usus.

† Sp. 5. AMOMUM MEDIUM.  $\beta$ . Tsao quo.  $\alpha$ . Thao qua.

Differ. spec. Amom. *spicâ* caulinâ, ramosa : *fructu* oblongo, striato, evalvi.

Hab ; & note. *Culmus* perennis, rectus, simplex, 8-pedalis, crassus, teres. *Folia* magna, oblonga, sub-acuta, glabra, petiolis amplexicaulibus. *Flos* spicâ caulinâ, longâ, terminali, ramosa. Recenteum florem non vidi; ideoque de corollæ laciniis, & nectario incertus maneo. *Pericarpium* inferum, oblongum, obtusum, subteres, striatum, crassum, coriaceum, evalve, exsuccum, 3-loculare, polyperrnit. *Semina* multa, angulata, membranulis distincta, fusca, odorata, ardentia.

Habitat in provincia Yü nân imperii Sinensis, ad occasum provinciæ Cantonensis. Suspicor eandem esse plantam, quam Bontius (Jav. I. 6. c. 37. pag. 127.) describit, delineatque sub nomine Cardamomi Maioris. Forma fructus valde convenit cum Cardamomo Medio, apud Matth. in Diosc. I. 1. c. 5. pag. 28.

Virtus : semimum. Calefaciens, Incidens, Deobstruens, Antacida. Prodest in febribus quartanis diuturnis.

Utuntur etiam indigenæ his seminibus ad condendos cibos : simulque acuendam vim cuiuscumque odoris.

† Sp. 6. AMOMUM GLOBOSUM.  $\alpha$ . Mé tlé.  $\beta$ . Tsao keu.

Differ.

Differ. spec. Am. *spicā* caulinā , ramosā : *fructu* globoſo , lāvi.

Hab ; & notæ. *Radix* tuberculosa , repens , brevis. *Culmus* perennis , simplicissimus , teres , erectus , 4 - pedalis. *Folia* lanceolata , magna , glabra , enervia , petiolata , amplexicaulia , erecta. *Flos spicā* caulinā ovato-oblongā , erectā : ramis obliquis : *spathis* partialibus , sub - 4 - floris. *Pteranthium* tubulofsum , 3 - 4 - dentatum. *Corolla* supera , albo-rubra , infundibuliformis , 3 - partita : laciniis oblongo-ovatis , sub-equalibus. *Nectarium* longitudine sesquiplum , undulatum , apice rotundatum , emarginatum , petaliforme , corollæ insitens. *Filamentum* planiusculum , longum. *Anthera* oblongo-ovata , crenā verticali amplectens *stylum* filiformem , ipsa longiore. *Stigma* concavum , ciliatum. *Pericarpium* globosum , glabrum , album , evalve , 3 - loculare , polyspermum : cortice tenui , fragili : *seminibus* multis , angulatis , fuscis , odoratis , sub-ardentibus.

Habitat in montibus Cochinchinæ , & Chine.

Virtus : feminum , & radicis. Leniter Calefaciens , Stomachica , Antacida. Ventris dolores , vomitum , & diarrhœam perutifosam cohibet. Ulus illius frequens apud Sinenses , & Cochinchinenses Medicos.

+ Sp. 7. AMOMUM HIRSUTUM. α Mé thé bá.

Differ. spec. Am. *spicā* caulinā , simplici , reclinatā : *fructu* sub-ro-tundo , hirsuto.

Hab ; & notæ. *Radix* horizontalis , ramosā , repens. *Culmus* perennis , simplicissimus , erectus , teres , hirsutus , 6 - pedalis *Folia* lanceolata , magna , erecta , petiolis amplexicaulis. *Flos spicā* caulinā , linearī , reclinatā , simplici : pedunculis , & spathis 2 - floris. *Pteranthium* tubulofsum , 4 - fidū , inferum : laciniis rotundatis , equalibus. *Corolla* supera , infundibuliformis , 3 - partita , laciniis obtusis , sub-equalibus. *Nectarium* petaliforme , latiflūm , obtusum , incurvum , 4 - fidū , laniciis binis lateralibus brevioribus , rotundatis. *Stamen* unicum. *Fruclus* subrotundo-trigonos , hirsutissimus , evalvis , 3 - locularis , polyspermus : *seminibus* multis , angulatis. *Corolla* albo , rubro , & flavo variegata. Odor , & sapor sub-fatuus. Virtus nondum probata.

Habitat in sylvis Cochinchinæ.

Sp. 8. AMOMUM GALANGA. α Cây riềng ; Cao-Luong-Kuong , β Cao Leam Kiem.

Differ. spec. Am. *spicā* caulinā , erectā : *spathis* sub-trifloris : *capsula* 3 - gono-ovatā , glabrā.

Hab ; & notæ. *Radix* bulbosa , horizontalis , repens : ramis teretibus , crassis ,

crassis, tortuosis, nodosis. *Culmus* perennis, simplicissimus, erectus, glaber, 6-pedalis. *Folia* ovato-lanceolata, enervia, glabra, erecta, magna, petiolis amplexicaulibus. *Flos* spicæ oblongæ, erecta: *pedunculis*, & *spatbis* partialibus sub-3-floris. *Perianthium* inferum, tubulofum, obtuse 3-fidum. *Corolla* supera, albolutea, 3-partita, lacinias oblongo-ovatis, concavis, patentibus, subæqualibus. *Nectarium* petaliforme, subrotundum, emarginatum, lacinias corollæ subæquale. *Filamentum* 1, lineare, crassum, in longitudinem sulcatum, corollæ longius. *Anthera* oblonga, 2-fida, amplectens stylum longiore, crenæ ipsius; & filamenti inclusum: *stigma* crassiulicum, emarginatum. *Capsula* 3-gona, 3-locularis, 3-valvis: *seminibus* multis subrotundis. Odor totius plantæ aromaticus: sapor ardens.

Habitat tam culta, quam agrestis in Cochinchinâ, & Chinâ. Galanga Maior. Lancquas. Rumph. Amb. I. 8 c. 9. tab. 63. ubi satis proprie delineatur, & describitur.

Virtus: Radicis, & feminum. Calefaciens, Incidens, Stomachica, Sternutatoria. Prodeft in Colicâ petuitosâ, Diarrhæâ, Vomitum, Singultu.

Ufus: oeconomicus recentis radicis ad condieros pisces, salgama, & acetaria. Præterea ad parandum, & acuendum spiritum vini, quem ex oryzâ, vel saccharo fermentato extrahunt. Crasè contumam, & æquali oryzæ masse commixtam in bolos efformant, quos in camino suspendunt, ut longo tempore fuliginem imbibant. Bolis itis contritis quantitatem, quam volunt oryzæ coctæ subigunt, ac per noctem finunt quiescere. Sequenti die fermentatam inventiunt, & alembico magno, sed humili includunt, indeque ad ignem destillat spiritus non inferior spiritu vinoſo palmæ Cocos, & fortasse salubrior.

Observ. Miror Celeb. Linnaeum hanc plantam adscripsisse G. Marantæ, cuius characterem effentiale agnoscit *corollam ringentem*, 5-fidam: *lacinias* 2 *alternis patentibus*. Galanga nostra (quæ eadem Rumphii) nec est ringens, nec 5-fida, nec habet duas lacinias alternas patentes, sed omnes, quæ tres sunt, magnitudine, & formâ fere æquales. Non ignoro Rumphium dixisse florem Galangæ 4-petalum: sed attente legenti patet quartum, quod vocat *petalum erectum instar vixilli*, nectarium esse petaliforme, non corollæ laciniam, quod ex situ interiore, & inspectione figuræ confirmatur: quamvis idem Nectarium ex nostra observatione non ita ad basim attenuetur, prout videtur in figurâ Rumphiana. Itaque indubius affero plantam istam speciem esse Amomi, non Marantæ. Eandem cum aliis a me antea in Europam missam examinavit Clar. Bergius (Mat. Med. pag. 5.) camque Amomi speciem agno-

## MONANDRIA MONAGYNTIA.

agnovit. Nec obstat, quod a Doct. Viro vocetnr Amomum Zedoaria Officinarum; siquidem, si pharmacoplas interrogemus, nunc pro Zedoariâ, nunc pro Galangâ eandemmet radicem nobis obtrudent; cum nondum certò confet, quæ vera Zedoaria, aut Galanga antiquorum sit.

+ Sp. 9: AMOMUM ARBOREUM. ♂ . . .

Differ. spec. Am. *Caulē arboreo: fructū Calycino.*

Hab; & notæ. *Arbor* 10 - pedalis : *ramis* multis, tortuosis, patentibus. *Folia* ovato-oblonga, acuminata, integerrima, parva, inferius tomentosa, omnia ad unum latus verba, petiolis vaginantibus. *Flos* dilutè ruber, sessilis, suffultus squamâ conicâ, concavâ, ad apicem subtus carinatâ : *spicâ* ovata terminali, undique floriferâ. *Perianthium* 1 - phylum : tubo magno, ovato-trigono : limbo 3 - partito, laciniis acutis, erectis. *Corolla* supera, infundibuliformis, 3 - partita : laciniis lanceolatis, subæqualibus, patentibus. *Nectarium* petaliforme, lato-ovatum, corollæ sub-æquale, ipsius tubo interius adnatum. *Filamentum* 1, lanceolatum, coloratum, tubo corollæ, & nectario simul connexum. *Anthera* linearis, medio filamenti in longitudinem coalita. *Germen* calycinum, 3 - gonum. *Stylus* filiformis, crenæ antheræ inclusus, illâ longior. *Sigma* verticaliter planum, apice truncatum. *Pericarpium* ovato-trigonum, ex tubo calycis in maturitate in 3 valvas ex angulis dehiscente, 3 - loculare, polyspermum. *Seminibus* multis, longiusculis, angulatis. Sapor, & odor vix ullus. Virtus incognita. Arboris lignum levissimum, nec foco aptum.

Habitat in insulâ Samatrâ, versus plagam orientalem in sylvâ parum a litorie distante.

Observ. Cum in diversi Amomi Speciebus, Calyx, Corolla, Nectarium, Stamen, fructusque sepe inter se differant: numerus autem laciñiarum corollæ semper terminus, & Nectarium semper formâ petali, quamvis situ a laciñis diversum, obseruentur: in ipsis, non in illis, constitutus videtur character effentialis Generis Amomi. Unde sequitur Globbam Sylvestrem (Rumph. Amb. I. 11. c. 33. t. 62.) Amomi speciem esse, quam Linnaeus Junior vocavit Renalmiam. Suppl. pl. pag. 7, & pag. 79.

## GENUS II. CURCUMA.

Charact. Gener. *Stamina* 4 sterilia: quinto fertili. Lin. sy. pl. G. 6.

Observ. Celeb. Linnaeus (syst. Nat. pag. 50, & syst. Veget. pag. 49.) quasi datae descriptioni diffideret, nos monuit, characteres Amomi, Alpinæ, Curcumæ, Thaliæ ab autoptis ex plantis vivis accuratius descri-

8 MONANDRIA MONOGYNIA

- describendos , quod nos diligenter exequi curavimus circa Amomum , & Curcumam : Thaliam vero , & Alpiniam non vidimus.

+ Descriptio Naturalis Curcumæ Vulgaris in solo natali.

Cal. Perianthium superum , 2 - fidum : laciniis oblongo-ovatis , erectis , spicæ squamis occultis.

Cor. Monopetalæ , infundibuliformis : tubo tenui , perianthio æquali , superiorius dilatato : limbo 4 - partito , laciniis longitudine sub-æqualis : binis lateralibus obtusis , undulato-plicatis : summâ acutâ , incurvâ : infimâ latiore , 2 - fidâ , laciniis rotundatis.

Nectarium magnum , incurvum , 3 - lobum , medio emarginato , basi laciniæ corollinæ exteriori ad natum.

Stam. Filamentum 1 , lato-planum , breve , apice rotundatum , laciniæ summæ corollæ insisteus. Anthera exotica , sub-cubica , 2 - fida : appendice subulatâ utrinque exsertâ.

Pist. Germen subrotundum. Stylus capillaris , stamini æqualis , crenæ antheræ inclusus. Stigma Concavum.

Peric. Gapula subrotunda , lœvis , 3 - valvis , 3 - locularis , polysperma. Sem. Rotunda , pauca.

Observ. Labium illud ovatum , ( apud Linnæum ) staminave 4 sterilia nullibi inveni.

Char. Gener. ex propriâ observatione. Cor. 4 - partita. Nectarium 3 - lobum. Filamentum planum.

Sp. 1. CURCUMA LONGA. a Ngé : Kuong hûynh , à Kiâm hoâm.

Differ. spec. Curc. foliis lanceolatis : nervis lateralibus numerosissimis. Lin. Sp. 2.

Hab. Radix perennis , serpens , carnosa , palmata , ramis teretibus , circulis parallelis , radicantibus articulata : cortice tenui pallido : pulpâ croceâ , sapore subamaricata , odore unguentario. *Caulis* nullus. *Folia* lato-lanceolata , magna , integerrima , glabra , annua , pallido-viridia , lineis obliquis , tenuibus , densis fulcata : petiolis longis , erectis , basi dilatatis , se mutuo sustinentibus , & amplectentibus. *Scapus* externus , 3 - pollicaris , tenuis , suberectus , sub-nudus , foliorum fasciculo approximatus. *Spica* crassa , sub-ovata , 3 pollices longa : squamis membranaceis , sub-acutis , albicanibus , semipatentibus , infra medium lateraliter coalitis. *Flos* sessilis , albus , nectario luteo , singulis spicæ squamis solitariè inclusus. Habitat ubique culta , incultaque in Cochinchinâ , & Chinâ.

Curcuma Domestica. Rumph. Amb. 1. 8. c. 16. tab. 64. Terra Merita: Pomet. Drog. I. 2. p. 72. fig. 47. Curc. rad. longa. Burm. Zeyl. p. 83. Virt.

Virt. Resolvens , Emmenagoga , Diaphoretica. Valet in Ictero , Cachexia , contusionibus , vulneribus , scabie , imo etiam in Leprâ , pellendo per transpirationem , si sumatur cum sulphure : vel cum terebinthinâ per urinam. Exterius pruritum , & affectus cutaneos corrigit.

Uſus oeconomicus ad condidios cibos loco Croci , frequentissimus in Indiâ. Circumâ tinguntur telæ , pelles , ligna , ossa , & metalla.

Sp. 2. CURCUMA ROTUNDA. α Ngai Mi. β Pum ngò mèu.

Differ. spec. Curc. foliis lanceolato-ovatis : nervis lateralibus rarissimis. Lin. sp. 1.

Hab; & note. *Radix* perennis , bulbus ovatus , magnus , ovo anserino saepe æqualis : exteriori pellicula tenui , rufescente , annulis parallelis radicantibus cinctus : interiori solidus , carnosus , flavo-ruber , gultu amaricante , odore subaromatico. Serpit sub terra radix per parvos bulbos , ejusdem forme ovatae , ad latera bulbi materni acrecentes. *Caulis* nullus. *Folia* annua , 3 pedes alta , erecta , lato-lanceolata , subobtusa , glabra , latè viridia , lineis obliquis paucis sulcata : petiolis brevibus , ad basim dilatatis , interiores amplectentibus , crassum caulem mentientibus. *Florem* recentem non vidi , quamvis per aliquot annos plantam studiosè coluerem ; naturâ enim agrestis est.

Habitat frequens montes Cochinchinæ , & Chinæ.

Manja-Kua. Rheed. Malab. II. pag. 19. tab. 10. Curcuma radice rotundâ. Burn. Zeyl. pag. 84. Zerumbet Tommon Bezaar (Rumph. Amb. I. 8. c. 17. t. 68.) suspicor hanc speciem Curcumæ designare. Descriptio quodammodo convenit : fed figura nec propriæ descriptioni , nec nostræ benè aptari potest.

Virtus. Fere eadem , quæ praecedens : sed fortior , ac internè sumpta minus tuta. Externè heroicum pharmacum expertus sum in dolore , & tumore ventris ex suppressione lochiorum , vel mensium. Ex bulbis recentibus Curcumæ Rotunda , & Crini Zeylanici , foliisque Artemisiæ contusis , addito parum acetî , fit cataplisma , quod calidum topicè applicatur. Radix ita non est esculenta. Ad tingendum adhibetur , colore quidem pulchro , sed inconstante.

† Sp. 3. CURCUMA , PALLIDA α Ngâ hoang. β San Kiam hoâm.

Differ. spec. Curc. bulbis nodosis : scapo longo , bracteato.

Hab; & note. *Planta* annua , acaulis , erecta , 3 - pedalis. *Radix* perennis , horizontalis , serpens , oblonga , teres , tortuosa-nodosa , intus , & foris pallida , carnosa , odore , & sapore tenui. *Folia* lanceolata , magna , fulcis obliquis , tenuibus , plurimis : petiolis basi dilatatis , interiores ambientibus. *Scapus* externus , 8 polli-

ces longus, bracteis brevibus vestitus. *Spicæ oblonga*, squamis ova-to-lanceolatis, laxis, reflexis, rubescientibus, 1-floris. *Corolla* alto-lutea, 4-partita: *nectario* 3-lobo. *Stamen* 1, fertile, sterilia nulla. *Capsula* infera 3-lo cularis, 3-valvis, polysperma.

Habitat agrestis in Cochinchinâ, & Cantone Sinarum.

*Curcuma Agrestis*. Rumph. Amb. I. 8. pag. 164.

*Ufus internus*, quantum scio, nullus. *Radix* contusa, & externè applicata medetur artuum doloribus, & contusionibus.

Observ. Rumphius (Amb. I. 8. cap. 17.) yarias Tommon species exponit, quas ad genus *Curcumam* pertinere sentio: sed ex defectu sufficientis examinis certò decidere non audeo. *Curcuma Longa Linnaei* aptius vocaretur cum Rumphio *Curcuma Domestica*, quatenus imprimis coli soleat: vel *Curcuma Vulgaris*, quia usu in Indiâ frequentissimo ab omnibus cognoscitur.

### GENUS III. CANN A.

Char. Gener. *Cor.* 6-partita, erecta: *labio* 2-partito, revoluto. *Stylus* lanceolatus, corollæ adnatus. *Cal.* 3-phyllus. *Lin.* sy pl. G. 1.

Sp. 1. *CANNA INDICA*. α Ngai hoang. β San Kläm.

Differ. spec. Can. *foliis* ovatis, utrinque acuminatis, nervosis. Lin. sp. \* 1.

Hab; & note. *Caulis* simplicissimus, erectus, 3-pedalis, minimum digitum crassus. *Radix* bulbosa, sub-palmata, repens, perennis pallida. *Folia* lato-lanceolata, magna, glabra, obliquè sulcata: petiolis amplexeaulibus. *Flos* terminalis, nitidè coccineus, *spicæ* erectæ, pauci floræ. *Calix* superus, folioli 3, lanceolata, periflentia. *Corolla* erecta, 6-partita, inæqualis: *nectario* centrali, 2-partito, revoluto. *Stylus* lanceolatus, corollæ adnatus. *Anthera* 1, linearis, lateri nectarii in longitudinem adhærens. *Capsula*, scabra, 3-gono-ovata, 3-locularis, 3-valvis: seminibus paucis, globolis, nigris, nitidis.

Habitat in collibus, & agris incultris Cochinchinæ, ac Chinæ.

*Cannacorus*. Rumph. Amb. I. 8. c. 22. t. 71. f. 2. *Cannacorus* flore coccineo, splendente. Fournef. Inst. pag. 367. tab. 192. Ubi flos, & fructus naturali magnitudine optimè exprimuntur.

## + GENUS IV. DONAX.

## Descriptio Naturalis.

Cal. Foliola 2, spathacea, lanceolata, inæqualia, convoluta, infera, geminum florem sustinentia.

Periantum proprium superum, 3 - phyllum: foliolis subulatis, incurvis, deciduis.

Cor. Monopetala, irregularis, 6 - partita: lacinias 3 exterioribus lanceolatis reflexis, subæqualibus: 3 interioribus obtusis, erectis, inæqualibus: omnibus ad basim attenuatis, in tubum coalitis.

Stam. Filam. 1, petaliforme, corollæ adnatum, ipsa brevius. Anthera oblonga, lateralis.

Pist. Germen subrotundum. Sylus planus, turbinatus, corollæ brevior: lacinia quâdam, parvâ, obtusa, incisa ad basim vaginatus. Stigma Concavum, inæquale.

Peric. Fructus globosus, glaber, exfuccus, evalvis, 3 - locularis, 1 - spermus.

Sem. subrotunda, scabra: raro ad maturitatem pervenientia, præter unum, binis aliis suffocatis.

Nom. ( $\Delta\sigma\pi\xi$  arundo) a formâ plantæ arndini simili.

Char. Gener. Cor. 6 - partita: lacinias 3 exterioribus, lanceolatis, reflexis: 3 interioribus obtusis, erectis. Fructus 3 - locul., 1 - spermus.

Sp. 1. DONAX ARUNDASTRUM. a Cay long.

Differ. spec. Don. foliis ovatis: paniculis sparsis.

Hab. Caulis fruticosus, teres, solidus, æqualissimus, nitidus, inferius enodis, ad apicem divisus in ramos patentes, 8 pedes altus. Radix serpens, horizontalis, tuberculosa, lignosa, arundiformis. Folia lato-ovata, sub-acuminata, integerrima, glabra, alterna, lineis densis obliquè striata: petiolis teretibus, tenuibus, longiusculis. Flos albus, subterminalis: paniculis magnis, sparsis nutantibus.

Habitat in sylvis Cochinchinæ.

Arundastrum Tonchat. Rumph. Amb. I. 6. cap. 1C. tab. 7.

Observ. Hanc plantam varii Auctores Marantæ adjudicaverunt, ut punto, flore non viso, quia Maranta ab eâ longè differt, juxta characterem Linnæarum nobis propositum. Sy. pl. t. 1. pag. 4. Non autem ita longè distare videtur juxta integrum descriptionem genericam, (Lin. Gen. gl. edit. 6. pag. 3. Genere 5.) quam postea ipse Linnaeus

corrigens degenerantem reddidit ab Arundastro Rumphiano, no-  
stroque.

## GENUS V. KÆMPFERIA.

**Char.** Gener. *Cor.* 6 - partita : *lacinias* 3 maioribus patulis, unica  
2 - partita. *Stigma* 2 - lamellatum. Lin. sy. pl. G. 7.

**Sp. 1.** KÆMPFERIA GALANGA. ex Thien lien : Tam nai & Sân My.  
Differ: spec. Kæmp., *foliis* ovatis, *sessilibus*. Lin. sp. 1.  
**Hab.** & note. *Planta* acaulis, annua, succosa tota. *Radix* bul-  
bosa, palmata, serpens, lobis ovatis, lœvibus : radiculis subu-  
latis, crassis, simplicibus. *Folia* lato-ovata, in orbem prostrata, in-  
tegerrima, glabra, fulcis multis longitudinalibus exarata, obscur-  
viridia : petiolis subterraneis, brevibus, membranaceis, interiores  
amplectentibus. *Flos* radicalis, solitarius, sessilis, succosus, albif-  
fimus, macula violacea magna in medio notatus. *Calix* inferus,  
spathæ multæ, subulatæ, imbricatae : perianthium nullum. *Corolla*  
monopetala, hippocrateriformis : tubo longo, gracili, curvato.  
*Limbus* expansus, horizontalis, 6 - partitus : *lacinias* 3 lanceolato-  
linearibus, subincurvis, æqualibus, longioribus : binis alternis ova-  
tis : infimæ latiore, obtusissimæ, breviter 4 - fidæ. *Nectarium* tubu-  
losum, 2 - fidum, utrinque reflexum, apice rotundatum, tubum  
corollæ superans. *Filamentum* nullum. *Antera* oblonga, lateralis,  
nectario affixa. *Germen* subrotundum, inferum, minimum, abor-  
tiens. *Stylus* capillaris longitudine tubi. *Stigma* obtusum. Odor  
tius plante aromaticus, gratus, diu perseverans. Sapor sub-acutus.  
Color radicis intus albus, foris purpurascens.

Habitat in hortis Cochinchinæ, & Chine.

Linnæus (Hort. Cliff. tab. 3.) Kæmpferiam eleganter delineat, sed  
juniorem ; maturior enim folia habet fere rotunda, nec acuminata :  
tuncque radix palmata fit, lobis ovatis circum accrescentibus. Ibi  
infima corollæ lacinia apparet 2 - fida, quæ in nostrâ videtur 4 -  
dentata. Icon Rumphiana (Amb. 1. 8. tab. 69. f. 2.) minus propria  
haberi potest. At Aro-orchis Burmanni (Zeyl. tab. 13. f. 1.) nulla-  
tenus Kæmpferieæ convenit, ac potius Orchideis, quam Monandris  
adscribenda videtur.

Virtus. Stomachica, Cephalica, Diaphoretica, Alexiteria.

## + GENUS VI. PHYLLODES.

## Descriptio Naturalis.

Cal. Inferus, spathæ multæ, acutæ, imbricatæ, polyfloræ.

Perianthium proprium 3 - phylum: foliolis subulatis, erectis, æquaquealibus.

Cor. Tubulosa: limbo 7 - fido, laciniis 3 exterioribus acutis, subæqualibus, reflexis: 4 interioribus obtusis, erectis, inæqualibus.

Nectarium longum, canaliculatum, erectum.

Stam. Filamentum 1, subulatum breve, lateri nectarii ad basim coactum. Anthera oblonga, irregularis: sphaerulas nudis oculis conspicuas pro polline emittens.

Pist. Germen trigono-ovatum, inferum. Stylus crassus, brevis, stamine sub-longior. Stigma concavum, versus antheram inclinatum.

Peric. Capitula obtuse 3 - gona, monosperma.

Sem. 1, ovatum, leve.

Nom. Phyllodes, five progenies folii dicitur; quia ex folii dehiscente petiolo flos enascitur.

Char. Gener. Cor. inæqualis, 7 - fida: nectario longo, canaliculato, erecto.

+ Spec. 1. PHYLLODES PLACENTARIA. *a* Lá deaong. *b* Toung iep.

Differr. spec. Phyl. acaulis: petiolis longissimis, flantibus: cymis florum e petiolo fillo prodeuntibus.

Hab. Planta perennis, *acanlis*, 5 - pedalis: cuius pedes 4 occupant petioli rectissimi, teretes, æqualissimi, nitidi, invicem distantes.

Folia pedata, ovato-oblonga, apice acuta, integrerrima, plana, obliquè fulcata, glabra, coriacea. Flos albus, aggregatus in Cyman hemisphaericam, magnam, sessilem, infra medium petioli dehiscens erumpentem: involucro 2 - phyllo, spathas partiales, polyfloras colligente. Radix tuberculo-fibrosa, horizontalis, serpens. Germen plerumque abortit.

Habitat loca Umbrosa, Cochininchinæ, & Chingæ.

Ufus æconomicus: ad involvenda cibaria, maximè placetas, simul cum istis foliis in caldaris elixandas, unde gratiorem saporem, & colorem acquirunt. Eadem folia tenera, neendum explicata immergunt spiritui vino, oryzæ, vel sacchari triplici aquâ diluto, ut fiat acetum.

Observ. Quantumuis raro accidat, ut flores ex petiolis filiorum erumpant, hoc tamen observatur in Menyanthe Indicæ, Turneria Ul-

mifoliā , & Pontederiā Vaginali , Haitatāque : quarum nulla convenit cum Phyllōde charactere Clāssico , aut Genericō , nec etiam habitu , si notam illam petioli floriferi excipias . Involucrum Daun Bonkus ( Rumph. Amb. l. II. c. 12. t. 53. ) magis ad nostram accedit foliis , flore , usque apud indigenas : sed quot habeat staminā ignoramus , nec descriptio Rumphiana completa est , ut possimus certò judicare .

### + GENUS VII. SALOMONIA.

#### Descriptio Naturalis.

**Cal.** Perianthium inferum , compressum , 5 - fidū : laciniis subulatis brevibus , subæqualibus , subpatentibus .

**Cor.** Monopetala , formata ex lamellā oblongā in tubum cylindricum , fidū longitudinaliter connivente : limbo 3 - fidō , brevi , laciniis rotundatis , erectis : media longiore , cucullatā .

**Stam.** Filamentum 1 , filiforme , breve , medio laciniæ longioris infestans , igit subæquale . Anthera ovata , incumbens , cucullo tecta .

**Pist.** Germen subrotundum , compressum , superum . Stylus inflexus , in medio ventricosus , stamine brevior . Stigma crassiusculum .

**Peric.** Silicula compressa , 2 - loba , scabra , 2 - locularis , 1 - sperma . Sem. sub - ovata , compressa .

Nom. Salomonia a Primo Universali Botanico Salomone , Rege Hebreorum .

Char. Gener. **Cal.** 5 - fidus . **Cor.** infera , 3 - fida . **Caps.** 2 - locularis , 1 - sperma .

+ Sp. 1. SALOMONIA CANTONIENSIS. *Siāu lam teng.*

Differ. spec. Sal. *foliis* cordatis , 3 - nerviis : *spicis* terminalibus .

Hab. **Caulis** herbaceus , annuus , 6 - pollicaris , erectus , fulcatus , multiplex . **Folia** cordata , acuminata , integrerrima , glabra , sparsa : petiolis brevibus . **Flos** violaceus , *spicis* simplicibus , erectis , terminalibus .

Habitat inculta Cantone Sinarum .

### + GENUS VIII. GARCIANA.

#### Descriptio Naturalis.

**Cal.** Perianthium nullum .

**Cor.** Petala 4 , infera : quorum 2 opposita subrotunda , acuminata , ferrata .

serrata , plicata : 2 alia alterna lanceolata : omnia erecta , pilosa , longitudine subaequalia.

Stam. Filamentum 1 , planum , lato-subulatum , basi curvatum , utrinque alatum , apice reflexum. Anthera terminalis , magna , in cochlearia ex utraque parte spiraliter voluta.

Pist. Germen compresso-ovatum , pilosum. Stylus filiformis , crassus , filamento aequalis. Stigma convexum , papillosum.

Peric. Capsula ovata , compressa , pilosissima , 3 - locularis , 3 - valvis , polysperma.

Sem. Plurima , longiuscula , scabra.

Nom. Garcianam dixi in memoriam Primarii Aromatum Scriptoris Garciae ab Horto. Scio Linnæum (Cliffort. pag. 184.) jam antea dicasse Garciae simul , & Garcino arborem Garciniam : quæ tamen istius nomen potius , quam illius representat. Igitur ut unicuique suus honos , nomenque maneat , non aequipotens , sed integrum , Garciniam totam Garcino , Garcianam integrum Garciae servamus.

Char. Gener. Cal. o. Cor. infera , 4 - petala. Caps. 3 - locularis , polysperma.

† Sp. 1. GARCIANA COCHINCHINENSIS. a Cây Bón bón. a Ti'en tum.

Differ. spec. Garc. foliis equitantibus : spicæ terminali.

Hab. *Caulis* herbaceus , 2 - pedalis , simplicissimus , teres , lanuginosus , erectus. *Folia* subulata , equitantia , crassa , foris striata , intus spongiosa. *Flos* coloris aurei , bracteâ acuminatâ , hirsuta , brevi suffultus : *pedunculis* solitariis , in *spicam* longam , erectam , terminali dispositis assurgens.

Habitat loca humida Cochinchinæ. Unde anno 1774 per me in Europam misa. Postea eandem examinavi Cantone Sinarum , invenerunt Cochinchinensi convenientem.

### GENUS IX. BOERHAAVIA.

Char. Gener. Cal. o. Cor. 1. petala , campanulata , plicata. Sem. 1 , nudum , inferum. Lin. sy. pl. G. 9.

Sp. 1. BOERHAAVIA DIFFUSA. a Hough si fin.

Differ. spec. Boer. *Caulis* lœvi diffuso : *foliis* ovatis. Lin. sp. 2.

Hab. ; & notæ. *Caulis* herbaceus , perennis , tenuis , diffusus , procumbens , flexuosus , teres , lœvis , rubescens , ramosus. *Folia* oblongo-ovata , sub-acuta , repanda , glabra , oppofita , rubescens. *Flos* axillaris , paniculæ diffusa : *pedunculo* communi longo , tenui :

par-

partialibus subdivisis, ribris, brevioribus. *Cal.* o. *Corolla* supera, rubra, 5-fida, plicato-clausa. *Stamen* 1. *Semen* 1, nudum, ovatum, 5-sulcatum, asperum.

Habitat agros Cantonenses in Chinâ.

Hujus varietatem ibidem observavi, cuius flos pallidus, caulis, & folia non rubescunt: cætera conformia.

† Sp. 2. BOERHAAVIA AFRICANA.

Differ. spec. Boer. *Caule* diffuso, hirsuto: *foliis* cordato-rotundis: *racemis* dichotomis, terminalibus.

Hab; & note. *Caulis* herbaceus, diffusus, teres, pilosus, 2-pedalis, ramosus. *Folia* cordata, subrotunda, obtusa, repanda, glabra, crassia, opposita. *Flos* purpureus, racemis magnis, dichotomis, terminalibus. *Calix* 3-phyllo, inferus, deciduus. *Corolla* supera, campanulata, nec plicata: limbo brevi, patente, 5-fido: *Semen* 1, nudum, infertum, sulcatum.

Habitat Mozambicci in Africâ Orientali.

GENUS X. HIPPURIS.

Char. Gener. *Cal.* o. *Petala*. nulla. *Stigma* simplex. *Sem.* 1. Lin. sy. pl. G. II.

† Sp. 1. HIPPURIS INDICA. a Cay nân.

Differ. spec. Hip. *scapo* nudo: *radice* tuberosa.

Hab; & note. Planta palustris, acaulis: *radice* fibrosa, repente: tuberibus multis, subrotundis, sparsis, parvis, nigris, pilosis, edulis. *Folia* subulata, longa, erecta, congesta. *Scapus* 4-pedalis, nudus, rectissimus, simplicissimus, teres, striatus: intrinsecus tubulosus, interceptus membranis transversus, plurimis. *Spica* terminalis, coarctata, longa, erecta, reticulato-squamosa, crassitie culmum vir superans. *Calyx*, & *corolla* nulli. *Stamen* 1 longum. *Stylus* stamini æqualis: *stigmatibus* binis, oblongis. *Semen* 1, orbiculatum, nudum, squama spicæ fotum.

Habitat loca aquosa Cochinchinae.

*Cyperus Dulcis*. Rumph. Amb. I. 10. c. 3. t. 3. f. 1.

## CLASSIS II.

### DIANDRIA.

#### MONOGYNIA.

\* *Flores inferi, monopetali, regulares.*

1. P HILLYREA. *Cor. 4 - fida. Bacca 1. sperma.*
2. LIGUSTRUM. *Cor. 4 - fida. Bacca 4. sperma.*
3. ERANTHEMUM. *Cor. 5 - fida: tubo filiformi. Cupula.*
4. JASMINUM. *Cor. 5 - fida. Bacca dicocca.*
5. NYCTANTHES. *Cor. 8 - fida. Bacca dicocca.*

\*\* *Flores inferi, monopetali, irregulares. Fructus capsularis.*

- + 6. STRIGA. *Cor. hippocrateriformis, 4 - fida: laciniæ summa emarginatæ.*
7. GRATIOLA. *Cor. 4 - fida. Stamina 4: 2 stirlia.*
8. JUSTICIA. *Cor. ringens. Caps. ungue elasto.*
9. DIANTHERA. *Cor. ringens. Antheræ 2 in singulo filamento.*
10. UTRICULARIA. *Cor. ringens, calcarata. Cal. 2 - phyllus.*

\*\*\* *Flores inferi monopetali, irregulares. Fructus gymnospermi.*

11. VERBENA. *Cor. subæqualis. Cal. laciniæ supremæ breviore.*
12. ZIZIPHORA. *Cor. ringens: galeæ reflexæ. Calyx filiformis.*
13. ROSMARINUS. *Cor. ringens: galeæ falcatae. Stam. curva.*

### DIGYNA.

- + 14. OSMANTHUS. *Cor. campanulata. Filamenta plana: Antheris lateralibus*

C

15. AN-

15. ANTHOXANTHUM. *Cal. gluma 1-flora, oblonga. Cor. gluma aristata.*

## TRIGYNA. I C

16. PIPER. *Cor. 0. Baccas 1-sperma.*

## MONOGYNIA.

## GENUS I. PHILLYRIA.

Ghar. Gener. Cor. 4 - fida. *Bacca* 1 - sperma. Lin. sy. pl. G. 19.

† Sp. 1. PHILLYREA Indica. a Cay rim.

Differ. spec. Phil. *foliis* ovatis, acutis : *racemis* terminalibus.  
Hab., & notae. Arbor medioeris, ramosissima : ramis oppositis, patentibus, tortuosis. *Folia* ovata, apice acuta, sub-crenata, parva, glabra, obscurō-viridia, opposita, reflexa. *Flos* albus terminalis, racemis brevibus, plurimis. *Cal.* Cyathiformis, 4-dentatus. *Corolla* campanulata, 4-fida. *Stamina* 2, brevia. *Bacca* 1 - sperma, parva, rotunda, nigra.

Habitat in Cochinchina tam culta, quam agrestis.

Virtus: foliorum. Diuretica, Resolvens. Folia contusa cum Urina, vel aceto, externè apposita breviter sanant contusiones, dolorem leniunt, sanguinis grumos dissolvunt.

## GENUS II. LIGUSTRUM.

Char. Gener. Cor. 4 - fida. *Bacca* 4 - sperma. Lin. sy. pl. G. 18.

† Sp. 1. LIGUSTRUM SINENSE. ♂ . . .

Differ. spec. Lig. *foliis* lanceolatis : *racemis* oblongis, lateralibus, & terminalibus.

Hab., & notae. Arbor parva, 8 pedes alta : *ramis* diffusis, rectis. *Folia* lanceolata, integerrima, tomentosa, petiolata, opposita, obscurō-viridia. *Flos* albus, parvus, racemis oblongis, axillaribus, & terminalibus. *Calyx* cyathiformis, albus, 4-dentatus. *Corolla* 1-petala, campanulata, patens : limbo 4-fido, laciniis lanceolatis, crassis. *Bacca* minima, subrotunda, 4-sperma, fusca. *Stamina* 2. Habitat Agreste prope Cantonem Sinarum.

## GENUS III. ERANTHEMUM.

Char. Gener. Cor. 5 - fida : tubo filiformi. *Auricula* extra tubum. Stigma simplex. *Fruclus*.

‡ Sp. 1. ERANTHEMUM SPINOSUM. ♀ . . .

Differ. spec. Erant. *foliis* ovatis, oppositis : *stipulis* spinosis : *flore* foliario, lateral. C ii Hab ;

Hab; & notæ. *Caulis* subfruticosus, 1 - pedalis, cespitosus, erectus : ramis assurgentibus, brévibus : *Sipulis*, & bracteis spinosis. *Folia* ovata, parva, integerimia, pilosa, oppoſita. *Flos* dilute violaceus, folitarius, lateralis, pedunculatus. *Calyx* 2 - phyllus, foliolis acuminatis, erectis. *Corolla* tubo longo, filiformi, ad basim curvato : limbo 5 - fido, patente. *Filamenta* 2, tubo insidentia, ipsum superanthia : antheris oblongis, incumbentibus. *Stylus* brevis : *Stigmata* crassiusculo. *Capſula* supera, ovata, 2 - locularis, polyperma. Habitat agreste in suburbis Mozambicci in Africâ.

## GENUS IV. JASMINUM.

Char. Gener. *Cor.* 5 - fida. *Bacca* dicocca. *Sem.* arillata. *Antheræ* intra tubum. Lin. sy. pl. G. 17.

Sp. 1. JASMINUM OFFICINALE. a. Sú-hán hōs.

Differ. spec. Jafm. *foliis* oppofitis : *foliolis* distinctis. Lin. sp. 1. Hab; & notæ. *Caulis* fruticosus, scandens, teres, glaber, ramosus. *Folia* oppofita, pinnata : *foliolis* lato-lanceolatis, parvis, integerimis, glabris, distinctis. *Flos* pallidus, odorus, parvus, terminalis, pedunculis paucifloris. *Corolla* tubo cylindrico, longo : limbo plano, brevi, laciniis 5, rotundatis. *Antheræ* 2, sub-seffiles in medio tubi. *Stigma* extra tubum, longum, planiusculum, emarginatum. *Bacca* supera, 2 - cocca.

Habitat agreste prope Cantonem Sinarum.

Jasminum Vulgatum, flore albido. Duham. Arb. tom. I. pag. 309. tab. 122. Bauh. Pin. p. 397. n. 1.

† Sp. 2. JASMINUM NERVOsum. a. Cey Vang.

Differ. spec. Jafm. *foliis* ovatis, 3 - nerviis.

Hab; & notæ. *Caulis* fruticosus, longus, scandens, teres, laevis, ramosus. *Folia* impari-pinnata : *foliolis* fesquipolligaribus, ovatis, acuminatis, integerimis, 3 - nerviis, nitidis. *Flos* albissimus, inodorus, terminalis, pedunculis polyfloris. *Corolla* hippocrateriformis, laciniis oblongis, obtusis, numero inconstantibus, saepius 7, saepe etiam 5, 6, vel 8. *Calyx*, laciniæ totidem, subulatæ, erectæ. *Stamina* 2, tubo inclusa. *Stigma* 2 - fidum. *Pericarpium* baccae, 2, ovata, monospermæ : femine arillato.

Habitat inter sepes Cochinchinæ.

Virtus. Attenuans, Deobstruens. Imprimis valet exrractum totius plantæ, tam usu extero, quam interno. Sapor amarissimus. Odor nullus.

Obsery. Varia sunt Jasmina inodora apud Auctores, quæ cum nostro Co-

Cochinchinensi non coherent. Affine videtur *Nyctanthis Glauca*. Lin. Jun. supl. pag. 82. Flos utriusque generis ; habitus Jasmini proprius.

## GENUS V. NYCTANTHES.

Char. Gener. *Cor.* 8 - fida. *Cal.* 8 - fidus. *Pericarpium* dicoccum. Lin. fy. pl. G. 16.

Sp. 1. NYCTANTHES SAMBAC. a. Hoa-lai g. Mō-hōa.

Differ. spec. Nyct. *foliis* inferioribus cordatis, obtusis : *superioribus* ovatis, acutis. Lin. sp. 2.

Hab. & note. *Caulis* fruticosus, 4 - pedalis, cespitosus, suberectus, nodosus, scaber, ramosus. *Folia* inferiora cordata, obtusa : superiora ovata, subacuta : omnia integerima, rugosa, glabra, opposita. *Flos* terminalis, albissimus, nocte odoratissimus, pedunculis sub-4 - floris, semper luxurians, & sterilis. *Corolla* limbus infimus obtusus, saepe 8 - fidus, non raro 6, 7, 9, 10 - fidus. *Calyx* laciniæ totidem, subnatae, erectæ.

Habitat in hortis Cochinchinæ, & Chinæ, vulgaris quidem, & cultu facilis : nec ideo minus in deliciis habita a Magnatibus, quos allicit præstantia odoris nulli florum cedente.

Flos. Manœ. Rumph. Amb. l. 7. c. 29. tab. 30. Jasminum Limonii folio conjugato. Burm. Zeyl. pag. 128. t. 58.

† Sp. 2. NYCTANTHES GRANDIFLORA. a. Hoa-lit-tal. g. Tā-mō-li.

Differ. spec. Nyct. *foliis* ternis, oppositisque.

Hab. & note. *Caulis* fruticosus, erectus, 5 - pedalis, crassus, scaber. *Folia* stellata terna, oppositaque, ovata, subordata, subacuta, rugosa, glabra. *Flos* albus, plenus, terminalis 1 - 2 - natus, Sambac triplo maior, visu speciosior, fragrantia inferior. *Calyx* 10 - fidus, laciniis linearibus, erectis. *Corolla* infimus ordo laciniarum numero inconstans.

Habitat culta tam in Cochinchinâ, quam in Chinâ : ubi, partim præcisus, partim eleganter flexis ramulis, sit arbuscula pulchra, & pretiosa.

Observ. Cum tam in Nyctanthe, quam in Jasmino numerus laciniarum corollæ, & calycis in plerisque inconstans sit, nec aliis sit character Genericus, per quem differant, congruum magis videtur ex duabus generibus unum fieri.

## † GENUS VI. STRIGA.

## Descriptio Naturalis.

Cal. Perianthium 4-fidum : lacinia subulatis, pilosis, aequalibus, erectis, persistentibus.

Cor. Monopetala, infera, hippocrateriformis : tubo longo, tenui, prope limbum recurvo : limbo 4-partito, lacinia 3 inferioribus aequalibus: supremâ maiori, emarginata: omnibus rotundatis, brevibus.

Stam. Filamenta 2, brevissima, curvaturæ tubi inhærentia. Antheræ oblongæ, stantes.

Pist. Germen oblongum. Stylus longitudine tubi. Stigma simplex.

Peric. Capsula ovato-oblonga, 1-loocularis, polysperma.

Sem. Plurima, subrotunda, minima.

Nom. Striga ab habitu plantæ strigofo.

Char. Gener. Cor. 4-fida : lacinia summâ emarginata. Caps. supera, 1-loocularis, polysperma.

## † Sp. 1. STRIGA LUTEA. A. Thôc chiò kam.

Differ. spec. Striga foliis lanceolato-linearibus floribus solitariis.

Hab. Caulis herbaceus, simplicissimus, erectus, 4-fulcus, 6-pollucaris. Folia lanceolato-linearia, integerrima, sessilia, glabra, sparsa, parva. Flos luteus, axillaris, solitarius.

Habitat inculta in suburbis Cantonienibus.

## GENUS VII. GRATIOLA.

Char. Gener. Cor. irregularis, resupinata. Stam. 2 sterilia. Caps. 2-loocularis. Cal. 7-phylloides: binis exterioribus patulis. Lin. sy. pl. G. 39.

## Sp. 1. GRATIOLA HYSSOPIOIDES ? A. Pl. p. tsao.

Differ. spec. Grat. foliis lanceolatis, subserratis, articulo caulinobrevioribus. Lin. sp. 4.

Hab; & notæ. Caulis herbaceus, annuus, sesquipedalis, erectus, tenuis, ramosissimus. Folia ovato-lanceolata, subserrata, glabra, subfessilia, opposita. Flos violaceus, congestus, axillaris: bracteis lanceolatis, ciliatis suffultus. Cal. nullus. Corolla irregularis, 4-fida, lacinia inferiori maiore. Filamenta 4, quorum 2 sterilia. Capsula lato-lanceolata, compressa, 2-loocularis, 2-sperma.

Ha-

Habitat inculta Cantone Sinarum.

Gratiola Indica minor, vera, sive hyssopoides. Pluk. Alm. p. 180.  
t. 193. f. 1.

† Sp. 2. GRATIOLA STRICTA. a Cay tu hit.

Differ. spec. Grat. foliis ovatis: spicæ longâ terminali.

Hab; & notæ. Caulis subfruticosus, simplicissimus, erectus, sesquipedalis. Folia ovata, acuminata, subferrata, plana, glabra, opposita. Flos albus, rubro punctatus, sessiliis: spicæ longâ, simplici, erectâ, terminali. Calyx nullus præter bracteam triplicem flori suppositam. Corolla tubo longo, tenui, angulato: limbo bilabiato, 5-fido, patente. Stamina 2 sterilia ad latus fertilium, his breviora. Capsula oblonga, acuminata, in medio sinuata, compressa, 2-sperma.

Habitat agrestis in Cochinchinâ.

† Sp. 3. GRATIOLA RUGOSA. a Cay L'au bæ.

Differ. spec. Grat. foliis lanceolatis, rugosis: spicæ ramosa.

Hab; & notæ. Caulis subfruticosus, simplex, erectus, 3-pedalis, teres. Folia lanceolata, sub-crenata, crassa, rugosa, apice reflexa, glabra, opposita. Flos purpurascens, sessilis: spicæ ramosis longiflaminis, terminalibus. Calyx 5-phyllos, foliolis linearibus, suffultus bracteis ternis, subulatis, inæqualibus, calyce brevioribus. Corolla irregularis, 5-fida. Stamina 4, quorum 2 sterilia breviora. Capsula 2-loclaris.

Habitat agrestis in Cochinchinâ.

GENUS VIII. JUSTICIA.

Char. Gener. Cor. ringens. Caps. 2-loclaris, ungue elasto desiliens. Stam. antberâ singulare. Lin. sy. pl. G. 28.

Sp. 1. JUSTICIA ECBOLIUM. a Cay dae laong.

Differ. spec. Just. fruticosa, foliis lanceolato-ovatis: spicæ tetragonis: bracteis ovatis, ciliatis: corollarum galea reflexa. L. sp. 2. Hab; & notæ. Frutex 5-pedalis, erectus: ramis patentibus. Folia ovato-lanceolata, integrim, glabra, opposita, petiolata. Spica terminalis, longa, subtetragona: bracteis ovatis, mucronatis, deciduis. Corolla albicans: labio superiore reflexo, inferiore 3-fido. Caps. ovata, compressa.

Habitat loca minus culta in Cochinchinâ.

Adhatoda spicæ longissimâ, flore reflexo. Burm. Zeyl. pag. 7. tab. 4. f. 1.

Vir-

Virtus. Ab indigenis experta in curanda perioctei inflammatione; quæ in manuum digitis acerbos dolores excitat. Inde nomen vernaculum.

Sp. 2. JUSTICIA PICTA. α Νεαροὶ διηπ.

Differ. spec. Just. fruticosa, *foliis lanceolato-ovatis*, pictis: *corollis* fauce inflatis. Lin. sp. 5.

Hab; & notæ. *Caulis* arboreus, 8-pedalis, brachium crassus: ramis ascendentibus, albicantibus, lœvibus, fragilibus. *Folia* latolanceolata, integririma, nitida, petiolata, oppolita, coloris obscurorviridis, maculâ longâ, albâ, sinuatâ in medio pulchrè signata: costis lateralibus parallelis, obliquis. *Flos* ruber, *spicis* brevibus, terminalibus: bracteis nullis. *Calyx* 5-fidus, acutus, brevis, persistens. *Corolla* ringens, limbo oblongo: fauce inflata: labio superiore concavo, integrerrimo: inferiore 2-fido. *Stamina* 2, recta: *Antheris* incumbentibus.

Habitat in hortis Cochinchinæ.

Folium Bracteatum. Rumph. Amb. I. 6. c. 35. tab. 30.

Virtus: foliorum. Emolliens, Resolvens. Uſus cataplasmatis præcipiens in inflammatione mamillarum ex lactis coagulatione.

Sp. 3. JUSTICIA FASTUOSA? α - .

Differ. spec. Just. fruticosa *foliis ellipticis*: *thyrsis* terminalibus. Lin. sp. 8.

Hab; & notæ. *Caulis* fruticosus, erexitus, 6-pedalis: *ramis* longis, debilibus, fulcatis. *Folia* elliptico-lanceolata, subferrata, glabra, opposita, petiolata. *Bracteæ* lanceolatae, deciduae. *Flos* albus, racemis compositis, oblongis, erexitis, terminalibus. *Corolla* galea concava, 2-fida, acuta: labium inferius 3-fidum. *Filamenta* 2, brevia, fauci inserta: antheris oblongis. *Capitula* oblonga, 4-fulca, 2-locularis, polyperma.

Habitat loca agrestia Cochinchinæ.

Gratiolæ affinis Maderaspatana, Digitalis æmula. Pluk. Phyt. tab. 193. fig. 3.

+ Sp. 4. JUSTICIA NIGRICANS. α Traong sinh Cay.

Differ. spec. Just. fruticosa, *foliis lanceolato-linearibus*, obtusis, nigricantibus: *spicis* distichis, terminalibus.

Hab; & notæ. *Frutex* erexitus, 6-pedalis. *Folia* lanceolato-linearia, obtusa, integririma, crassa, subsessilia, opposita. *Rami*, & *folia* lineis nigris notata. *Flos* albus, rubro virgatus: *spicis* distichis, terminalibus. *Corolla* labium superius lanceolatum, integrum, erexitum: inferius 3-fidum, reflexum. *Bracteæ* setaceæ. *Capitula* 2-locularis.

Habitat loca agrestia Cochinchinæ.

Sp. 5. JUSTICIA CHINENSIS.  $\alpha$  Kim loang bánh.

Differ. spec. Just. herbacea *foliis* ovatis : *floribus* lateralibus : pedunculis 3 - floris : bracteis ovalibus. Lin. sp. 14.

Hab. & note. *Caulis* herbaceus, longus, procumbens, ramosus. *Folia* ovata, sub-acuta, integerrima, glabra, opposita. *Bracteæ* ovalis. *Flos* lateralis, dilutè violaceus : pedunculis 3 - floris : involucro setaceo 2 - phyllo. *Corolla* tubo longo, gracili : limbo ringente : labio superiore subrotundo, inferiore oblongo. *Capitula* 2 - locularis. *Stamina* 2.

Habitat inculta in hortis, & sepibus Cochinchinae.

Burm. Ind. pag. 8. tab. 4. f. 1.

Sp. 6. JUSTICIA PURPUREA.  $\beta$  Chi cháp ho.

Differ. spec. Just. *foliis* ovatis, utrinque mucronatis, integerrimis, glabris : *caule* geniculato : *spicis* secundis. Lin. sp. 21.

Habitus, & note. *Caulis* herbaceus, erectus, ramosus, geniculatus, 3 - pedalis. *Folia* ovata, utrinque acuminata, integerrima, opposita, margine ciliata. *Flor* purpureus, spicis secundis axillaribus : *bracteæ* lanceolatis, pétiolatis. *Corolla* labium inferius turbinato-oblongum, obtusissimum. *Antera* oblongæ. *Filamenta* 2. *Capitula* 2 - locularis.

Recentem observavi Cantone Sinarum, sicut etiam fecerat Osb. it. p. 230. Fol. Tinctorum (Rumph. Amb. l. 10, tab. 22. f. 1.) flores habet terminales, solitarios, in eoque a nostrâ differt.

+ Sp. 7. JUSTICIA TINCTORIA.  $\alpha$  Kim loang nhom

Differ. spec. Just. *foliis* lanceolatis, subcrenatis, pubescentibus : *floribus* congestis, axillaribus.

Hab. & note. *Caulis* herbaceus, ramosus, procumbens, longus, teres, sulcatus. *Folia* ovato-oblonga, acuminata, subcrenata, pubescentia, opposita. *Bracteæ* conicæ, obtusiusculæ. *Flos* rotæ coloris, pedunculis axillaribus, monofloris, polynatis. *Corolla* labio utroque reflexo : superiore ovato, integerrimo : inferiore oblongo, obtuso, 3 - fido. *Stamina* 2. *Capitula* 2 - locularis, elatica.

Ufus. Folia viridi colore saturata, eodem telas pulchrè imbuunt.

Habitat inculta in Cochinchina.

### GENUS IX. DIANTHERA.

Char. Gener. *Cor.* ringens. *Capitula* 2 - locularis, ungue elatico diffliens. *Stam.* singulum *antheris* binis, alternis. Lin. sp. pl. G. 29.

† Sp. 1. DIANTHERA PANICULATA.  $\alpha$  Thuoc lsc nho lá.

Differ. spec. Dianth. *paniculis axillaribus* : *foliis lanceolatis*, tomentosis.

Hab; & notæ. *Frutex* 5 - pedalis, caule erecto, ramis brachiatis. *Folia* lanceolata, integerrima, tomentosa, opposita. *Flos* albus, paniculatus, axillaris. *Calyx* 5 - partitus, lacinia filiformibus. *Corolla* tubo longo, tenui: *labio* superiore filiformi, emarginato: inferiore magno, 3 - fido. *Stigma* acutum. *Antheræ* binæ, una super alteram in singulo filamento. *Capsula* bilocularis.

Habitat syvestris in Cochinchinâ.

### GENUS X. UTRICULARIA.

Charact. Gener. *Cor. ringens*, calcarata. *Cal. 2 - phyllus*, æqualis. *Caps.* unilocularis. Lin. sy. pl. G. 34.

† Sp. 1. UTRICULARIA RECURVA.  $\alpha \dots$

Differ. spec. Utr. *apbylla*: *nectario* recurvo: *spicæ* simplici.

Hab; & notæ. *Caulis* 4 - pollicaris, tenuis, simplicissimus, erectus. *Folia* nulla. *Flos* luteus, *spicæ* simplici, oblonga. *Calyx* biphyllos, comppresso-rotundus, magnus. *Corolla* ringens, *nectario* conico, recurvo, petalo subæquali. *Capsula* lenticularis, polysperma, *Calyce* Clauso fota. *Radix* fibrosa, brevis, folliculis destituta. *Stamina* 2, brevia.

Habitat in rivo Hon mò, non procul ab urbe regia Cochinchinâ.

† Sp. 2. UTRICULARIA AUREA.  $\alpha$  Cky saong.

Differ. spec. Utr. *apbylla*: *nectario* comppresso-conico: *flore* racemoso.

Hab; & notæ. *Caulis* tenuis, longissimus, ramosus, fluctuans. *Folia* nulla. *Radix* plurima, capillaris, viridis, ramosa, utricularata. *Scapus* nudus, teres, erectus, 3 - pollicaris. *Flos* aureus, racemosus: foliolis *calycis* binis, lanceolatis, incurvis. *Corolla* 2 - partita: fauce convexâ, emarginatâ: *nectario* conico, comppresso. Habitat in flaviis lentiioris cursus in Cochinchinâ.

### GENUS XI. VERBENA.

Charact. Gener. *Cor. infundibiformis*, subæqualis, curva. *Calycis* unicó dente truncato. *Semina* 2, five 4, nuda. *Stamina* 2, five 4. Lin. sy. pl. G. 35.

Sp. 1. VERBENA OFFICINALIS. *a* Cỏ roi ngựa: Ma tien thao. & Mă  
pien trão.

Differ. spec. Verb. tetrandra, *spicis* filiformibus: *foliis* multifido-laci-  
niatis. *Caule* solitario. Lin. sp. 15.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, annuus, simplex, angulatus, ramosus, 3-pedalis. *Folia* magna, crenato-multifida, opposita, glabra. *Flos* purpureo-angustus, terminalis, *spicis* filiformibus, longissimis. *Calyx* tubuloso-angulatus, inaequaliter 5-fidus, dente uno truncato. *Corolla* brevis, tubulosa, limbo 5-fido, lacinias rotundatis, subequalibus, patentibus. *Stamina* 4, brevissima. *Semina* 4, nuda. *Spica* sub-solitaria in quolibet ramo.

Habitat agrestis, cultaque tam in Cochinchinâ, quam in Chinâ.

Verbena foliis multifido-laciatis: *spicis* filiformibus. Hort. Cliffort.  
p. II.

Virtus. Nervina, Deobstruens. Decoctum prodest in hydrope, cata-  
plasma in tumore scroti.

### GENUS XII. ZIZIPHORA.

Char. Gener. *Cor.* ringens: labio superiore reflexo, integro. *Cal.* filiformis. *Semina* 4, Lin. sy. pl. G. 39.

† Sp. 1. ZIZIPHORA SILIQUOSA. *a* Cây tút mít.

Differ. spec. Ziz. *foliis* ovatis, rugosis: *spicis* lateralibus: *fructu*  
filique.

Hab., & notæ. *Frutex* erectus, lignosus, ramosus, 5-pedalis. *Folia* ovata, acuminata, integerrima, rugosa, glabra, opposita, magna. *Flos* lateralis, racemosus, ruberrimus, calyce concolore. *Calyx* 5-partitus, lacinias filiformibus, erectis. *Corolla* ringens, labio superiore oblongo, incurvo, margine reflexo, integro: inferiore 3-partito, lacinias linearibus, aequalibus. *Filamenta* 2, longitudine ferre corollæ: *antheris* stantibus. *Stigma* acuminatum. *Siliqua* linearis, 2-valvis: *seminibus* 4, subrotundis.

Observatio. Omnia in hac plantâ Ziziphora sunt propria præter sili-  
quam, quæ etiam alteri generi difficulter accommodabitur.

Habitat agrestis in Cochinchinâ.

### GENUS XIII. ROSMARINUS.

Char. Gener. *Cor.* inaequalis, labio superiore bipartito. *Filamenta* longa, curva, simplicia cum dente. Lin. sy. pl. G. 41.

Sp. 1. ROSMARINUS OFFICINALIS.  $\alpha$  Tay duong Choi.  $\beta$  Yong tso. Differ. spec. Rosm. *fruticosus*, *foliis linearibus, oppositis: spicis brevibus, terminalibus.* Lin. sp. 1.

Hab; & notæ. *Caulis lignosus, crassus, 2-pedalis: ramis multis, diffusis, tortuosis. Folia linearia, crassa, fulco longitudinali, glabra, parva, odorata, opposita. Flos albo-caeruleus, spicis simplicibus, brevibus, terminalibus. Calyx 3-dentatus, lacinia superiore maiore. Corolla ringens, labio superiore oblongo, obtuso, emarginato, lateribus reflexo: labio inferiore longiore, 3-fido, lacinias latas, mediâ concavâ, emarginatâ. Filamenta 2, simplicia. Semina 4 nuda.*

Observatio. Hæc planta in Chinâ, & Cochinchinâ studiose colitur, sed rara est: crediturque aliundè oriundam industriâ Lusitanorum huc fuisse delatam. Ejus defectum supplet frutex Cedrela, quæ & habitu, & virtute Rosmarino conformis, odore superior est: charactere autem floris longè distat, prout proprio loco videri poterit. Gen. 67. Petandria Monogynia.

Thunb. Jap. p. 22. Hort. Clifft. p. 14.  
Virt. Cephalica, Tonica, Nervina.

## D I G Y N I A.

### $\dagger$ G E N U S XV. O S M A N T H U S.

#### Descriptio Naturalit.

Cal. Perianthium inferum, campanulatum, 4-fidum, minutum, lacinias subacutis, persistens.

Cor. Monopetala, campanulata, patentissima: tubo brevi: limbo 4-fido, lacinias oblongo-ovatis, crassis, incurvis.

Stam. Filamenta 2, latiuscula, plana, acuminata, tubo corollæ aequalia, ipsi insistentia. Antheræ 1-loculares, oblongæ, binæ singulo Filamento lateraliter adhaerentes, invicem distantes.

Pist. Germen ovatum, subacutum. Styli 2, crassi, subulati, basi dilatata Germen amplectentes. Stigmata simplicia.

Peric. Abortiens.

Nom. (Οσμη odor:  $\pi\vartheta\sigma$  flos) ex notabili floris odore.

Char. Gener. Cor. 4-fida, aequalis. Antheræ laterales, binæ in singulo filamento, piano.

† Sp. 1. OSMANTHUS FRAGRANS.  $\alpha$  Hoa mout tay.  $\beta$  Mō sī hōa : Guéi hōa.

Differ. spec. Osm. *foliis* lanceolatis, denticulatis, oppositis: *racemulis* subfastigiatis, axillaribus.

Hab. *Frutex* lignosus, 7 - pedalis, erectus: *ramis* ascendentibus, aliquando scandentibus. *Folia* lanceolata, denticulata, incurva, glabra, opposita, petiolis brevibus. *Flor* pallidus, parvus, adoratissimus: *racemis* brevibus, sub-fastigiatis, axillaribus, & terminalibus, padunculis brevibus.

Habitat in hortis Cochinchinæ: frequentius in Chinâ, puto, quod etiam agrestis.

Observ. In utroque regno Pericarpium diligenter quæsivi, nunquam invéni: exstimo semper abortiri. Eftne eadem planta, quæ apud Japones dicitur Moklei? Kœnig. Amæn. p. 844. Thunb. Jap. p. 18. t. 2. De Pericarpio, stylo dupli, antheris lateralibus iphi silent, quæ nostram vertant Oleæ generi commisceri. Memini hanc arbuculam, me Cantone Sinarum remanente, in Angliam translatam fuisse: si ibi floruit, & fructificavit, facillimè res probabitur.

### GENUS XV. ANTHOXANTHUM.

Char. Gener. *Cal.* Gluma bivalvis, uniflora. *Cor.* Gluma bivalvis acuminata. Sem. 1. Lin. sp. pl. G. 46.

† Sp. 1. ANTHOXANTHUM PULCHERRIMUM.  $\alpha$  Co thia thia.

Differ. spec. Anth. *foliis* lanceolatis, undulatis: *paniculâ* spicatâ.

Hab.; & note. Herba graminea, cespitosa. *Folia* radicalia multa, lanceolata, undulata. glabra. *Culm* 1 - pedales, suberefti, simplices, tenues, teretes, foliolis tubularis, paucis vestiti. *Panicula* florum sparsa: *spiculis* linearibus, floribus plurimis, subfessilibus. *Calyx* gluma 3 - flora, bivalvis: valvulis concavis, acuminatis, interiore maiore. *Corolla* gluma bivalvis: valvulis oblongis, acutis, interiore longiore, apice ciliata. *Filamenta* 2, tenuissima, corollâ breviora: *antheris* ovato-oblongis. *Styli* 2, capillares, longiores staminibus: *stigmatis* oblongis. *Semen* 1. subrotundum, corollâ fustum. Planta odoris expers.

Hab. in agris, & hortis Cochinchinæ, incultum.

Observ. Poa Tenella (Lin. sp. 15.) dicitur esse Gramen fumi (Rumph. Amb. l. 10. c. 6. tab. 4. fig. 3.) quæ figura nostram quodammodo repreäsentat, foliis radicalibus jam deciduis. Gluma Calycina multi-flora, propria est Poæ, non Anthoxanthi. Attamen cum in nostrâ plantâ stamina inveniantur constanter duo, eam potius annumeravimus

mus Anthoxantho, non obstantibus calycibus multifloris, qui simili-  
ter tolerantur in Anthoxantho Paniculato Linnei, sp. 3.

## TRIGYNIA.

## GENUS XVI. PIPER.

Caract. Gener. *Cal. o. Cor. o. Baccæ t. sperma.* Lin. sy. pl. G. 47.

\* *Baccis separatis.*

Sp. 1. PIPER NIGRUM. a Tico bo: Ho tico. b Hū tico.

Differ. Spec. Pip. *foliis* ovatis, septemnerviis, glabris, *petiolis* simplicissimis. Lin. sp. 1.

Hab; & note. *Caulis* fruticosus, longissimus, multiplex, ad arbores adrepens, articulis radicantibus. *Folia* oyata, acuminata, integerima, glabra, basi lateribus æqualibus, subplana, apice, & margine sub-reflexa, 7-nervia, venosa, alterna: *petiolis* simplicissimis. *Flor* lateral, & terminalis: *spicis* simplicibus, longiusculis, oppositi-foliis: *floribus* sessilibus. *Calyx* in hac specie semper 4-phyllos, imbricatus, foliolis crassis, concavis obtusissimis, inæqualibus. *Corolla* nulla. *Filamenta* 2, subulata, plana, calyci æqualia, ejus foliolis occulta. *Antheræ* ovatae, supra calycem prominentes. *Germen* globosum, superum. *Stigmata* leffilia, saepius, 4 rarius 3, vel 5, oblonga, reflexa, aspera. *Baccæ* globosa, rubro-fusca.

Piso (Mant. p. 18c.) Veram, quamvis non elegantem, iconem Piperis Nigri profert sub nomine Piperis Maris: at Piper, quod dicit Fæminam, mihi non occurrit. Verum est, quod Piper Album ex eadem plantâ proveniat; si enim fructus finatur diutius in arbore senescere, collectusque, leviter terendo, excorticetur, albus fit: indeque fuscopulo carius venditur, quia excorticatione ponderis amittit. Tam Albi, quam Nigri in Cochinchinâ magna est copia, quâ naves exteræ quotannis onerantur.

Virtus. Calefaciens, stimulans, stomachica. Ad curandos morbos frigidos ventris, stomachi, cerebri, vesicæ, uteri apta: in tertianis, & quartanis febribus proficia: incolarum Indostan panacea. Usus: ad condendos cibos frequens, saluber, & gratus.

† Sp. 1. PIPER SYLVESTRE. a Tico rang.

Differ. Spec. Pip. *foliis* ovato-lanceolatis, 5-nerviis: *spicis* rectis, subterminalibus.

Hab; & note. *Caulis* fruticosus, scandens, tenuis, teres, ramosus. *Folia* oblonga, basi rotundata, apice acuta, plana, 5-nervia, venosa,

noſa , alterna , glabra , petiolata . *Bacculae* ovatae , rubrae , sub-feffiles : *spicis* subterminalibus , linearibus , longis , rectis . *Calyx* , & corolla nulli .

Habitat in fylvis Cochinchinæ , ad nullum usum , quem sciam , a- ptum .

Sulpicor idem esse Piper Caninum . Rumph. Amb. I. 7. cap. 26. tab. 28. fig. 2. Descriptio , & forma spicæ , ac baccularum satis coha- rent cum nostris : folla autem non ita ; quod in multis tribui po- test infastæ oculorum orbitati , que accurato Authori non-permit- fit tabulas ab alio pietas propriis oculis examinare .

† Sp. 3. PIPER PINNATUM . & Xá tháo . & Thuc tieo .

Diff. spec. Pip. caule erecto , aculeato : foliis ovatis , pinnatis .

Hab ; & note . *Caulis* fruticosus , eretus , multiplex , ramosissimus : aculeis multis , brevibus , recurvis . *Folia* pinnata , 3 - juga , oyata , acuminata , undulata , integerrima , venosa , nitida , subfiffilia . *Fruclus* racenii parvis , sub-terminalibus . *Bacculae* globoſae , rubrae , odoræ , parum ardentes .

Observatio . Dubius hanc speciem propono , quia plantam vidi eo tem- pore , quo non florebat .

Uſus apud Sinenſes , ubi nascitur , culinarius : valet etiam in re Me- dicā contra lumbaginem , Chlorofim , hydrope , tuſim , ventris dolores . Tam folla , quam fructus in uſu ſunt .

\*\* *Baccis coalitis* .

Sp. 4. PIPER BETLE . & Cây thiú . & Láu yép .

Differ. spec. Pip. foliis ovatis , oblongiusculis , acuminatis , 7 - nerviis , petiolis bidentatis . Lin. sp. 2.

Hab ; & note . *Caulis* fruticosus , multiplex , longissimus , nodis ra- dicantibus arboribus adrepens . *Folia* ovata , cordataque , acuminata , basis lateribus inæqualibus , incurva , venosa , nitida , 7 - nervia , aromatica , subardentia , alterna : *petiolis* simplicibus , raro biden- tatis . *Flos* spadycy cylindraceo , tenui , longo , solido , flocculis te- cto : *pedunculo* solitario , simplici , foliis oppofito . *Calyx* , & corol- la o . *Stigmata* 4 - 5 , linearia , fiffilia , extra spadycem expansa . *Baccule* comprefſo-angulatae , coalite , ſemi-occultate , inseparabi- les . *Stamina* ſepe quaſita nunquam inveni . Puto quod lateant intra spadycem , quo diſecto , cum aquosus sit , turbatur , evanescit que partium ſymetria , ut nec microscope discerni possit .

Burm. (Zeyl. tab. 83. fig. 2.) eleganter delineat Betle folla , & spa- dyces : cuius caules adrepere videntur Rumph. Amb. lib. 9. tab. 116. fig. 2. sub nomine Sirifolii .

Virtus. Calefaciens, stomachica, Balsamica, Vulneraria. Folia Betle cum frustulo fructus palmæ Arecae, & parum calcis continuo gestantur in ore, & masticantur ab incolis utriusque Indiae Orientalis, tum ad corrigendum pravum anhelitum, tum ad stomachum robandum: a pauperibus etiam ad fallendam famem.

Sp. 5. PIPER LONGUM. a Cây lô: Tát phr. g. Pipō.

Differ. spec. Pip. foliis cordatis petiolatis, sessilibusque. Lin. sp. 6.

Hab; & note. *Caulis* fruticosus, crassus, ramosissimus, adrepens, nodis radicantibus. *Folia* lato-cordata, basi æquali, rotundata, apice acuminata, 7-nervia, undulata, alterna, petiolata, sessiliaque, coloris obscurō-viridis. *Flos*, & *fructus* spadice subulato-oblongo, apice obtuso, a fructificatione Bette parum differente, breviore tamē, & crassiore: *pedunculis* oppositifoliis. *Stigmata* sunt, sicut in Bette. *Baccule* coaltæ, subrotundæ, 1-spermæ. *Stamina* similiter videre non potui.

Piper Longum Rumph. Amb. I. 9. c. 1. tab. 116. fig. 1. Ubi fructus, non folia, cum nostris convenient. Pimpilim Pif. Mant. fig., & pag. 183. Quod autem Garcias ab Horto (Arom. L. 1. c. 22.) dixerit Piper Nigrum, & Lougum esse plantas omnino diversas, intelligi debet præcipue de fructu: cuius spicæ Nigri, & spadices Longi nullatenus similares videri possunt. Adeoque omitti poterat Pisonis censura: loco supra citato.

Virtus: Calefaciens, Stimulans, Deobstruens, Antacida. Piperis Longi fructu, & foliis recentibus utuntur etiam indignæ, ad condendos pīces. Ejus odor, & sapor similiter ardens, sed Nigro inferior, & multis non placet.

#### *Observatio.*

Celeb. Lin. sy. pl. part. 1. pag. 78. simulque sy. Veget. pag. 68. optimo jure requirit, ut species Piperis in solo natali amplius examinentur, videaturque, an different a reliquis in partibus fructificationis? Clar. Forster in itinere ad insulas Oceani Australis hoc examen suscepit, afferitque in multis speciebus invenisse numerum staminum indeterminatum: stigmatum vero numerum, & formam in omnibus fere speciebus differentem. Ego, qui pauca examinavi, differentiam stigmatum similiter variantem notavi, sed a numero terno non longè aberrantem. Stamina quidem bina inveni in speciebus, que gaudent fructu discreto: ast in illis, quarum fructificatio est concreta, & in murinam veluti caudam extensa, quarumque maiorem numerum ex Plumicro recentem Linneus, & Aubletus, etiam oculis microscopio armatis stamina numerare non potui; & an aliquis unquam numeraverit, dubito: sicut etiam an similes plantæ sint veræ species Piperis?

CLAS-

C L A S S I S III.  
T R I A N D R I A.  
M O N O G Y N I A.

\* *Flores superi.*

- |               |  |
|---------------|--|
| 1. M ELOTHRIA | <i>Cor. 5 - fida, rotata. Baccæ 3. locularis.</i>                        |
| + 2. AXIA.    | <i>Cor. 10 - fida, campanulata. Semen 1.</i>                             |
| 3. GLADIOLUS. | <i>Cor. 6 - petaloidea : petalis superioribus tribus convergentibus.</i> |
| 4. IXIA.      | <i>Cor. 6 - petaloidea, patens. Stigmata 3.</i>                          |

\*\* *Flores inferi.*

- |               |  |
|---------------|--|
| + 5. PHANERA. | <i>Cor. 5 - petaloidea. Cal. 4 - phyllus. Legumen.</i>                                   |
| 6. COMMELINA. | <i>Cor. 2 - 3 - petaloidea. Cal. 3 - 4 phyllus. Neottia<br/>ria cruciata, petiolata.</i> |

\*\*\* *Flores graminej : valvulis glumæ calycinæ.*

- |              |   |
|--------------|---|
| 7. SCHOENUS. | <i>Cor. nulla. Cal. paleis fasciculatis. Semen sub-<br/>rotundum.</i> |
| 8. CYPERUS.  | <i>Cor. nulla. Cal. paleis distichis. Semen nudum.</i>                |
| 9. SCIRPUS.  | <i>Cor. nulla. Cal. paleis imbricatis. Semen nudum.</i>               |
| 10. NARDUS.  | <i>Cor. 2 - valvis. Cal. nullus. Sem. tectum.</i>                     |

D I G Y N I A.

\* *Flores uniflori, vagi.*

- |                 |   |
|-----------------|---|
| 11. BOBARTIA.   | <i>Cal. multiyalvis, imbricatus.</i>                      |
| 12. PANICUM.    | <i>Cal. 3 - valvis : tertiam dorsali minore.</i>          |
| 13. ALOPECURUS. | <i>Cal. 2 - valvis. Cor. 1 - valvis : apice simplici.</i> |
| 14. PHLEUM.     | <i>Cal. 2 - valvis, truncatus, mucronatus, sessilis.</i>  |

## TRIANDRIA.

15. PHALARIS. *Cal. 2 - valvis : valvis carinatis, æqualibus, corollam includentibus.*
16. MILIUM. *Cal. 2 - valvis : valvis ventricosis, corollâ majoribus, subæqualibus.*
17. AGROSTIS. *Cal. 2 - valvis : valvis acutis, Cor. brevioribus.*
- † 18. STEGOSIA. *Cal. 2 - valvis. Cor. 3 - valvis, Calyce brevior.*
19. SACCHARUM. *Cal. lanugine extus veltitus.*

\*\* *Flores multiflori, vagi.*

20. AIRA. *Cal. 2 - florîs, 2 - valvis. Flosculi absque rudimento tertii.*
21. POA. *Cal. 2 - valvis. Cor. ovata : valvis acutiusculis.*
22. ARUNDO. *Cal. 2 - valvis. Cor. basi lanata, mutica.*

\*\*\* *Flores spicati, receptaculo subulato.*

23. TRITICUM. *Cal. multifloris.*
24. HORDEUM. *Involucrum 6 - phylum, 3 - florum. Flos simplex.*
25. CYNOSURUS. *Involucrum 1 - phylum, laterale. Flos compositus.*

## TRIGYNA.

\* *Flores inferi.*

26. LECHEA. *Cor. 3 - petata. Cal. 3 - phyllus. Capf. 3 - cœcca.*
27. ERIOCAULON. *Cor. 3 - petala. Cal. compositus. Semen 1, coronatum corollâ.*
- † 28. POLYPARA. *Cor. 4 - petala, polyflora. Cal. o. Capf. 3 - locularis.*
29. MOLLUGO. *Cor. o. Cal. 5 - phyllus. Capf. 3 - locularis.*

## MONOGYNIA.

## GENUS I. MELOTHRIA.

Character Genericus. *Cal.* 5 - fidus. *Cor.* campanulata, 1-petala. *Bacca* 3-locularis, polysperma. Lin. sy. pl. G. 55.

† Sp. 1. MELOTHRIA INDICA. a Cung Kang deit tñat.

Differentia specifica. Melot. solis triangularibus, integris.

Habitus, & notæ. *Caulis* annuus, angulatus, tenuis, longus, ramosus, scandens cirrhis oppositifoliis. *Polia* triangularia, integra, denticulata, alpina, parva, alterna, petiolis longis. *Flos* albus, lateralis, subsolitaribus, pedunculatus: *Calyx* 5-dentato, supero: *corolla* campanulata, 5-partita. *Bacca* ovato-oblonga, laevis, minima, albo-viridis, 3-locularis, polysperma.

*Cucumis Marinus Viridis.* Rumph. Amb. l. 9. cap. 73. tab. 171. f. 2.

Habitat in Cochinchinâ implicata inter sepes.

Obser. Melothria Pendula Linnæi (quæ Americana) procul dubio est diversa species, quæ ab ipso (Cliff. pag. 490.) dicitur habere folia cordata, 5-loba. Ego libenter utramque speciem Cucumeri adscriberem; nam flores hermaphroditæ Melothriæ non videntur præbere argumentum sufficiens ad distinguendum genus, maximè cum flores masculi in hac etiam inveniantur, & invenientur fortassis feminæ, si diligentius querantur. Odor pariter, sapor, & color Melothriæ Indicæ cum cucumere sativo convenit. De Antheris coalitis, vel liberis non bene menini.

## † GENUS II. AXIA.

## Descriptio Naturalis.

*Cal.* Perianthium 3-phylum: foliolis acutis, brevibus, inæqualibus, deciduis.

*Cor.* Monopetala, campanulata, æqualis, minima: limbo 10-fido, plano: lacinias rotundatis, brevibus.

*Stam.* Filamenta 3, filiformia, corollæ æqualia. Antheræ didymæ, lobis globosis.

*Pist.* Germen inferum, ovatum, fulcatum. Stylus filiformis, æqualis staminibus. Stigma crassiusculum.

*Peric.* Nullum.

*Sem.* Unum, ovatum, fulcatum, hirsutum.

*Nom.* (Ἄξιος dignus) Axiam vocavi, quia ratione virtutis a me-

dicis Cochinchinensis magni habetur, quasi semula pretiosi phar-maci Sinensis *Gin-Sen*.

Sp. 1. AXIA COCHINCHINENSIS.  $\alpha$  Nhan Gam Phu yen.

Differ. spec. Ax. *caule* ramosissimo : *foliis* lanceolatis, tomentosis. Habitus. *Frutex* bipedalis *caule* lignoso, multiplici, ramosissimo, no-doso, rubente, ptocumbente. *Radix* sub-fusiformis. *Folia* ovato-lan-ceolata, sub-crenata, tomentosa, parva, inaequalia, opposita. *Flos* albo-ruber, minusculus, racemis sub-terminalibus.

Virtus. Calefaciens, Roborans. Urinam, sudorem, & menses moveat.

Prodest in febribus intermittentibus, cruditate ventriculi, pulmonum humoribus viscidis, obstructionibus uteri.

Observatio. *Frutex* iste quem nullibi inveni, praeterquam in Cochinchina, accedit ad Boerhaaviam semine nudo, sulcato : recedit corollæ, staminibus, & calyce. Quodammodo etiam affinis est Valerianæ.

### GENUS III. GLADIOCUS.

Char. Gen. *Cor.* 6-partita, ringens. *Stam.* adscendentia. Lin. sy. pl. G. 63.

Sp. 1. GLADIOCUS UNDULATUS.  $\beta$  . . .

Differ. spec. Glad. *foliis* ensiformibus : *petalis* subæqualibus, lanceo-latis, undulatis. Lin. sp. 6.

Hab ; & nota. *Caulis* herbaceus, sesquipedalis. *Folia* ensiformia, gla-bra, bifariam expansa. *Spica* disticha, terminalis, floribus alternis. *Corolla* alba, luteo maculata, monopetala, tubulosa, limbo sex-partito : laciniis oblongis, obtusiusculis, quarum quatuor undulato-crispatæ : omnes subæquales, reflexæ. *Nectarium* 4-partitum, la-ciniatum. *Stamina* 3, ponè nectarium ascendentia. *Capsula* infera, 3-locularis, polysperma.

Linn. Mant. pag. 27.

Habitat Cantone Sinarum, in hortis cultus.

### GENUS IV. IXIA.

Char. Gener. *Cor.* 6-petata, patens, æqualis. *Stigmata* 3, erecti-usculo-patua. Lin. sy. pl. G. 62.

Sp. 1. IXIA CHINENSIS.  $\alpha$  Ré quæ: Xa cæn.  $\beta$  Xæ cæn.

Differ. spec. Ix. *foliis* ensiformibus : *panieula* dichotoma : *floribus* penduculatis. Lin. sp. 6.

Hab ; & nota. *Caulis* perennis, 3-pedalis, inferius anceps, ad apice

ccim

cem teres. *Radix* bulbis teretibus , ramosis , croceis , radiculis longis. *Folia* equitantia , lanceolato-lincaria , striata , glabra. *Flos* magnus , terminalis , aureus , rubro punctatus : panicula erecta , pauciflorar. *Cal.* communis spathae acuta , imbricatae , proprius nullus. *Corolla* petala 6 , ovato-oblonga , æqualia , patentia. *Filamenta* 3 , subulata , versus basim plana , corolla breviora : antheris linearibus , stantibus. *Stylus* turbinato-linearis , æqualis staminibus , profunde 3-fidus : laciniis planis , erectis. *Stigmata* 3 , villosa , 3-fida. *Capitula* 3-gona , 3-locularis , 3-valvis , infera , polysperma.

Habitat culta , in cultaque in Cochinchinâ , & Chinâ.

Burm. Ind. p. 16. Balemanda. Rheed. Malab. 11. p. 73. t. 37.

Observ. Cl. Thunb. (Japon. p. 34.) hanc plantam Moræam esse judicat : mihi magis placet Ixiam , & Moræam in unum Genus jungit , quia vix differunt.

Virtus. Radicis. Aperiens , resolvens. Sanguinem , & humores crassos solvit , precipue in tumore faucium.

### + GENUS V. PHANERA.

#### *Descriptio Naturalis.*

*Cal.* Perianthium 4-phylum : foliolis acutis , longis , patentibus , inæqualibus : duobus oppofitis planis , lunatis.

*Cor.* Petula 5 , ovata , patentia , inæqualia , calyci inserta : unguibus longis , basi appendiculatis , superius utrinque alatis.

*Stam.* Filamenta 3 , æqualia , filiformia , deorsum declinata , corolla longiora. Antheræ nutantes , oblongæ.

*Pist.* Germen superum , oblongum , compressum , pedunculatum : stylus filiformis , brevior staminibus. Stigma obtusum.

*Peric.* Legumen planum , glabrum , polyspermum.

*Sem.* Orbiculata , pauca.

Nom. ( Φανερὸς manifestus ) a corolla , & calyce patentissimis.

Char. Gener. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 4-phyllus. Legumen.

Sp. 1. PHANERA COCCINEA. a Ré quich.

Differ. Spec. Phan. *Caule scandente : foliis cordatis , 2-fidis , 9-nerviis.*

Hab. & nota. *Frutex* magnus : *caule* crasso , compreſſo , inæquali : *ramis* multis , longissimis , scandentibus , cirrhosis. *Folia* cordata , acuta , 2-fida , 9-nervia , sparla , petiolata , a tergo nitide rufa. *Flos* coccineus , pulcher : *pedunculis* longis : *racemis* magnis , terminalibus , pendulis.

Habitat in Sylvis Cochinchinæ, ad verticem magnarum arborum pertingens.  
 Folium linguae Rumph. Amb. 1. 7. cap. 1. tab. 1.  
 Observ. Lin. sy. vegetab. pag. 326, & sy. pl. par. 2. pag. 245. adjudicavit hanc plantam generi Bauhiniae, nomine Bauhiniae scandentis. Sp. 1., ratione (puto) corollæ, & leguminis, quæ utrisque communia sunt. Ast in nostrâ stamina constantia sunt terna: prout ante me bene notaverat Rumphius, & calyx 4-phyllos, non 5-fidus, ut in Bauhinia. Cumque classis Triandria nullam connexionem habeat cum Decandriâ, Bauhiniae propriâ, sicut ista observatur habere cum Pentandriâ, vel Dioecia, &c. existimo Phanerae Cochinchinensem, quæ ab Amboinenſi Rumphinâ non discrepat, diverso generi adscribendam. Vouapa Bifolia (Aublet. Guyan. p. 25. t. 7.) staminibus 3, fructu leguminoso, calyce 4-fido, corollâ expansâ, unguiculata, quamvis 1-petala, & foliis 2-natis Phanerae approximatur, & quidem in eadem classe: similiter Outéa Guyanensis ejusdem, (pag. 28. t. 9.) staminibus 3, corollâ 5-petala, inaequali, patente, calyce 5-fido, & quantum ex germine concipi potest legumine pedunculato. Praeterea Bauhinia Outimouta Aublet. pag. 375. t. 144. (cujus ille florem non vidit) sicut modo habetur habitu, & fructu Phanerae similiors, sic maiori jure congener censetur, quando stamina numerentur, quæ spero invenienda Triandra. Scio multos timere ne, genera multiplicando, memoria studentium gravetur: ego autem magis timeo ne nimium coarctando confundantur: ambiguique, imo erronei fiant characteres tam Generum, quam Classem, per quod scientia Botanica evertetur. Est modus in rebus.

## GENUS VI. COMMELINA.

Char. Gener. Cor. 6-petala. Nectaria 3, cruciata, filamentis propriis inserta. Lin. sy. pl. G. 68.

\* Dipetalæ, ob duo petala maiora.

Sp. 1. COMMELINA COMMUNIS. & Rau thai 瑞泰  
 Differ. spec. Com. corollis inaequalibus: foliis ovato-lanceolatis, acutis: caule repente, glabro. Lin. sp. 1.  
 Hab; & notæ. Caulis 1-pedalis, annuus, repens, glaber, ramosus.  
*Folia* ovato-lanceolata, glabra, petiolis amplexicaulibus. *Calyx* 4-phyllos. *Corolla* 2-petala, coloris dilutè cœrulei. *Nectaria*, & filamenta 3. *Caps.* 3-locularis, polysperma.  
*Ephemorum* Dipetalum, Japonicum. Kämpf. amoenit. tab. 889.

Uſus:

Uſus : in Cochinchinā edulis tam cocta , quam cruda.

Virtus Medica. Refrigerans , Humectans , alvum laxans. Internē juvat in adſtrictione alvi , stranguriā , caloribus internis. Externē ophthalmis medetur , tumores , & dolores lenit.

Sp. 2. COMMELINA AFRICANA γ . . .

Differ. spec. Com. *corollis* inæqualibus : *foliis* lanceolatis , glabris : *caule* decumbente. Lin. sp. 2.

Hab ; & notæ. *Caulis* ramosus , procumbens , repens : radice perenni. *Folia* lanceolata , glabra , alterna , petiolata , vaginis ciliatis. *Flos* terminalis , polynatus : corollis dipetalis : nectariis 3 , pedunculatis , luteis , non cruciatis , sed apice sinuato-incisis.

Habitat in orā orientali Africā. Mil. Dict. n. 3.

Sp. 3. COMMELINA BENGHALENSIS. α Rau tsi loung.

Differ. spec. Com. *corollis* inæqualibus : *foliis* ovatis , obtusis : *caule* repente. Lin. sp. 3.

Hab ; & notæ. *Caulis* 1 - pedalis , ramosus , teres , semierectus , repens : radice perenni. *Folia* ovata , pilosa , integerrima : *petiolis* amplexicaulibus. *Corolla* dipetalæ , coloris cyanei. *Calyx* 4 - phylli. *Stamina* , & *nectaria* cruciata terna. *Capitulum* 3 - locularis.

Habitat spontanea in Cochinchinā.

*Commelina* repens , folio subrotundo , obtuso. Burm. Zeyl. pag. 70:

Plak. tab. 27. fig. 3.

Sp. 4. COMMELINA CUCULLATA. α Rau tsi illa.

Differ. spec. Com. *corollis* æqualibus ? *foliis* ovatis : *involveris* cucullatis , turbinatis. Lin. sp. 10.

Hab ; & notæ. *Caulis* herbaceus , sesquipedalis , ruber , procumbens , repens. *Folia* ovata , pilosa , 5 - nervia , undulata : *petiolis* amplexicaulibus. *Calyx* 4 - phyllus. *Corolla* inæqualis , 2 - petala , nitidè caerulea. *Stamina* , & *nectaria* terna. *Flos* terminalis , involucris turbinatis , truncatis. Nota. Involucra illa cucullata , quamvis hujus speciei propria , etiam videntur in Arundinellā minori Rumphii (Amb. l. 10. pag. 23.) quam ego exiftimo esse Commelinam Communem. Vera cucullata proculdubio est dipetala , quamvis Linneus de numero incertus eam annumeraverit tripetalis , ductus testimonio Burm. Ind. pag. 18. tab. 7. f. 3. , ubi tria petala describit , & pingit nomine Commelinæ Nervosæ , alioquin cucullata conformis.

Habitat inculta in hortis Cochinchinæ.

\*\* *Tripetale, ob 3 petala aequalia.*

Sp. 5. COMMELINA TUBEROSA.  $\alpha$ . Cu eō rati.

Differ. Spec. Com. *corollis aequalibus : foliis sessilibus, ovato-lanceolatis, subciliatis.* Lin. sp. 6.

Hab; & notæ. *Planta acaulis : radice perenni, tuberibus multis, teretibus, obtusis, fuscis, sparsis. Folia congesta, lanceolata, ciliata, crassa, incurva, sessilia. Scapus tenuis, nudus, erectus 4-pollicaris : floribus terminalibus, alterne spicatis. Cal. 3 - phyllus Cor. 3-petala, coloris nitidè caerulei. Stamina, & neclaria 3. Caps. 3-locularis, polylisperma.* Est hujus varietas, flore Violaceo.

Forsk. Flora Arab. cent. I. pag. 12., ubi a nostrâ differt caule repente, cum nostra sit acaulis.

Habitat ubique in Cochinchinâ, in locis humidis.

Ufus. Tubera sunt edulia, & sapida.

† Sp. 6. COMMELINA MEDICA.  $\delta$ . Mē mēn tūm.  $\alpha$ . Cu eō chum : mēch mōn dōung.

Differ. Spec. Com. *floribus aequalibus : foliis sessilibus, subulatis, glabris.*

Hab; & notæ. *Planta acaulis, repens : tuberibus plurimis, fasciculatis, parvis, albis, utrinque acuminatis. Folia radicalia, sessilia, congesta, subulata, glabra, crassa, reflexa. Scapus 6-pollicaris, tenuis, teres, sub-nudus : spicâ sèpius simplici, aliquando ramosa, erecta : floribus cyanis. Calyx 3 - phyllus : foliolis lanceolatis, pilosis, erecto-patentibus, persistentibus. Cor. petala 3, aequalia, subrotunda, erecta, calyce sub-breviora. Neclaria cruciata 4, pedunculata, villosa. Filamenta 2, villosa, flexuosa : autheris ligattatis, incumbentibus. Germen 3-gono-ovatum, superum. Stylus subulatus, aequalis staminibus : Stigmate crassiusculo. Capsula trigono-ovata, 3-valvis, 1-locularis, polylisperma, apice dichilicis : feminibus multis, minusculis, rotundis. Tuberum sapor sub-dulcis, odor gratus.*

Habitat in Chinâ, & Cochinchinâ.

Virtus. Tuberum. Refrigerans, Demulcens, Pulmonica, Hepatica. Prodest in tussi, asthmate, pleuritide, stranguria, dysuria, catarrho falso. Habetur in frequenti usu Medico apud utramque nationem.

Sp. 7. COMMELINA ZANONIA ?  $\alpha$ . Rau rō.

Differ. Spec. Com. *corollis aequalibus : pedunculis incrassatis : foliis lanceolatis : vaginis margine hirsutis : bracteis geminis.* Lin. sp. 7.

Hab;

Hab; & notæ. *Planta succosa*, ramosissima; *caule annuo*; repente. *Folia lanceolata*, radicalia linearia, carinata, glabra: *margine*, & *vaginis ciliatis*. *Flos terminalis*, cæruleus, pedunculo communi longo: *braeles geminis*, 1 - floris, acutis, in spicam secundam, curvatum lateraliter imbricatis, galli crista representantibus. *Cal. 3 - phyllus*. *Cor. 3 - petala*, æqualis. *Stamina 2*, villosa. *Nectaria cruciata 3*. *Capsula polysperma*.  
*Commelinæ Cristata* Burm. Ind. pag. 18. t. 7. f. 4. *Ephemerum Zeylanicum*, procumbens, cristatum. Burm. Zeyl. p. 94.

## GENUS VII. SCHOENUS.

Ghar. Gener. *Glumæ paleaceæ*, univalves, congeftæ. *Cor. o.* *Semen 1*, subrotundum inter glumas. Lin. sy. pl. G. 71.

Sp. 1. SCHOENUS COLORATUS. *a Co dea dea.*

Differ. spec. Sch. *Culmo triquetro*: *capitulo* subrotundo: *involucro longissimo*, plano, variegato: *floribus imbricatis*. Lin. sp. 10.  
 Hab; & notæ. *Herba annua*, culmo pedali, triquetro, sub-nudo: *foliis radicalibus subulatis*, culmo brevioribus. *Capitulum ovatum*, solitarium, album, fessile: *squamis imbricatis*, 1 - floris, 1 - spermis: *involucro 3 - phyllo*, longissimo, horizontaliter stellato. Habitat ubique in hortis, viis, & agris Cochinchinæ.

*Gramen Capitatum* Rumph. Amb. l. 10. c. 4. t. 3. f. 2. Burm. Ind. pag. 18. Videtur esse diversum a Kyllingæ, valvis instructâ. Lin. Jun. Suppl. p. 11, & 104.

† Sp. 2. SCHOENUS RUBER. *a Co aui lop.*

Differ. spec. Sch. *Culmo tereti*, nudo: *capitulo* subrotundo, imbricato: *involucro 1 - phyllo*.  
 Hab; & notæ. *Culmus 2 - pedalis*, teres, erectus: *foliis gramineis*; radicalibus. *Capitulum subrotundum*, rubrum, compactum, imbricatum, *squamis 1 - floris*: *involucro 1 - phyllo*, brevi, lanuginoso.  
 Habitat spontaneus in Cochinchinâ: sicut etiam præcedens species.

## GENUS VIII. CYPERUS.

Char. Gener. *Glumæ paleaceæ*, distichæ imbricatae. *Corolla o.* *Semen 1*, nudum. Lin. sy. pl. G. 72.

Sp. 1. CYPERUS ARTICULATUS. *a Co . . .*

Differ. spec. Cyp. *culmo tereti*, nudo, articulato. Lin. sp. 1.

F Hab;

Hab; & notæ. *Culmus* 2 - pedalis, teres, erectus, foliosus, articulatus. *Folia* lanceolato-linearia. *Spica* composita, disticha: spiculis lateribus, alternis, patentibus. Habitat in locis humidis Cochinchinæ.

Sloan. Jam. 36. pag. 121. tab. 81.

Sp. 2. CYPERUS MONTI. a Cây lác tòn.

Differ. spec. *culmo* tereti: *umbellæ* supra decomposita: *foliis* carinæ lăvibus. Lin. Jun. Suppl. pag. 102.

Hab, & notæ. *Culmus* 3 - pedalis, sub-teres, erectus, semifoliosus. *Folia* longissima, inæqualia, glabra, margine aspera. *Umbella* foliosa, supra decomposita: pedunculis nudis: spiculis patulis, lanceolato-linearibus. Habitat in Cochinchinæ.

Monti. Prodr. Gram. t. 1. f. 2.

Sp. 3. CYPERUS ROTUNDUS. a Cỏ cù: Huog phu. à Hiam phô cù.

Differ. spec. Cyp. *Culmo* triquetro, sub-nudo: *umbellæ* decomposita: *spicis* alternis linearibus. Lin. sp. 8.

Hab; & notæ. *Culmus* 1 - pedalis, triquetrus, saxe nudus, aliquando foliolis parvis, sparsis. *Folia* radicalia congesta, subulata, reflexa, glabra, culmo breviora. *Umbella* decomposita, simpliciter foliosa: *spiculis* lanceolato-linearibus: *pedicellis* distichè imbricatis. *Radix* tuberibus ovatis, parvis, multis, sparsis, odoratis, exterritus fuscis, pilosis, interius rubescens, friabilibus.

Habitat ubique in Cochinchinæ, & Chinæ.

Cyperus Indicus Bont. Jav. p. 134. Gramen Cyperinum Zeylanicum, radice ruberosa. Burm. Zeyl. pag. 107.

Oblerv. Cyperus Rotundus Indicus vix differt ab Odorato Americano, nisi formâ radicis.

Virt. Tuberum: Diuretica, Emmenagogia, Vulneraria. Valet in hydrope, affectibus frigidis uteri, & nervorum. Adstrictionem ventris solvit. Ad nigridinem tosta, tritaque, cum vino pota fluorem album cohibent, & ulceræ uteri detergunt.

Sp. 4. CYPERUS ELATUS. a Lác lám chíco.

Differ. spec. Cyp. *culmo* triquetro nudo: *umbellæ* foliosa, supra decomposita: *spicis* digitalibus imbricatis, spiculis subulatis. Lin. sp. 12.

Hab; & notæ. *Planta* palustris: culmo 5 - pedalî, acute triquetro, nudo, lăvissimo, elato. *Folia* radicalia, subulata, lăvia. *Umbella* foliosa, supra decomposita: *spicis* longis, subteretibus, imbricatis, spiculis subulatis.

Gramen Cyperinum maximum, Mahakiri dictum. Burm. Zeyl. p. 108.

Gra-

Grama. Cyperoides maius, spicis ex oblongo rotundis, compactis, ferrugineis. Sloan. Jam. pag. 36.

Ufus. Ex culmis hujus in tenias longas, & strictas sectis, folisque calore convolutis fiunt a Cochinchinenibus stioreæ amplæ, & terfimæ, quibus ad cubandum utuntur, rejectis aliis fragulis, in calido climate minus commodis.

Sp. 5. CYPERUS COMPRESSUS. a' Co' cù lèp.

Differ. spec. Cyp. culmo triquetro, nudo: umbellæ universali triphylla: glumis mucronatis, lateribus membranaceis. Lin. sp. 17.

Hab; & notæ. Culmus triquetrus, nudus, 1-pedalis. Umbella universalis sub-triphylla, inæqualis: glumis margine membranaceis, acuminatis: spiculis ovato-oblongis, compressis. Stylus longissimus, 2-fidus.

Burm. Ind. pag. 21.

Sp. 6. CYPERUS PUMILUS. a' Co' cù chit.

Differ. spec. Cyp. culmo triquetro nudo: umbellæ diphyllæ composta, spiculis alterno-digitatus, lanceolatis: glumis mucronatis. Lin. sp. 20.

Hab; & notæ. Culmus minimus, 2-pollicaris, triquetrus, nudus: foliis radicalibus, minusculis. Umbella 2-phylla: spiculis subulatis: glumis mucronatis, apice reflexis.

Pluk. Amag. 179. tab. 191. fig. 8. Burm. Ind. pag. 21.

Omnis supradictæ, species habitant spontaneæ in Cochinchina.

#### GENUS IX. SCIRPUS.

Char. Gener. Glume paleaceæ, undique imbricatae. Cor. o. Sem. 1, imberbe. Lin. G. 73.

Sp. 1. SCIRPUS SUPINUS. a' Cay nân tháp.

Differ. spec. Scir. culmo tereti, nudo: spicis sessilibus in medio culmo glomeratis. Lin. fy. pl. sp. 15.

Hab; & notæ. Culmus 1½-pedalis, teres, nudus, striatus, polynatus. Folia subulata, brevia. Flos spicis ovatis, 3-4-natis, lateralibus, per medium culmum erumpantibus. Semen 1, turbinatum compressum, breve, villis asperis, calyce brevioribus cinctum. Scirpus supinus, capitulis conglobatis. Tournef. Inst. pag. 528.

Sp. 2. SCIRPUS MILIACEUS. a' Co' Rát.

Differ. spec. Scir. culmo triquetro nudo: umbellæ supra decomposita: spicis intermediis sessilibus: involucro setaceo. Lin. sp. 25.

Hab; & notæ. *Culmus* 8 - pollicaris, cæspitosus, multiplex, nudus, triquetrus, sepe 4 - gonus, foliis brevior. *Folia* subulata, trigonocurva, imbricata, sub-equitantia. *Umbella* foliosa, supra decomposita, diffusa: *spiculis* ovatis, undique imbricatis. *Sem.* 1., nudum. Burm. Ind. pag. 22. tab. 9. fig. 2.

† Sp. 3. SCIRPUS CAPSULARIS. ♂ Tem fin tsoo. ♂ Tim boc: Dang tam.  
Differ. spec. Scir. culmo tereti, nudo: panicula coarctata, laterali: fructu capsulari.

Hab; & notæ. *Planta* palustris, *culmo* 4 - pedali, tereti, mucronato, nudo, cæspitofo: *foliis* radicalibus, paucis, brevibus, arcte convolutis. *Panicula* sub-coarctata, lateralis. *Flos* glumis paleaceis, undique imbricatis: quæ tamen, nec inepre, dividit possunt in calycem, & corollam. Scilicet: *Cal.* 4 - phyllus, foliolis brevibus, acutis, aequalibus. *Cor.* 6 - petala, glumis lanceolatis, incurvis, patentibus, calyce longioribus. *Filamenta* 3, setacea, erecta, Corolla subaequalia: *antheris* simplicibus. *Germen* 3 - gonum, oblongum, superum. *Stylus* sub-nullus. *Stigmata* 3, oblonga, villosa. *Capsula* 3 - loba, 3 - valvis, polyperma: *semisibus* paucis, subrotundis.

Habitat frequenter in Chinâ: invenitur etiam in Cochinchinâ.

Observ. Aquaticum hoc Vegetable staminibus appropinquat scirpo, fructificatione Junco, habitu utriusque, calyce, & corollâ neutri. Placuit annumerare scirpo, cuius aliae species in Indiâ accurrunt: at numerosissima Junci familia ab Indis raro agnoscitur.

Virtus. Culmi exorcitati decoctum Diureticum est, & Refrigerans: soletque utiliter ministrari in accessu caloris febrilis.

In usu æconomico præbet candelis, & lucernæ ellychnium aequaliter porosum, & aptum ad fugendum oleum, lucemque purissimam diffundendam.

Juncus Indicus porosus Clusii (Cur. poster. pag. 64.) pro nostro scirpo habendus.

### GENUS X. NARDUS.

Char. Gener. *Calyx* o. *Corolla* 2 - valvis. Lin. sy. pl. G. 75.

Sp. 1. NARDUS INDICA. ♂ Cám sâm blâm. ♂ Cám tung, h'long.

Differ. spec. Nar. *spicula* setacea, secunda, subincurvata. Lin. Jun. sup. pl. pl. pag. 105.

Hab; & notæ. *Radix* perennis, repens. *Culmi* (vulgo spica) 2 - pollicares, erecti, foliosi, ad apicem attenuati, incurvati, letis multis, longis, rubro-fuscis circumsepti. *Folia* lanceolata, integriflora,

rima, glabra, alterna, sessilia, erecta, apice sub-reflexa, culmum superantia. Florentem non vidi.

Habitat in montibus Occidentalibus imperii Sinensis.

Observ. Existimo veram esse Nardum Indicam Antiquorum, eandemque officinarum, ob convenientiam formæ, virtutis, saporis, & fragrantis odoris, quam in illâ saepè probavi: quæque illi tribuit Dioscoridis l. 1. cap. 6. Nec longè discrepat Plinius l. 12. cap. 12. Et experientiâ confirmat Garcias Arom. l. 1. c. 33. Matthiolus, & Calp. Rauh. in Diosc. l. 1. c. 6. p. 30 - 32. Bont. Jav. pag. 45. Pomet Dict. des drog. pag. 213. tom. 1. Quamvis icones Nardi Indicæ, quas iste, & Matthiolus exhibent, a nostris observatis differant nimia crassitudo, & foliis, ut videntur, ad radicem congestis. Miror, quod a Celeb. Lin. Mat. Med. pag. 219. n. 513. pro spicâ Nardi Officinali habeatur Andropogon Nardus: hocque ab eodem aestimetur esse (sy. pl. v. 4. p. 304.) Calatum Odoratum Matthioli, & Arundinem Farctam Rumphii. Cum ille in suis com. in Dioscor. l. 1. c. 17. p. 58. aperte dicat: Calatum Odoratum genere, & formâ Arundinem præ se ferre: cumque antea cap. 6, ejusdem libri spicam Nardi diversam omnino descripsisset. Rumphius (Amb. l. 6. c. 9. tab. 6.) Arundinem Farctam describit 10, vel 12 pedes longam, nec de ejus virtute, aut odore recordatur accurarus Author. Unde satis liquet nec Calatum Odoratum Matthioli, nec Arundinem Farctam Rumphii veram esse Nardum Indicam officinarum: quantumvis verum Andropogon sint, cuius paniculæ potius Saccharum referunt, quam Nardum.

Virtus totius plantæ: Cardiaca, Stomachica, Diuretica: Bontio etiam Deobstruens, & Alexiteria. Idem assertit că condiri cibos in Javâ, sicut conidunt ibi Calamo Aromatico, & Junco Odorato, quos perinde a Nardo diversos cognoscit. In Chinâ, & Cochinchinâ, præter usum Medicum, frequenter miscetur Nardus alias aromatibus adformandos pastillos, & fusculos odoriferos.

## D I G Y N I A.

### GENUS XI. BOBARTIA.

Charact. Gener. Cal. imbricatus. Corolla gluma 2-valvis, supera. Lin. sy. pl. G. 77.

Sp. r. BOBARTIA INDICA. a C. gi.

Differ. Spec. Bob. spicis capitatis: involucro folioso. Lin. sp. r.

Hab. & notæ. Graimen annuum: culmo 6-pollari, tereti, sub-cresto, parum folioso. Folia ad radicem cogesta, multa, canaliculata,

ta, patentia. *Capitulum* terminale, grandiusculum, glomeratum, formatum exflosculis, calycibus imbricatis paleis multis, longis, acutis, convolutis, 1 - floris: *semine* 1 - oblongo.

Gramen Cyperoides Maderas patanum. Pluken. tab. 300. f. 7. Burm. Ind. pag. 23.

## GENUS XII. PANICUM.

Charact. Gener. *Cor.* 3 - valvis: *aalvuld* tertia minimâ. Lin. sp. pl. G. 82.

Sp. 1. PANICUM POLYSTACHION. a Co sau tom.

Differ. spec. Pan. *spicis* teretibus: *involucellis* unifloris fasciculato-setosis: *culmis* erectis superne ramosis. Lin. sp. 1.

Hab; & note. *Culmus* annus, 2 - pedalis, erectus, tenuis, teres, geniculatus, polynatus, ramosus? non satis memini: icon Rumphiana simplicisimum exhibet. *Folia* subulato-linearia, longa, erecta, radicalia congesta, caulinis sparsa, brevia, sub-pilosâ. *Spica* cylindrica, erecta, simplex: *involucris* 1 - floris, hirtis setis fasciculatis, multis, longis.

Gramen Caricosum, Vulpinum. Rumph. Amb. I. 10. c. 13. p. 18. tab. 7. fig. 2. B.

Sp. 2. PANICUM ITALICUM. a Cey Kh. a fiao me: ss.

Differ. spec. Pan. *spicis* compositâ, spiculis glomeratis, setis immixtis: *pedunculis* hirsutis. Lin. sp. 5.

Hab; & note. *Culmus* annus, scipipedalis, teres, crassiusculus, erectus, simplicissimus. *Folia* caulina, alterna, lanceolato-linearia, plana, striata, reflexa. *Spica* unica, magna, reclinata, composita spiculis glomeratis, ovatis, setis densis immixtis, flosculo longioribus. *Semen* flavum, sub-globosum.

Panicum Botton. Rumph. Amb. I. 8. c. 32. tab. 75. f. 2.

Uſus: esculentus.

Sp. 3. PANICUM CRUS CORVI. a Co ob döt.

Differ. spec. Pan. *spicis* alternis, secundis, spiculis subdivisis: *glumis* sub-aristatis, hispidis, rachi trigonâ. Lin. sp. 6.

Hab; & note. *Culmus* annus, 2 - pedalis, suberectus, multiplex, geniculatus, foliosus. *Folia* graminea, sub-erecta, *Spicea* plerunque alterna, aliquando conjugate: *spiculis* oblongis, distichis, patentibus: *glumis* aristatis, hispidis: *flocculis* omnibus hermaphroditis. *Rachi* laevis 4 - gona.

Obſerv. Hæc herba quasi media inter *Crus Corvi*, & *Crus Galli*, ab ambabus adhuc differens est.

Pani-

Panicum Corvi. Thunb. Jap. p. 46.

Sp. 4. PANICUM HIRTELLUM. a Co Khé.

Differ. spec. Pan. spiculæ compositæ : spiculis alternis, adpressis : calycibus geminis : valvulis omnibus aristatis, extimâ longissimâ. Lin. sp. 11.

Hab; & note. Gramen annum, culmo 2-pedali, suberecto, tereti, levigata, folia fabulato-lanceolata, brevia, glabra, undulata : vaginis longis. Spicæ rubrofuscæ, breves, terminales, compositæ : spiculis secundis, adpressis, alternis. Valvulae omnes aristatae : exterior longior.

Burm. Ind. pag. 24. tab. 12. fig. 1. Thunb. Jap. p. 46.

Sp. 5. PANICUM MILIACCUM. a . . .

Differ. spec. Pan. paniculæ laxæ, flaccidæ : foliorum vaginis hirtis : glumis mucronatis, nervosis. Lin. sp. 23.

Hab; & note. Culmus annuus, 3-pedalis, erectus, crassus, sub-compressus, sub-flexuosus, fistulatus, nodosus, ramosus. Folia subulata, maiuscula, pilosa, plana, reflexa : vaginis hirtis, longis. Paniculæ terminales, sparse, magnæ. Cal. 3-valvis, glumis nervosis, acutis, exteriore duplo minore. Corella 3-valvis : glumis membranaceis, subacutis, exteriore triplo minore, apice 2-fida. Styli 2, capillares : stigmatibus ovatis, plumosis, coloratis. Semen sub-ovatum, compressifuscum pallidum, nitidum. Datur varietas semine fusco-rubro.

Habitat Pekini, & alii locis Sinarum.

Hort. Cliff. pag. 27. Burm. Ind. pag. 26.

Ufus cibarius.

Sp. 6. PANICUM LATIFOLIUM. a . . .

Differ. spec. Pan. paniculæ, racemis lateralibus simplicibus : foliis ovato-lanceolatis, collo pilosis. Linn. sp. 26.

Hab; & note. Culmus annuus, crassus, 5-pedalis. Folia lanceolata, magna, plicato-sulcata, collo amplexicauli villoso. Floresculi mutici : paniculæ sub-coarctata, ramis lateralibus sub-simplicibus : femine pallido.

Omnis istæ species habitat. in Cochinchinâ, præter quintam, quæ Sinenis est.

## GENUS XIII. ALOPECURUS.

Char. Gener. *Calyx* 2 - valvis. *Corolla* 1 - valvis. Lin. sy. pl. G. 84.

Sp. 1. ALOPECURUS HORDEIFORMIS.  $\alpha \dots$

Differ. spec. Alop. *racemo* simplici : *flosculis* aristis circumvallatis.  
Lin. sp. 6.

Hab ; & notæ. *Culmus* annuus, sesquipedalis, simplicissimus, foliosus, sub-erectus, gracilis, teres. *Folia* lanceolata, plana, striata. *Spica* terminalis, oblonga, ramosa, aristata. *Flosculi* pedicellis simplicibus, longiusculis. *Calyx* 2 - valvis, aequalis, 1 - floris. *Corolla* 1 - valvis, calyx longior.

Habitat spontaneus in Cochinchinâ. Pluk. Almag. 177. t. 119. f. 1.

## GENUS XIV. PHLEUM.

Char. Gener. *Cal.* 2 - valvis, sessilis, linearis, truncatus, apice bicuspidato. *Cor.* inclusa. Linn. sy. pl. G. 83.

+ Sp. 1. PHLEUM COCHINCHINENSE.  $\alpha$  Co choung.

Differ. spec. Phl. *spicid* secundâ, lineari, glabra.

Hab ; & notæ. *Gramen* 2 $\frac{1}{2}$  - pedale : *culmo* teriti, gracili, sub-erecto. *Folia* subulata, longa. *Spica* secunda, simplex, linearis, longissima, glabra, erecta : *receptaculo* communi ad unum latus articulatè excavato, arctè includente singulos *flosculos*, quin prominent. *Calyx* 2 - valvis, 1 - floris, truncatus, cuspidatus. Habitat spontaneum in Cochinchinâ.

+ Sp. 2. PHLEUM AFRICANUM.  $\gamma$  Muxoëta.

Differ. spec. Phl. *spicid* cylindrica, *flosculis* undique coarctatâ : pedunculus 3 - floris, pilosus.

Hab ; & notæ. *Culmus* annus, 2 - pedalis, erectus, crassus, solidus, simplicissimus. *Folia* subulata, striata, alpera, reflexa, pauca. *Spica* cylindrica, caudata, *Typha latifoliæ* similis, erecta, magna : *flosculis* undequaque affixis, coarctatis. *Pedunculi* 3 - florî, pilis longis, *flosculos* ad basim colligentibus. *Calyx* 2 - valvis, truncatus, valvis 3 - cuspidatis. *Corolla* 2 - valvis, acuta. *Filamenta* 3, capillaria, glumis duplo longiora : *antheris* bifurcatis. *Semen* 1, turbinatum, apice rotundum. An Phl. Pratense ? Lin. sp. 1.

Habitat in ora Orientali Africæ, contra Mozambicum.

Uſus. Eo utuntur Æthiopes Orientales ad paranda vulgaria liba, & pulmenta, quibus libenter vescuntur.

## GENUS XV. PHALARIS.

Char. Gener. *Cal.* 2 - valvis, carinatus, longitudine æqualis, corollam includens. Linn. sy. pl. G. 80.

Sp. 1. PHALARIS ZIZANOIDES.  $\alpha$  Co chuoé nist.

Differ. spec. Phal. *paniculæ* simplicissima : *floribus* muricatis, altero sessili. Lin. sp. 10.

Hab. & nota. *Radix* fibrosa, nec nodosa. *Culmus* 2 - pedalis, erectus, teres, foliosus, simplicissimus, crassus, solidus. *Folia* tubulata, vaginantia, margine ciliata, aspera. *Spica* terminalis, oblonga, seu velis, *panicula* simplicissima, coarctata : *valvis* calycinis æqualibus, ambabus carinatus, ciliatis : *corollæ* bivalvi, breviori. *Flosculi* duo ad *paniculae* dentes singulos ( si bene memini ) alter pedicellatus, alter sessilis.

Lin. Mantissa. pag. 183. ex Koenigio. Habitat spontanea in Cochinchina.

## GENUS XVI. MILIUM.

Char. Gener. *Cal.* 2 - valvis, uniflorus : *valvulis* subæqualibus. *Cor.* brevissima. *Stigmata* pénicilliformia. Lin. sy. pl. Gen. 85.

Sp. 1. MILIUM EFFUSUM.  $\alpha$  Cay co gap.

Differ. spec. Mil. *floribus* paniculatis, dispersis, muticis. Lin. sp. 5.

Hab. & nota. *Culmus* 1 $\frac{1}{2}$  - pedalis, erectus, crassulus, glaber, fistulatus, articulatus, geniculis rubris. *Folia* lanceolato-lubulata, plana, reflexa. *Panicula* magna, terminalis, diffusa : *flosculis* dispersis, muticis. *Corolla* 2 - valvis, clausa, nitida, valvis æqualibus, calyce brevioribus. Nascitur in culmum inter segetes oryzæ montane in Cochinchina.

Lin. Cliff. pag. 27. Milium Indicum, *paniculæ* sparsæ, erectæ. Tournef. pag. 515.

## GENUS VII. AGROSTIS.

Char. Gener. *Cal.* 2 - valvis, uniflorus, corollæ paulo minor. *Stigma-*  
*ta* longitudinater hispida. Lin. sy. pl. G. 86.

Sp. 1. AGROSTIS INDICA ?  $\alpha$  Co lung.

Differ. spec. Agr. *paniculæ* contractæ muticæ : *racemis* lateralibus erectis, alternis. Lin. sp. 20.

Hab; & notæ. *Culmus* 5 - pedalis, simplicissimus, teres, foliosus, solidus, flaccidus, procumbens, articulis radicantibus. *Folia* subulata, pauca. *Panicula* terminalis, coarctata, cylindrica mutica: *racemis* alternis, brevibus, erectis. *Calycis* valva altera brevior; ambo acutæ, corollâ breviores. Stigmata hispida.

Burm. Ind. pag. 27. Plukn. Alm. p. 175. t. 191. f. 5.

Obsrv. Flore convenit omnino cum Agr. Indicâ: culmo accedit ad Stoloniferam Lin. sp. 12. Si placeat, Cochinchinensis vocetur nova species.

Sp. 2. AGROSTIS RADIATA. a Co phao luoi.

Differ. spec. Agr. *spicis* sub-quinis, radiatis, basi villosis: valvulis petaloideis, aristatis. Lin. sp. 22.

Hab; & notæ. *Culmus* 6 - pedalis, simplicissimus, erectus, teres, solidus, levissimus. *Folia* striata, magna. *Spiculae* terminales, 4 - 5, horizontaliter radiatæ, basi pilosæ: *calycibus*, & *corollis* etiam pilosæ, nec aristatis. Habitat spontanea in Cochinchinâ.

Sloan. Jam. 33. hist. 1. p. 111. t. 68. f. 3.

Sp. 3. AGROSTIS CAPILLARIS. a Co deë.

Differ. spec. Agr. *paniculâ* capillari patente: *calycibus* subulatis, æquilibus, hispidiusculis, coloratis: *flosculis* muticis. Lin. sp. 13.

Hab; & notæ. *Culmus* 4 - pedalis, simplex, erectus. *Folia* subulata, longa, triquetro-curya. *Panicula* terminalis, spicata: *spiculis* longis, tenuissimis, *flosculis* 2 - natis, *calycibus* 1 - floris, *valvis* inæqualibus, fusco-violaceis, hispidis, acutis, muticis.

Scheuch. Gram. 129. Gmel. tub. p. 18. Habitat in Cochinchinâ.

Sp. 4. AROSTIS MINIMA? . . .

Differ. sp. Agr. *paniculâ* muticâ, filiformi. Lin. sp. 17.

Hab; & notæ. *Caulis* tenuis, repens: *ramis*, affurgentibus, 4 - pollicaribus. *Folia* lanceolata, fasciculata. *Panicula* coarctata, filiformis: *flosculis* solitariis, alternis, muticis. *Calyx* corolla brevior, uterque *valvis* inæqualibus.

Nardus paniculâ spicatâ. Dalib. fl. Paris. 155. Habitat in Cochinchinâ.

† Sp. 5. AGROSTIS ODORATA. a Cay hoa co.

Differ. spec. Agr. *spicis* secundis, congestis, muticis.

Hab; & notæ. *Culmus* 6 - pellicaris, tenuis, erectus, foliosus. *Folia* subulata, brevia, glabra, amplexicaulia. *Flos* spicis secundis, adpressis, fasciculatis, terminalibus: *valvis* calycis muticis, acutis, 1 - floris: *corollinis* glumis subæqualibus, *calyce* longioribus.

Ufus,

Ustus  
tia  
gr  
ch  
Habi

+ Sp. C.  
Diffe  
Hab  
lia  
nes  
vic  
Habi

Cal.  
rina  
Cor.  
Stam.  
Pist.  
gm.  
Peric.  
Sem.  
Nom.  
don

Char.  
Sp. 1.  
Diffe.  
Habite  
mis  
Flos  
sing  
nis  
thor

Uſus. Aſtimatur a Cochinchinensibus, etiam magnatibus, ob preſtantiam, & tenacitatem odoris, quo pretioſas veſtes imbuunt. Integro gramine, quod exſiccatum iuavius ſpirat, cervicalia ſolent farcire.

Habitat prope litora in Cochinchinā.

† Sp. 6. AGROSTIS PLICATA. a Sam foic tsoo.

Differ. ſpec. Agr. foliis plicatis: ſpicis linearis, mutica.

Hab; & nota. Culmus leſquipedalis, anceps, erectus, foliosus. Folia lanceolata, magna, in longitudinem plicato-fulcata. Spica linearis, adprella, diſticha: valvis omnibus acutis, calycinis sub-brevioribus, nullā ariftatiā. Calyx 1 - florū.

Habitat in suburbis urbis Cantonienſis Sinarum.

### + GENUS XVIII. STEGOSIA.

#### Descriptio Naturalis.

Cal. Gluma 1 - flora, 2 - valvis: interiore ſubrotundata, concavā, carinata.

Cor. Gluma 3 - valvis, calyce brevior: interiore latiore, breviore.

Stam. Filamenta 3, calice breviora. Antheræ oblongæ.

Pift. Germen ovatum. Styl. 2, bafi diſtantes, filamentis æquales. Stigmata longiuscula.

Peric. nullum. Corolla fovens femen.

Sem. 1, ſubrotundum, tubacuminatum.

Nom. ( $\Sigma \tau\epsilon\gamma\sigma$  teſtum) ab uſu plantæ apud indigenas ad tegendas domos.

Char. Gener. Cal. bivalvis, 1 - florū Cor. 3 - valvis, calyce brevior.

Sp. 1. STEGOSIA COCHINCHINENSIS. a Co tranh.

Differ. fp. St. ſpicis lateralibus, ſimplicibus.

Habitus. Culmus 5 - pedalis, rectus, teres, ſolidus, articulatus: ramis paucis, obliquis. Folia lanceolato-fulbula, carinata, aſpera. Flor. ſpicis ſubulatis, ſimplicibus, ſolitariis, axillaribus: floſculis ſingulis ſemi-clauſis intra ſpicæ dentes excavatos. Culmus perennis? Nullibi eam vidi præterquam in Cochinchinā, nec apud Autheores invēni.

## GENUS XIX. SACCHARUM.

Caract. Gener. *Cal.* lanugo longa extra calycem. *Cor.* 2 - valvis. Lin. sy. pl. G. 79.

## Sp. 1. SACCHRUM SPONTANEUM. a Cay lich.

Differ. Ipec. Sac. floribus paniculatis : foliis convolutis. Lin. sp. 1.  
Hab ; & notæ. Culmus perennis , 9 - pedalis , erectus , tenuis , sim-  
plex , fistulatus , nodis distantibus. Folia subulata , longa , stricta ,  
leavia : an lateribus convoluta ? Panicula maxima , terminalis , dif-  
fusa , spicata : spicis capillaribus longissimis : pilis calycinis duri-  
usculis , rectis , corollæ valvis subæqualibus. Radix repit , & latif-  
lime multiplicatur , maximè prope flumina.

Kerpa. Rheed. Malab. 12. p. 85. tab. 46.

Habitat circa paludes , & loca humida Cochinchinæ frequenter.

## Sp. 2. SACCHARUM OFFICINARUM. a Miá. Cam giá. &amp; Gán ché.

Differ. Specif. Sac. floribus paniculatis : foliis planis. Lin. sp. 2.  
Hab ; & notæ. Culmus 10 - pedalis , simplex , teres , solidus , succo-  
sus , crassus , articulatus , perennis. Folia lanceolato-linearia , pla-  
na , aspera , striata , acuminate , amplexicaulia , 4 - pedes longa , 3  
pollices lata. Fls terminalis , paniculæ magna , diffusa , spicata :  
spiculis longis , simplicibus : lanugine , seu potius pilis longissimis ,  
flexuosis , tenuissimis , loco calycis ( qui nullus est in hac specie )  
protenfis. Hujus inveniuntur 3 varietates in Cochinchinâ , quæ præ-  
cipue culmo differunt , non flore.

1. Saccharum Album. a Miá lau : culmo longo , albo , mediocriter  
crasso , dulcissimo , nodis distantioribus.
2. Saccharum Rubrum. a Miá mung : culmo brivi , crassiore , rubro ,  
succosissimo , nodis approximatis.
3. Saccharum Elephantinum. a Miá boi : culmo crassissimo , rubro ,  
longo , minus dulci , nodis approximatis.

Arundo Saccharifera. Rumph. Amb. 1. 8. cap. 26. tab. 74 f. 1. Piso  
Brasil. pag. 108 , 109.

Habitat , & colitur abundantissime in omnibus provinciis regni Co-  
chinchinensis : simul in aliquibus imperii Sinenis , sed minori co-  
piâ.

Ulis. Esculentus , dulcissimus , gratissimus , innocuous. Ex saccharo  
fermentato destillatur spiritus vini : gustu tamen , & odore inferior  
illo , qui solet fieri ex oryzâ. Ut autem paretur saccharum optimum  
( quale est Coehinchinense ) sumunt indigenæ culmos annuos  
primæ varietatis Miá lau ; ex illis machinâ a bubalis tractâ suc-

cum

cum exprimunt, coquunt, depurgant, inspissant, exsiccant. Hoc, ut albescat, reponitur in vasis terreis, conicis, amplis, superque sternitur tenuis lamina luti humescentis: cuius humor paulatim descendens, & facchaeum penetrans, ex illo trahit particulas impuriores, & coloratas, quas in forma mellis secum defert per foramen parvum vasis conici deorsum versum, & apertum. Saccharum vero crystallinum, sive Canthum, quod ex Cochinchinâ quot annis a multis navibus exportatur, fit ex ipso saccharo albo in aquâ ad ignem soluto, & in syrump crassiore cocto. Tunc in loco frigido fervatur per noctem, superstratis aliquod virgis tenuibus ex arundine Indicâ festis, quibus nocturno frigore condensatus liquor ille faccharinus adhæret, & in pulchras Crystallos accrescit.

Virtus: in Medecinâ Saponacea, Edulcorans, Pectoralis, Antiseptica. In Indiâ parcus datur infirmis, quam in Europâ.

† Sp. 3. SACCHARUM JACULATORIUM. a Cay Iau.

Differ. spec. Sac. culmo fistulato, simplici: foliis longissimis, carinatis: paniculâ spicata, oblongâ.

Hab; & note. Culmus 10-pedalis, perennis, rectus, teres, fistulatus, simplicissimus, nodis distantibus. Folia subulata, longissima, glabra, carinâ doriali magna. Panicula terminalis, oblonga, spicata: spicis longis: pilis calycinis rectis, tenuissimis, corollâ prouo longioribus. Cor. 2-valvis, æqualis, mutica.

Habitat agreste in Cochinchinâ.

An Vuba, Arundo sagittaria? Marcg. Brasil. pag. 4.

Ufus. In Cochinchinâ pro jaculis missilibus.

Sp. 4. SACCHARUM SPICATUM. a Tranh eo, g. Mão kén.

Differ. spec. floribus spicatis: foliis undulatis. Lin. Sp. 4.

Hab; & note. Culmus 5-pedalis, teres, tenuis, erectus, simplex, foliosus, fistulatus, nodosus, cespitosus: radice perenni, repente articulata, subdivisa. Folia radicalia congesta, subulato-linearia, altera, culmo fere æqualia. Flos spicâ terminali, solitaria, simplici, longâ, erectâ, pilosissimâ: pilis calycinis longis, rectis, flocculus superantibus.

Habitat loca montana in Cochinchinâ.

Burm. Indiæ pag. 23. t. 9. f. 3. Græmen Caricosum Lanan Rumph.

Amb. I. 10. c. 13. p. 17. tab. 7. f. 2. A. Bromus Tectorum. Pluk. tab. 299. f. 2. Quæ tamen figura spicis congeltis differt a nostris spicâ solitariâ.

Ufus frequentissimus ad tegendas rusticorum domos: in quem finem nullum græmen est præstantius, cum plures in annos duret, quin putrefascat.

Virtus. Radicis, & spicie. Diuretica, sub-adstringens, sanguinis fluxus cohobens.

Observatio. Nostra planta est procul dubio eadem Rumphii, ac Burmanni, locis supra citatis: cumque non viderimus folia undulata, quæ exhibent Rheedius (Malab. 12. t. 62.) & Plukuetius (Almag. 177. t. 119. f. 1.) puto hanc varietatem diversitati foli tribuendam, quandiu non constet de aliis notis, quæ species dividere suadent.

### GENUS XX. A I R A.

Char. Gener. *Cal.* 2. - *valvis*, 2. - *florus*. *Flosculi* absque interjecto rudimento. Lin. sy. pl. G. 87.

Sp. 1. AIRA ARUNDINACEA. a Cay Say.

Differ. spec. *Aira paniculæ* oblongæ, secundâ, muticâ, imbricatâ: *foliis* planis. Lin. sp. 1.

Hab; & note. *Culmus* 8 - *pedalis*, perennis, sub-teres, fistulatus, articulatus, arundinis similis: radiculis multis, minusculis, in *ludibus*, & *ripis* fluminum repentibus. *Folia* subulata, plana, magna, *inequalia* cinerea, glabra, *semamplexicaulia*. *Panicula* oblonga, secunda, patens: *flosculis* muticis, absque rudimento tertii: *Calycibus* bifloris, saepe 3 - *valvibus*.

*Canna Palustris*, *Cano cano*. Rumph. Amb. I. 6. c. 8. tab. 5.

Habitat loca cœnosa Cochinchinæ.

### GENUS XXI. P O A.

Char. Gener. *Cal.* 2 - *valvis*, *multiflorus*. *Spicula* ovata: *valvulis* margine scariosis. Lin. sy. pl. G. 89.

Pp. 1. POA CHINENSIS. a C' duoi phung.

Differ. spec. *Poa*, *paniculæ* ramis *simplicissimus*: *floribus* *fessilibus*: *seminibus* imbricatis: *calmo* erecto. Lin. sp. 14.

Hab; & note. *Culmus* annuus, 2 - *pedalis*, gracilis, teres, sub-erectus, foliosus. *Folia* lanceolata, glabra, *amplexicaulia*. *Panicula* terminalis, oblonga: ramis *simplicissimus*, patentibus: *glumis* *calycinis* 2 - *valvibus*, muticis, 6 - *floris*: *flosculis* imbricaris.

Burm. Ind. pag. 27. t. 11. f. 3. Osbeck. H. Ind. Or.

Habitat in agris Cochinchinæ.

Char.  
pl.

Sp.  
Differ.  
co  
Hab  
fili  
am  
gy  
ba  
Matt

Sp.  
Differ.  
gla  
Hab  
fili  
inf  
tria  
pap  
Forsk

† Sp. 3.  
Differ.  
foli  
Hab;  
bul;  
obs;  
terr  
nis  
Usus.  
apic  
ham

† Sp. 4.  
Differ.  
spic

## GENUS XXII. ARUNDO.

Char. Gener. *Cal.* 2 - valvis. *Flosculi* congesti, lanâ cincti. Lin. sy. pl. G. 99.

\* *Floribus triandris.*

Sp. 1. ARUNDO DONAX. ✕ Cây cuoi.

Differ. spec. Ar. *calycibus* 5 - floris : *panicula* diffusa : *culmo* fruticofo. Lin. sp. 2.

Hab; & notæ. *Culmus* perennis, 10 - pedalis, simplicissimus, teres, fistulatus, nodis distantibus. *Folia* magna, plana, alpera, cinerea, amplexicaulia. *Panicula* terminalis diffusa : *floribus* 3 - andris, digynis : *Calycibus* 3 - floris. *Semina* oblonga pappo piloso, longo basi cincta. Habitat loca humida in Cochinchinâ.

Matthiol. in Diosc. l. 1. c. 97. f. 1. Forskæl Arab. cent. 1. n. 85.

Sp. 2. ARUNDO EPIGEGOS. ✕ Cây trai.

Differ. spec. Ar. *Calycibus* unifloris : *panicula* erecta : *foliis* subtus glabris. Lin. sp. 4.

Hab; & notæ. *Culmus* perennis, 8 - pedalis, inermis, simplicissimus, fistulatus, nodis distantibus, planiulculis. *Folia*, sub-erecta, plana, inferius glabra. *Panicula* erecta, oblonga, subcoarctata : *floribus* triandris, digynis, muticis : *calycibus* unifloris : *semine* oblongo : papposo. Habitat in sylvis Cochinchinæ.

Forskæl. Arab. cent. 1. n. 82.

† Sp. 3. ARUNDO PISCATORIA. ✕ Cây trác.

Differ. spec. Ar. *calycibus* 1 - floris, *spicâ* terminali : *culmo* ramoso : *foliis* minusculis.

Hab; & notæ. *Culmus* perennis, 8 - pedalis, inermis, ramosus, subbulatus, sub-solidus, nodis approximatis. *Folia* lanceolato-linearia, obseuro-viridia, glabra, petiolata, omnium arundinum minima, alterna. *Flos* spicatus, terminalis : *calycibus* 1 - floris : *staminibus* ternis : *stylo* gemino. Habitat agrestis, cultaque in Cochinchinâ.

Ufus. Culmus ad virgas piscatorias aptissimus ; nam cum sit tenax, & apice attenuatus, facile indicat quemlibet motum piscis mordentis hamum. Inde nomen specificum.

† Sp. 4. ARUNDO DIOICA. ✕ Cây bac mai.

Differ. spec. Ar. *calycibus* 1 - floris : *spicis* fasciculatis, compositis : *spiculis* linearibus,

Hab;

Hab; & notæ. *Culmus* perennis , 8 - pedalis , inermis , simplicissimus ? nodis distantibus. *Folia* lanceolato-linearia. *Spicæ* terminales , fasciculatæ , compositæ spiculis linearibus , longis : *calicibus* monofloris : *flosculis* dioicis , foemineis Digynis : masculos non inveni. Habitat in sylvis Cochinchinæ.

\*\* *Floribus hexandris.*

Sp. 5. ARUNDO BAMBU. α Τίε υύνο. β Υέ χό.

Differ. spec. Ar. *calicibus* multistriosis : *spicis* ternis , sessiliis. Lin. sy. pl. sp. 1.

Hab ; & notæ. *Culmus* lignosus , inanis , teres , rectus , 40 , & amplius pedes longus , simplex , nitidus : *inter-nodis* longitudo , & circumferentia pedalibus : *vaginis* crassis , pilosis , asperis , convolutis , deciduis : *ramis* alternis , tenuibus , solidis , spinosis , reclinatis , a basi usque ad verticem nacentibus , qui in summitate permittunt crescere , inferioribus saepe amputatis : unde fallitur Rumphius afferens in apice tantum ramos pretendere. *Folia* parva , integerrima , lanceolata , basi subrotunda , striata , aspera , petiolis alternis , teretibus. Internodia tubulata culmi saepe inveniuntur plena humore aquoso , limpido , qui tamen in Indiâ extra Gangem non condensatur in Tabaxir , sicut accedit , quamvis raro , in Malabarîa.

*Flos* paniculâ diffusa , spicata : *spiculis* oblongis , imbricatis. *Caulis* 2 - valvis , 1 - floris , valvis acutis , convolutis. *Corolla* 2 - valvis membranacea , minima , pilis cincta. *Filamenta* 6 , brevissima : *anthera* totidem , oblongæ. *Stigmata* 3 , subfessilia , longa , villosa. *Semen* 1 , oblongum.

Habitat ubique culta in Cochinchinâ , & Chinâ , Tunkino , & Cambodiâ : eaque passim vallantur horti , & pagi.

Arundo Indica , arborea , maxima , Tabaxir fundens. Burm. Zeyl. pag. 35.

Tabaxir Mambu arbor. Rheed. Malab. I. 1. p. 25. t. 16.

Arundarbor vasaia , Bulu Java. Rumph. Amb. I. 6. c. 4. sine figurâ. Virtus. In arte Medicâ materiam præbent ejus folia , cortex , gemmæ , & radix. Folia refrigerant , emollient , resolvunt. Eorum decoctum prodest in febribus , melancholia , tussi , dolore gutturis. Cortex tenuis rafus refrigerat , agglutinat , blandè astringit : prodest in caloribus internis , hæmorrhagiâ , fluxu mensium immodico , vomitu , nauœa. Radix , & gemmae resolvunt , attenuant , diuresum , ac diaphoresim promovent , sanguinem purificant : convenient in obstructionibus , difficultate urinæ , doloribus vagis , ac venereis. Ex radicis Bambu recentis , foliorum Tabaci , ac piperis Betele parti- bus

TRIANDRIA DIGYNIA.

bus & equalibus per multos dies in oleo maceratis fit unguentum magnæ virtutis ad tumores duros, & scirrhosos resolvendos.

Ufus Arundinis Indicæ præcipue hujus speciei Bambu est utilissimus, & frequentissimus in notâ Indiâ. Ex ejus culmis fiant integræ domus pauperum, columnæ, trabes, parietes, tabulata, tecta, adjectis tantummodo straminibus. Fiant etiam lntres, pontes, navium mali, cistæ, pocula, caldaria, innumeraque alia utensilia tam domestica, quam ruralia.

Observatio. Cum istius Arundinis, quamvis in Asia vulgatissimæ, nullam apud Authores accuratam descriptionem invenerim, fortasse, quia ab illis cum aliis speciebus confunditur, mirum non est a celeb. Linnæo nobis reliquat fuisse definitionem hujus speciei valde impropriam. Ego juxta propria observata in vivis plantis, & loco natiali habita libenter fequentem subliterem.

† Arundo floribus hexandris: *paniculâ diffusa*, spiculis imbricatis: *ramis* culmi spinosis: *calycibus* 1 - floris.

† Sp. 6. ARUNDO AGRESTIS, & Tle r.

Differ. spec. Ar. *floribus hexandris*: *paniculâ spicata*, spiculis congestis: *ramis* culmi inferioribus spinosissimis: *calycibus* 1 - floris. Hab. & notæ. *Culmus* lignosus, durissimus, subteres, tortuosus, 30 pedes altus, brachium crassus, nodis prominentibus, internodiis brevibus, intus parum vacuis, saepe integrè solidis: *ramis* alternis, multis, inferioribus densioribus, arcuatis, subdivisis, intricatis: spinis plurimis, crassis, sparsis, curvis. *Folia* liniari-lanceolata, parva, glabra, striata, sparsa, petiolis longiusculis, tenuibus. *Elos* paniculâ erectâ, terminali, in spiculas congregata, breves desinente. *Cal.* uniflorus. *Corolla* minima, lanata. *Anthere* 6, longissimæ, sub-fessiles. *Stigmata* 2, stylo unico imposita. *Semen* oblongum.

Habitat agrestis in montibus, locisque defertis, & aridis per totam Cochinchinam: puto, quod etiam in China.

Arundarbor spinosa. Rumph. Amb. I. 6. c. 6. tab. 3.

Ufus. Hæc Arundo est durissima, & in longum tempus permanet incorrupta, ideoque ad opera rustica magis utilis. Præstat præcipue ad circumvallandas arcas, quæ ejus duritie, & spinarum densitate fiant hostibus imperviae, vel fâtem molestissime.

† Sp. 7. ARUNDO MITIS. & Cay mò bo.

Differ. spec. Ar. *floribus hexantris*: *paniculâ erectâ coarctata*, spiculis longis, imbricatis: *culmo* æqualissimo, inermi: *calycibus* 1 - floris.

Hab., & notæ. *Culmus* lignosus, teres, æqualissimus, 40 circiter pe-

*des longus*, *crus crassus*, *simplex*, *inanis*, *articulatus*, *nodis distantioribus*, *vix prominentibus*: *ramis inermibus*, *polynatis*. *Folia* *maiuscula*, *lanceolata*, *striata*, *amplexicaulia*. *Panicula* *coarctata*, *erecta*, *simplex*, *spiculis longis*, *imbricatis*. *Calyx* *uniflorus*, *bivalvis*. *Corolla* *brevissima*, *lanata*. *Stamina* 6. *Stilus* 1: *stigmatibus* 3, *longis*, *villoso*.

Habitat culta, non frequens, in agris, & sēpibus Cochinchinæ: eāque in tenuissimas ténias lectā urū eleganter solent ad texendos pilos, ciftas, & diversa, ac pulchra vascula.

Arundarbor fera, Bulu swangi. Rumph. Amb. 1. 6. cap. 7. t. 4. Cujus icon nostræ magis convenient, quam descriptio.

† Sp. 8. ARUNDO MULTIPLEX. a Cay hōp.

Differ. spec. Ar. floribus hexandris: spicis interruptis, spiculis verticillatis: culmo diviso: calycibus 1 - floris

Hab; & note. Culmus perennis, 12 - pedalis, pollicem, crassus, teres, multiplex, inermis, fistulatus, internodiis longissimis. Folia lanceolato-linearia, 6 pollices longa, plana, glabra, amplexicaulia, coloris fusco-viridis. Flos terminalis, spicis paucis, pedicellatis, erectis, longis, interruptis, compositus: spiculis subulatis, sessilibus, imbricatis, circa pedicellum communem verticillatis. Filamenta 6, capillaria, longa: antheris oblongis. Stigmata 3, sessilia, longa, plumosa, reflexa. Cal. 1 - floris. Semen oblongum.

Habitat loca culta in provinciis Borialibus Cochinchinæ, ex eāque plantantur sepes ad divisionem hortorum.

Arundarbor tenuis, Leleba dicta. Rumph. Amb. 1. 6. c. 1. tab. 1.

Observatio. Sunt adhuc plures species Arundinis in Cochinchinâ, quārum flores non examinavi; ideoque libenter prætermittam. Trium breviter recordabor, quas indefessus Rumphius in insulis Anboinenibus, & Moluccanis etiam vidit, & descripsit.

1. Arundo Maxima. a Tle lang nga. Ita est omnium arundinum maxima longitudine, & crassitudine; spinisque densissimis horrida. Fortasse erit varietas Ar. Bimbu, cui multum assimilatur. Habitat præcipue inculta ingentes tractus fluminis Laviga a magno portu Bassac usque ad metropolim Cambodiæ. Rhumph. Amb. 1. 6. pag. 12. Arundarbor Maxima.

2. Arundo Fax. a Tle nia. Culmus mediocris 18 pedes longus, 1 $\frac{1}{2}$  pollicem crassus, rectissimus, omnium inanissimus, internodiis longis. Ex illis oleo, & stupā furtis formantur faces viatoris; indeque nomen. Rumph. Amb. 1. 6. cap. 2. sine figurâ. Arundarbor cratum.

3. Arundo Tabacaria. a Oung thaóng. Culmus tenuis, rectissimus, æqualissimus, sub-solidus, alper, ramosus, internodiis longissimis, durif-

Tam  
cur  
vef  
tur  
ibi  
pr

Char.  
uni

Sp. 1-  
Differ

muc

Lin

Hab;

tus

sub

tis

Burm.

cinc

Sp. 2-  
Differ

nate

Hab;

tus

stri

Iyc

Grame

Græ

durissimis, tenacissimis, scabris. Ex illis levigatis sunt fistulæ tabacariae pulchræ, & idoneæ, ab indigenis usitateæ. A Rumphio (Amboinæ l. 6. c. 3.) vocatur Arundarbor spiculorum, diciturque flores producere in spiculis verticillatis, sicut Leleba, quæ nobis Arundo Multiplex, sp. 8. An hujus varietas?

## GENUS XXIII. TRITICUM. à Mæ. &amp; Lü. m.

## GENUS XXIV. HORDEUM. à Mæ. &amp; Mach. nra.

Tam Tritici, quam Hordei variae species, & vulgares quidem nascentur in Chinâ, quarum flores non examinavi. Indigenæ libertius vescuntur oryzâ, quæ in aliquibus provinciis cariori pretio venditur quam triticum. In Cochinchinâ coli non solent. Ego utrumque ibi seminavi, pervenéruntque ad maturitatem, sed abique notabiliter proventu.

## GENUS XXV. CYNOSURUS.

Char. Gener. *Cal. 2 - valvis*, multiflorus. *Receptaculum proprium unilaterale*, foliacum. Lin. sy. pl. G. 93.

Sp. 1. CYNOSURUS ÆGYPTIUS. à Co' chi tsiā.

Differ. spec. Cyn. *spicis digitatis*, *quaternis*, *obtusis*, *patentissimis*, *mucronatis*: *calycibus mucronatis*: *caule repente*: *foliis oppositis*. Lin. sp. 7.

Hab; & notæ. *Culmus* tenuis, longus, repens, pallidus, geniculatus, glaber, tenacissimus: *ramis* multis, brevibus, erectis. *Folia* subulata, opposita. *Flos* terminalis, *spicis 4 - 5*, *patentibus*, *acutis*, *unilateralibus*. *Calycis* valvæ acuminatæ, carinatae, inæquales. Burm. Ind. pag. 28. Gramen Cruciatum. Bont. Jav. p. 148. Gram. Vaccinum. Rumph. Amb. l. 10. cap. 5. tab. 4. f. 1.

Sp. 2. CYNOSURUS INDICUS. à Co' chi tsiā.

Differ. spec. Cyn. *spicis digitatis linearibus*: *culmo compressio declinato*, *basi nodofo*: *foliis alternis*. Lin. sp. 8.

Hab; & note. Culmus tenuis, subcompressus, suberectus, geniculatus, rubescens, aliquando repens, foliosus. Folia multa, parva, stricta, alterna. Spicæ terminales, congestæ, lineares, patentes. Calycis valvæ acutaæ: interior longior, ciliata, lanuginosa.

Gramen Vaccinum foemina. Rumph. Amb. l. 10. cap. 5. tab. 4. f. 2.

Gramen Dactyloides. Burm. Zeyl. pag. 106. tab. 47. f. 1.

## TRIGYNIA.

## GENUS XXVI. LECHEA.

Char. Gener. *Cal.* 3 - phyllus. *Petala* 3, linearia. *Caps.* 3 - locularis, 3 - valvis : valvulis totidem interioribus. *Semen* 1. Lin. sy. pl. G. 116.

† Sp. 1. LECHEA CHINENSIS. *Chāt yù tsio.*

Differ. spec. Lec. *foliis* ovato-lanceolatis : *spathis* trifloris, terminalibus. Hab ; & nota. *Caulis* annuus, multiplex, repens, brevis. *Folia* ova-to-lanceolata, lineata, glabra : *petiolis* vaginantibus. *Flos* termina-lis, cæruleus : *spathis* magnâ, obtusa, 3-florâ : *perianthio* 3-phyllo, brevi, patente. *Corolla* petala 3, unguiculata : *filamentis* 3, filiformibus. *Styli* 3, æquales staminibus : *stigmatibus* simplici-bus. *Capsula* supera, 3-loba, 3-valvis, 3-locularis. 1-sperma. Planta prima facie Commelinæ, & Tradescantiae affinis : sed nec filamenta haber villofa, sicut illa, nec nectaria cruciata, sicut illa. Habitat prope Cantonem Sinarum.

## GENUS XXVII. ERICAULON.

Char. Gener. *Calyx* communis, capitulum imbricatum. *Petala* 3, æ-qualia. *Stamina* supra germen. Lin. sy. pl. G. 106.

† Sp. 1. ERIOCAULON QUADRANGULARE. *Co dài coóng*. *Koëc fan tsio.*

Differ. spec. Er. *culmo* quadrangulari : *foliis* ensiformibus : *capitulo* globofo, basi truncato.

Hab ; & nota. *Herba* annua, *culmo* 4-gono, 8-pollicari, nudo, erecto. *Folia* ensiformia, brevia, glabra, pauca. *Capitulum* albi-cans, subglobosum, basi planiusculum, squamis subrotundis, basi attenuatis, 1-floris, clausis. *Corolla* petala 2, sub-concava, apice obtusa, dentata. *Pistilla* 3. *Semina* 3, ovata.

Habitat in hortis, & agris Cochinchinæ ubique obvia. In Chinâ si-milem habitu vidi, sed florem non examinavi.

Sp. 2. ERIOCAULON SETACEUM. *Go chāt*.

Differ. spec. Er. *culmo* sexangulari : *foliis* setaceis. Lin. sp. 4.

Hab ; & nota. *Herba* annua, pusilla, cespitosa, in orbem reflexa : *culmo* 6-angulari, tenuissimo, 4-pollicari, sub-nudo. *Folia* fe-tacea, brevia, pauca, in senectute evanescantia. *Capitulum* termi-nale, parvum, oblongum, subacutum. *Semina* sub-triquetra.

Habi-

Habitat loca humida Cochinchinæ.

Gramen Polytricum Rumph. Amb. I. 10. cap. 12. tab. 7. f. 1. Tsiere pullu. Rheed. Malab. I. 12. pag. 129. tab. 63. Gramen juncatum, foliis capillaceis, capitulis minimis rotundis. Burm. Zeyl. p. 109.

+ GENUS XXVIII. POLYPARA.

*Descriptio Naturalis.*

Cal. nullus.

Cor. Rotata, petala 4, oblonga, obtusa, circundantia basim receptaculi communis, oblongi, sustinentis multos flosculos. Corolla partialis nulla.

Stam. Filamenta 3, filiformia, erecta, receptaculo partiali insidetia. Antheræ ovatae, 2 - loculares, stantes.

Pist. Germen 3 - gorum. Stylus nullus. Stigmata 3, oblonga, reflexa.

Peric. Capsula 3 - gona, 3 - locularis, 3 - valvis, polysperma, apice dehiscens.

Sem. Multa, ovata, minuscula.

Nom. Polypara dicitur a corollâ multos flosculos producente.

Char. Gener. *Cor.* 4 - petala, polyflora. *Cal.* o. *Caps.* 3 - locularis; polysperma.

† Sp. 1. POLYPARA COCHINCHINENSIS. a Rau giáp cđ.

Differ. spec. Pol. *foliis* cordatis, 5 - nerviis: *pedunculis* lateralibus solitariis.

Hab. *Herba* hortensis, annua: *radice* repente. *Caulis* 6 - pollicaris, erectus, fulcatus. *Folia* cordata, acuminata, 5 - nervia, magna, integerrima, glabra, alterna, graveolenta, petiolis longis. *Flos* lateralis, solitarius, *pedunculo* longo, erecto: *corolla* communi albissimâ, expansâ.

Virtus: totius plantæ. Attenuans, Resolvens, Emmenagoga. Menses obstructos referat: fluorem album compescit: factum mortuum expellit: ecchymoses, seu fugillationes resolvit.

Habitat hortos Cochinchinenes, inter olera in acetariis edulis: nec alibi a me visa.

Observ. Clar. Thunbergius in Clasfe Polyandriâ Polyginiâ Flora Japonica, pag. 12, & pag. 234. tab. 26. plantam describit, & delineat nomine Houttuyniam, quam nostram esse Polyparam non dubito. In hac vero, quam in Cochinchinâ diu colui, semper observavi stamina non confusè mixta pistillis, sed terna quælibet ad tria latera germinis 3 - goni singulatum affixa: germina itidem distincta: tribus stigmatibus sessilibus supposita. Foliola illa 4 ad basim rece-

receptaculi communis expansa Petala dici debent, cum sint valde tenuia, & candidissima, quæ proprietates calycibus minus competent. Folia 5 - nervia habet Polypara, non Houttuynia, cæteroquin habitu valde similes.

## GENUS XXIX. MOLLUGO.

Char. Gener. *Cal.* 5 - phyllus. *Cor.* o. *Caps.* 3 - locularis, 3 - valvis.  
Lin. sy. pl. G. 113.

† Sp. 1. MOLLUGO TRIPHYLLA. § Ha khim su.

Differ. spec. Mol. *foliis* ternis, lanceolatis : *floribus* dichotomis.

Hab ; & note. *Caulis* herbaceus, annuus, diffusus, 4 - gonus, semi-pedalis : ramis 3 - natis. *Folia* stellato-terna, lanceolata, glabra, integerima, sessilia. *Flor* apetalus, lateralis, & terminalis, pedunculis longis, dichotomis, apice racemosis. *Stigmata* tria, sessilia, subovata, inæqualia. *Capsula* ovata, 3 - loba, 3 - locularis, 3 - valvis : feminibus multis, reniformibus.

Habitat Cantone Sinarum spontanea.

CLASSIS IV.  
TETRANDRIA.  
MONOGYNIA.

\* *Flores monopetali, monospermi.*

- † 1. HYLA. *Cal. com. Proprius 2 - phyllus. Cor. irregulare : filamentis tubo infertis. Sem. superum.*
- 2. CEPHALANTHUS. *Cal. com. o. Receptaculum aggregans flores regulares in globum.*
- 3. SCABIOSA. *Cal. com. Receptaculum elevatum, subpaleaceum. Sem. coronatum, involutum, inferum.*

\*\* *Flores monopetali, monocarpi, inferi.*

- † 4. CYLINDRIA. *Cor. cylindracea Cal. 4-fidus. Baccæ 1-sperma.*
- † 5. PORPHYRA. *Cor. campanulata. Cal. truncatus. Baccæ 3-sperma.*
- 6. CALICARPA. *Cor. tubulosa. Cal. 4-fidus. Baccæ 4-sperma.*
- 7. SCOPARIA. *Cor. rotata. Cal. 4-partitus. Capsula 1-locularis.*
- 8. PLANTAGO. *Cor. refracta. Cal. 4-partibus. Caps. 2-locularis, circumscissa.*
- 9. BUDDLEIA. *Cor. campanulata. Cal. 4-fidus. Caps. 2-locularis, 2-fulca.*
- 10. PENÆA. *Cor. campanulata. Cal. 2-phyllus. Caps. 4-locularis, 4-valvis.*

\*\*\* *Flores monopetali : monocarpi, superi.*

- 11. PAVETTA. *Cor. tubo longo. Calyx 1-phyllus. Baccæ 1-sperma.*
- † 12. POLYOSUS. *Cor. tubo brevi. Cal. 4-dentatus. Baccæ 2-sperma.*

13. IXORA.

*Cor. tubo longo. Cal. 4-partitus. Baccæ 2-locularis. Sem. 1-2.*

28.

14. PETESIA.

*Cor. tubulosa. Cal. 4-dentatus. Baccæ 2-locularis, polysperma.*

29.

15. HEDYOTIS.

*Cor. tubulosa. Cal. 4-partitus. Caps. didyma, polysperma, apice dehiscens.*

16. OLDENLANDIA.

*Cor. tubulosa. Cal. 4-partitus. Caps. polysperma, dehiscens inter dentes.*

30.

\*\*\*\*\* *Flores monopetali, dicocci, superi: stellatae.*

17. GALIUM.

*Cor. plana. Fruætus sub-globosi.*

† 31.

18. SPERMACOCE.

*Cor. tubulosa. Fruætus coronatus. Semina 2-dentata.*

33.

19. CRUCIANELLA.

*Cor. tubulosa, aristata. Fruætus nudus. Semina linearia.*

† 34.

\*\*\*\*\* *Flores tetrapetali, inferi.*

20. FAGARA.

*Petala staminibus breviora. Cal. 4-fidus. Caps. 4-valvis, 1-sperma.*

36.

† 21. LASIA.

*Petala carnosa. Cal. communis spatha. Baccæ 1-sperma.*

† 37.

† 22. LEPTA.

*Petala triangularia. Cal. 4-partitus. Baccæ 4-locularis, 1-sperma*

23. PTELEA.

*Petala coriacea. Cal. 4-partitus. Drupa compressa, exsfucca.*

† 24. HELICIA.

*Petala revoluta. Cal. 4-fidus. Drupa ovata, 1-fulca.*\*\*\*\*\* *Flores tetrapetali superi.*

25. CISSUS.

*Cal. cingens germen. Baccæ 1-sperma.*

37.

† 26. ALLASIA.

*Germen inter calycem, & corollam. Baccæ 1-locularis: feminibus nidulantibus.*

† 27. COLUMELLA.

*Cal. sub-truncatis. Baccæ 2-locularis.*

T E T R A N D R I A.

65

28. TRAPA. *Cal. 4-partitus. Nux armata spinis conicis ; oppositis.*
29. SANTALUM. *Cor. 4-petala , calyci innata. Bacca 1-sperma.*
- \*\*\*\*\* *Flores incompleti.*
30. SALVADORA. *Cal. 4-fidus , inferus. Bacca 1-sperma. Semen arillatum.*
- † 31. LAGENULA. *Cal. 4-phyllos , inferus. Bacca 2-locularis.*
- † 32. CREODUS. *Cal. 3-lobus , superus. Bacca 1-sperma.*
33. ELÆAGNUS. *Cal. campanulatus , superus , deciduus. Dru- pa.*
- † 34. OCTARILLIUM. *Cor. Hippocrateiformis , supera. Cal. o. Bac- ca 1-sperma : arillo 8-gono.*
35. DORSTENIA. *Cal. Receptaculum commune , carnosum.*

T E T R A G Y N I A.

36. ILEX. *Cor. 1-petala. Cal. 4-dentatus. Bacca 4-sperma.*
- † 37. TETRADIUM. *Cor. 4-petala. Cal. 4-phyllos , inferus. Ca- psulae 4 , 1-spermæ : femine arillato.*

## MONOGYNIA.

## † GENUS I. PHYLA.

## Descriptio Naturalis.

**Cal.** communis polyphyllus , ovatus , imbricatus : foliolis spathulatis , acuminatis , coarctatis , continens multos flosculos.

Perianthium proprium 2 - phylum : foliolis lanceolatis , concavis , erectis.

**Cor.** Monopetala , tubulosa , irregularis : limbo brevi , patente , 4 - fido : lacinia subaequalibus , supremā emarginatā.

**Stam.** Filamenta 4 , brevia , bino ordine infra os tubi. Antheræ 2 - lobe , subrotundæ.

**Pist.** Germen superum , subrotundum. Stylus brevis. Stigma crassissimum.

Peric. o.

**Sem.** Solitaria , nuda : Receptaculo communi filiformi , nudo undique affixa.

**Nom.** ( $\Phi\omega\lambda\eta$  tribus) Phylam dixi florem multiplicem ex communi calyce prodeuntem.

**Oblerv.** Cogitavi Phylam Proteis annexere : desiti praecipue impulsu Linnæi , qui essentiam Proteæ statuit in antheris linearibus infra apices corollæ inferis , cum nostræ subrotundæ insideant infra os tubi. Prothea Repens Lin. sp. II. in paucis cum nostrâ convenit , in multis differt.

**Charact.** Gener. *Cal.* com. imbricatus : *proprius* 2 - phyllus , inferus.

*Cor.* 4 - fida , irregularis : *antheris* subrotundis infra os tubi. *Sem.* I.

**Sp. I.** PHYLA CHINENSIS. a Lién frēn.

**Differ. spec.** Phyl. *caule* repente : *foliis* oppositis , semiferratis : *pedunculis* lateralibus , solitariis.

**Hab.** *Caulis* herbaceus , annuus , repens : *ramis* affligeribus. *Folia* lanceolato-ovata , acuminata , glabra , opposita , ad basim integerrima , superiorius ferrata. *Flos* albo-violaceus , lateralis , pedunculo solitario , longo , monofloro.

## GENUS II. CEPHALANTHUS.

**Charact.** Gen. *Cal.* communis o : proprius superus , infundibuliformis.

**Recept.** globosum , nudum. *Sem.* I , lauginosum. Lin. sy. pl. G. 119.

Sp. I.

Sp. 1. CEPHALANTHUS OCCIDENTALIS? § sòy yòng mài.

Differ. spec. Ceph. *foliis* oppositis, ternisque. Lin. sp. 1.

Hab; & notæ. *Arbor magna*, *ramis* patentibus. *Folia* opposita, ter-naque, ovata, acuminata, integerrima, incurva, reflexa, glabra, costis multis, obliquis. *Flos*, albus, terminalis, pedunculis divisi: *flosculis* aggregatis: *receptaculo* communis globo-so, villis mul-tis clavatis distincto: calycibus 4-fidis: *corollis* superis, infundi-buliformis, 4-fidis. *Bacca* partialis calycina, minima, 1-sper-mata: composita rotunda, mediocris, rubra, edulis, moro simili-sis. Si cum Ceph. Americano (michi non obvio) non conveniat, vo-cetur Ceph. Orientalis.

+ Sp. 2. CEPHALANTHUS ANGUSTIFOLIUS. α Rī dī cīy.

Differ. spec. Ceph. *foliis* lanceolato-linearibus, oppositis.

Hab; & notæ. *Arbor* mediocris, *ramis* ascendentibus. *Folia* lanceo-lato-linearia, integerrima, opposita. *Flos* pallidus: capitulis terminalibus, parvis: *receptaculo* communis oblongo, villolo, *floscules* in globum colligente: *calyx* communis nullo: proprio infundibuliformi, 4-fido, lacinia subulatis, pilosis, glandulis coloratis, nitidis, pedunculatis confito. *Corolla* infundibuliformes, limbo brevi, 4-fido, acuto. *Stamina* 4, brevissima, ad incisuras corol-la. *Bacculae* subrotundæ, coronatæ, flaccidæ, 2-locularis, 1-spermatæ, inferæ. *Bacca* composita parva.

+ Sp. 3. CEPHALANTHUS PROCUMBENS. α Deei trōp.

Differ. spec. Ceph. *caule* procumbente: *foliis* ovato-lanceolatis, alter-natis.

Hab; & notæ. *Frutex* crassus, procumbens: *ramis* multis, funicu-laribus, longis. *Folia* ovato-lanceolata, magna, integerrima, to-men-tofa, alterna, petiolata. *Flos* violaceus, dioicus, racemis terminalibus, longis, interruptis. Masculum non vidi. *Femineus* *receptaculo* globo-so, nudo: *calyx* tam communis, quam proprio nullo. *Corolla* infundibuliformes, 5-fidae, inferae, plurimæ, pedun-culæ propriæ, longis, in globum prominentes. *Semen* 1, ovatum, compressum, nudum. *Stylus* capillaris, corollæ æqualis: *stigmate* simplici.

+ Sp. 4. CEPHALANTHUS MONTANUS. β Sān yòng mài.

Differ. spec. Ceph. *foliis* ovatis, crenatis, alternatis.

Hab; & notæ. *Arbor magna*: *cortice* cannabino: *ramis* patentibus. *Folia* ovata, acuminata, crenata, alterna, petiolata, facie aspe-ra, tergo tomentosa. *Flos* dioicus, coloris viridis: pedunculis *foli-  
tariis*

tariis axillaribus : *capitulis* subrotundis , *receptaculo* globoſo , nudo .  
Masculum non vidi . *Feminei* corolla nulla . *Calyx* proprius infun-  
dibuliformis , sub-clausus , 4 - fidus , superus . *Semen* 1 , compref-  
sum , coronatum ala sub-pappoſa , fortaffe ex tubo calycis laciñato .

† Sp. 5. CEPHALANTHUS STELLATUS. a Ri ri boung gao.  
Differ. spec. Ceph. foliis stellatis , lanceolato-linearibus.

Hab ; & nota. *Arbor* mediocris , *ramis* ascendentibus . *Folia* terna  
terna , lanceolato-linearia , integerrima , glabra . *Floſculi* albi , ter-  
minales , in globum aggregati : *receptaculo* ovato , parvo , floſcu-  
los colligente : *calyce* communis nullo . *Perianthium* inferum , 4 - fi-  
dum , laciniis subulatis . *Corolla* supera , 4 - fida , limbo reflexo :  
*antheris* 4 , sub-fessilibus : *stylo* longo . *Semen* 1 , nudum .

Obſerv. Omnes itas species examinavi recentes in solo natali : pri-  
mam , & quartam in Chinā : secundam , tertiam , & quintam in  
Cochinchinā . Cumque tam inter se , quam a Charaktere Generico  
Linnæano differre inveniſsem , characterem illum ampliavi in ſupra  
ſcripto repertorio Generum , ut omnibus poſſit congruere . Inde ſu-  
picor , quod variae plantae Herbarii Amboinenſis Rumphii ( qua-  
rum flores non obtinui ) ad Cephalanthum pertineant . Scilicet Neſ-  
fatus l. 4 . c. 20 . t. 25 . Funis uncatus l. 7 . c. 33 . t. 34 . Et aliae .

### G E N U S III. S C A B I O S A .

Charact. Gener. *Cal.* communis polyphyllus : proprius duplex , ſupe-  
rus . *Receptaculum* paleaceum , ſive nudum . Lin. fy. pl. G. 121 .

† Sp. 1. SCABIOSA COCHINCHINENSIS. a Colui mèo : g Ti tan tsio.  
Differ. spec. Scab. *corollulis* 5 - fidis : *foliis* lanceolatis indiyifis , un-  
dulatis : *caule* subnudo : *pappo* piloſo .

Hab ; & nota. *Caulis* herbaceus , subnudus , erectus , simplicifimus ,  
10 - pollicaris . *Folia* radicalia , multa , in orbem expaſia , lanceo-  
lata , integerrima , undulata , utrinque pilosa . *Flos* aggregatus , pur-  
pureus , terminalis : *calyce* communis 3 - phyllo , foliaceo : proprio  
dupli , utroque 4 - phyllo . *Corollula* 5 - fidæ , ſubæquales , calice  
communi breviores : *receptaculo* paleaceo , elevato , non ſubulato .  
*Semen* 1 , coronatum pilis 5 , longiusculis .

Habitat inculta in Cochinchinā : etiam in Chinā .

Obſerv. Ratione 5 pilorum femini inſidentium , ſimulque corollæ  
5 - fidæ , purpureæ dubitavi , an eſſet Scabiosa Atropurpurea . Lin.  
Sp. 18 . Sed habitu a noſtrâ diſſert : ſicut etiam Scab. Javana Bon-  
tii , Jav. pag. 158 .

Virt. Mundificans , Bechica . Prodeſt in ſcabie , tuſſi , & aliis pul-  
monum affectibus . Utimur decocto totius herbae .

GE-

## † GENUS IV. CYLINDRIA.

## Descriptio Naturalis.

Cal. Inferus, tubulosus, brevis, persistens, 4-fidus: laciniis acutis, coloratis, patentibus.

Cor. Tubulosa, 4-fida: laciniis linearibus, acutis, carnosis, in tubum cylindraceum conjunctim proteinis, apice cucullatis.

Stam. Filamenta subnula. Antheræ 4, 2-loculares, subrotundæ, compressæ, cucullis laciniarum inclusæ.

Pist. Germen ovatum. Stylus brevissimus. Stigma 4-fidum.

Peric. Bacca parva, subrotunda, exsucca, 1-sperma.

Sem. 1, globosum, lanuginosum.

Nom. Cylindria dicitur ob corollæ laciniias tubum teretem continuantes.

Charact. Genericus. Cal. 4-fidus inferus. Cor. tubiformis 4-fida, Bacca 1-sperma.

Sp. 1. CYLINDRIA RUBRA. a Cay Lq ege.

Differ. spec. Cylindr. foliis lanceolatis oppositis: pedunculis polyflos, subterminalibus.

Hab. Arbor mediocris: ramis ascendentibus. Folia lanceolata, subferrata, glabra, opposita. Flos ruber, parvus, multus, pedunculis subterminalibus, polyfloris. Bacca nigra.

Habitat in sylvis Cochinchinæ.

Blimbingum Sylvestre. Rumph. Amb. I. 6. c. 79. tab. 73.

## † GENUS V. PORPHYRA.

## Descriptio Naturalis.

Cal. Truncatus, inferus, persistens.

Cor. Monopetala, campanulata: tubo calycem superante: limbo 4-partito, laciniis rotundatis.

Stam. Filamenta 4, corollâ duplo longiora, ipsius basi insidentia. Antheræ ovatæ, stantes.

Pist. Germen subrotundum. Stylus filiformis, æqualis staminibus. Stigma subrotundum, retusum.

Peric. Bacca globosa, 1-locularis, 3-sperma.

Sem. Exterius convexa, interius angula.

Nom. (Πορφύρα purpura) a colore floris.

Charact. Gener. *Cal.* truncatus, inferus. *Cor.* campanulata, 4-partita. *Bacca* 3-sperma.

Sp. 1. PORPHYRA DICHOTOMA. & Tsù hòu uôn.

Differ. spec. Porph. *foliis* lanceolatis : *racemis* dichotomis.

Hab. *Frutex* erectus, 3-pedalis : *ramis* multis, rectis, debilibus. *Folia* lanceolata, serrata, punctata, subsessilia, opposita. *Flos* purpureus, racemis dichotomis, axillaris. *Bacca* globosa, violacea, carnoa, plurima, minima.

Habitat in collibus provinciae Cantonensis Sinarum.

### GENUS VI. CALLICARPA.

Charact. Gener. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 4-fida. *Bacca* 4-sperma. Lin. G. 141. sy. pl.

- Sp. 1. CALLICARPA AMERICANA. & Cây nang nang.

Differ. spec. Call. *foliis* ferratis, subtus tomentosis. Lin. sp. 1.

Hab; & note. *Frutex* 3-pedalis, *caule* multiplici, suberecto, albidente. *Folia* ovata, acuminata, denticulata, opposita, molia, rugosa, magna, subtus tomentosa. *Flos* purpurascens, minimus, cymis axillaris, brevibus : *calyx* brevi, 4-fido : *bacca* rotunda, nigra plurimâ, minimâ, 4-spermâ. Habitat ad sepes in Cochinchina.

Anonymous baccifera, verticillata, folio molli, & incano. Plukn. Almag. 33. t. 136. f. 3.

† Sp. 2. CALLICARPA UMBELLATA. & Cây ma ca.

Differ. spec. Call. *foliis* turbinato-ovatis, glabris, alternis : *umbellis* sessilibus.

Hab; & note. *Arbor* mediocris : *ramis* ascendentibus. *Folia* turbinato-ovata, integerrima, glabra, alterna, margine reflexa. *Flos* albo-viridis parvus, *umbellis* sessilibus, 5-floris, sub-terminalibus. *Cal.* obtuse 4-fidus. *Cor.* campanulata, tubo brevi. *Stamina*, & *stigma* sessilia. *Bacca* carnoa fabrotunda, parva, 4-sperma.

Habitat in fylvis Cochinchinae.

† Sp. 3. CALLICARPA TRILoba. & Ca sú thiý. & Rát chía bá.

Differ. spec. Call. *caule* scandente : *foliis* 3-lobas : *pedunculis* dichotomis.

Hab; & note. *Frutex* scandens, longus, ramosus : *cirrhis* bifidis. *Folia* cordata, 3-loba, ferrata, glabra, *petiolis* longis. *Flos* pallidus, axillaris, *pedunculus* dichotomis. *Cal.* 4-dentatus. *Bacca* fabrotunda, 4-sperma. *Corolla* 4-fida. *Stamina* 4. Ha-

TETRANDRIA. MONOGYNTA.

72

Habitat in China, & Cochinchinā spontanea.

GENUS VII. SCOPARIA.

Charact. Gener. *Cal.* 4 - paritus. *Cor.* 4 - partita, rotata. *Caps.* 1 - locularis, 2 - valvis, polysperma. Lin. sy. pl. G. 149.

Sp. 1. SCOPARIA DULCIS.  $\alpha$  Cam thảo dát.

Differ. spec. Scop. *foliis* ternis: *floribus* pedunculatis. Lin. sp. 1.

Hab; & nota. *Caulis* herbaceus, annuus, erectus, 3 - pedalis: *ramis* 3 - natis, rectis, ascendentibus. *Folia* stellata terna, lanceolata, ferrata, sessilia, glabra. *Flos* albus, solitarius, axillaris, pedunculis longis. *Cal.* 4 - phyllus, perfistens, inferus, foliolis oblongis, curvis, pilosus. *Cor.* rotata, 4 - partita: fauce pilosissimā: lacinias oblongis, calycem superantibus. *Filamenta* 4, erecta, corollæ æqualia: *antheris* incumbentibus. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, æqualis staminibus. *Stigma* simplex. *Caps.* ovata, 1 - locularis, 4 - valvis, polysperma, apice dehiscens: *seminibus* plurimi, subrotundis, minimis.

Habitat agrestis in Cochinchinā, nec alibi vidi.

Tupeçava. Pil. Braf. p. 246. Icon ibi non satis bona. Scoparia Ternata. Forsk. Arab. (Centur. 2. n. 7.) descriptione magis convenit.

GENUS VIII. PLANTAGO.

Charact. Gener. *Cal.* 4 - fidus. *Cor.* 4 - fida: limbo reflexo. *Stem.* longissima. *Caps.* 2 - locularis, circumfissa. Lin. sy. pl. G. 148.

Sp. 1. PLANTAGO MAIOR.  $\alpha$  Ma ðò: Xa tien, & Ché tien tsào.

Differ. spec. Plant. *foliis* ovatis, glabris: *scapo* tereti: *spicis* flocculatis imbricatis. Lin. sp. 1.

Hab; & nota. *Planta* acaulis, annua. *Polia* semipedalia, ovata, subacuta, subdentata, 5 - nervia, glabra, petiolata. *Scapus* nudus, teres, tenuis: *spicis* longissimis, teretibus, multis, singulis in quolibet scapo, simplicissimis: *flocculis* albis, densis, sub-imbricatis. *Cor.* 4 - fida, brevis: *staminibus* 4, longissimis. *Caps.* ovata, sub-acuta, horizontaliter dehiscens, 2 - locularis, 4 - sperna: *semibibus* globosis.

Habitat ad vias, & in hortis, in Cochinchinā, & Chinā passim obvia.

Sjaden. Kämpf. Jap. p. 912. *Plantago latifolia* Hill. Brüt. herb. p. 152. tab. 22. f. 7. Thunb. Jap. p. 61.

Nirt. Refrigerans, Subastrigens, Abstergens, Vulneraria, Diuretica, Optal-

## 72. TETRIANDRIA. MONOGYNTIA.

Ophtalmica. Decocto seminum leviter contusorum maximè utuntur indagine ad diuresim promovendam. Succo foliorum expresso, mel apum condito medentur tenebro, & fluxui sanguineo.

## GENUS IX. BUDDLEIA.

Charact. Gener. *Cal.* 4 - fida. *Cor.* 4 - fida. *Stamina* ex incisuris. *Cap.* 2 - sulca, 2 - locularis, polysperma. Lin. sy. pl. G. 146.

† Sp. 1. BUDDLEIA ASIATICA. a Sau dia chuot.

Differ. Spec. Budd. *foliis* lanceolato-linearibus, rugosis, glabris: *spicis* plenis.

Hab; & note. *Caulis* subfruticosus, 3 - pedalis: ramis ascendentibus. *Folia* lanceolato-linearia, rugosa, subferrata, glabra, opposita. *Flos* albus, spicis terminalibus, longis, nec interruptis. *Cal.* inferius, 4 - partitus, persistens: lacinias subulatis, erectis. *Cor.* campanulata, 4 - fida, laciinis rotundatis. *Filamenta* 4, brevissima infra os tubi: *antheris* oblongis, stantibus. *Germen* oblongum. *Stylus* equalis staminibus. *Stigma* longiusculum, bifidum. *Capsula* oblonga, 2 - locularis, 2 - valvis, polysperma: *seminibus* longiusculis. Habitat agrestis in Cochinchina.

† Sp. 2. BUDDLEIA TERNATA. a Cay Lao linh.

Differ. Spec. Budl. *foliis* ternatis, acuminate: pedunculis monofloris. Hab; & note. *Caulis* subfruticosus, 2 - pedalis, erectus, teres, ramosus. *Folia* ternata, lanceolata, acuminate, ferrata. *Flos* albus, pedunculis axillaribus, solitariis: *calyx* 4 - fido, connivente, persistente: *corolle* laciinis ovatis. *Stigmate* obtuso, 2 - fido: *nectario* piloso. *Caps.* ovata, 2 - locularis: *seminibus* numerosis.

Habitat agrestis in Cochinchina.

## GENUS X. PENÆA.

Char. Gener. *Cal.* 2 - phyllus. *Cor.* campanulata. *Stylus* 4 - angularis. *Cap.* tetragona, 4 - locularis, 8 - sperma. Lin. sy. pl. G. 144.

† Sp. 1. PENÆA NITIDA. a Cay Son.

Differ. Spec. Pen. *foliis* oblongis, congestis, nitidis: racemis terminalibus.

Hab; & note. *Caulis* fruticosus, 4 - pedalis, erectus, ramosus. *Folia* ovato-oblonga, integerrima, nitida, congesta, plana, margine reflexa. *Flos* albus, racemis laxis, terminalibus: *calyx* 2 - phyllo, erecto, rubro, nitido, oblongo. *Cor.* campanulata, 4 - fida: laciinus

† Sp. 2.

Differ-  
ris.

Hab;

dat-

*Cap-*

tens.

Obser-

den-

tum-

vide-

Sca-

Chara-

cur-

† Sp. 1.

Differ-

Hab;

brac-

sita

lis

min-

terif-

ræ

infe-

Habita-

† Sp. 2.

Differ-

laric-

Hab;

para-

fuc-

gus

niis filiformibus. *Germen* superum, ovatum : *stylus* lateri, non apicci, infidente. *Capula* ovata, polysperma : maturam non vidi, ideo de numero loculorum incertus mansi. Habitat agrestis in Cochinchinâ.

† Sp. 2. PENÆA SCANDENS. *a* Deei dinh dang.

Differ. spec. Pen. *caule* scandente : *foliis* cordatis : pedunculis 2 - floris.

Hab ; & notæ. *Caulis* fruticosus, ramosus, scandens. *Folia* lato-cor data, acuminata, integerrima. *Flos* axillaris, pedunculis longis, 2 - floris. *Corolla* lutea, campanulata, plicata, infera, 4 - fida. *Capula* 4 - locularis, polysperma. *Calyx* magnus, 5 - fidus persistens.

Observ. Omnes Penææ species a Linnaeo descriptæ solo Africano gaudent. Noltræ Asiaticæ, & Cochinchinæ indigenæ sunt, nec in totum conformes Characteri Generico Linnaeano. Habitu vero affinis videtur P. Nitida P. Myrtoidi Lin. Junioris sup. pl. p. 122., & P. Scandens P. Marginatæ Lin. Senioris sp. 3.

GENUS XI. PAVETTA.

Charact. Gener. *Cor.* 1 - petala, infundibuliformis, supera. *Stigma* curvum. *Bacca* 2 - sperma. Lin. sy. pl. G. 138.

† Sp. 1. PAVETTA ARENOSA. *b* Tí s.

Differ. spec. Pav. *ramis* brachiatis : *foliis* tuberculosis, oppositis.

Hab ; & notæ. *Frutex* inermis, erectus, 4 - pedalis : *ramis* multis brachiatis, reclinatis. *Folia* lanceolata, integerrima, nitida, opposita, tuberculis multis utrinque prominentibus, quasi arenæ granulis constita. Inde nomen finicum *Planta arenosa*. *Flos* albus, terminalis, fastigiatus : *calyce* baccato, 5 - dentato. *Corolla* Hippocrateiformis, tubo longo, limbo 5 - fido. *Filamenta* subnulla. *Antherae* 4, lineares ad os tubi exsertæ. *Bacca* parva, ovata, 1 - sperma, infera. *Semen* 1, ovato-oblongum. De stigmate non recorder.

Habitat in provinciâ Cantonieni Sinarum.

† Sp. 2. PAVETTA PARASITICA. *a* Chanh coi tlòn lì.

Differ. spec. Pav. *caule* parasitico : *foliis* verticillatis : *glomerulis* axillaribus.

Hab ; & notæ. *Caulis* perennis, lignosus, 1 - pedalis, ramosissimus, parasiticus. *Folia* ovata, tomentosa, integerrima, verticillata. *Flos* fusco-luteus, parvus, villosus, axillaris, glomeratus. *Cal.* oblongus, 4 - gonus, truncatus, villosus : suffultus squamula oblonga,

reflexâ. *Cor.* hippocrateriformis , tubo longo : limpo parvo , 4 - fido , laciniis oblongis , inflexis. *Filamenta* 4 , ori tubi adnata , limbo breviora : *antheris* stantibus. *Germem* calycinum oblongum. *Stylus* filiformis , corollæ æqualis : *stigmate* crassiusculo. *Bacca* parva , ovato-oblonga , 1 - sperma : *semine* ovato. Nascitur frequens , & inhæret arboribus in hortis Cochinchinæ.

*Observ.* Pavetta Indicam non novi. Linnaeus in designandis Generum Characteribus modo illam dicit 1 - sperman , modo 2 - spermam. Uterque Burmannus de numero seminum tacet. Rumph. Amb. I. 6. p. 147. loquens de Flammâ sylvarum peregrinâ ( quæ ab aliis pro Pavettâ Indicâ habetur ) dicit ejus fructum esse ex rotundo planum , ac si bini essent adunati , sicut antea dixerat de flammâ sylvarum Ixorâ Coccinea : adeoque rectè intelligendum utriusque baccam esse 2 - sperman , sive 2 - loculare , & utramque plantam esse Ixoram. Igitur ad tollendam confusione existimo baccam 1 - sperman privatim tribuendam Pavette : 2 - locularem Ixore : 1 - locularem , 2 - spermam proximo Generi nunc exponendo.

### + GENUS XII. POLYOZUS.

#### Descriptio Naturalis.

*Cal.* Tubulosus , 4 - dentatus , brevis.

*Cor.* Monopetala : tubo brevi : limbo quadrifido , reflexo.

*Stam.* Filamenta 4 , reflexa , corollâ breviora , ori tubi inhærentia. Antheræ oblongæ , stantes.

*Pist.* Germen subrotundum. *Stylus* filiformis , corollâ longior. Stigma magnum , cylindraceum , apice acuto , emarginato.

*Peric.* Bacca calycina , subrotunda , carnosa , 1 - locularis , 2 - sperma. Sem. Subrotunda.

*Nom.* ( Πολύου multum : ὄφες ramus ) Arbor ramosissima.

*Observ.* Rouhamon Guianensis. ( Aublet. Guian. p. 93. t. 36. ) ab hac descriptione vix differt.

*Charact.* Genericus. *Cal.* 4 - dentatus , baccatus. *Cor.* tubus brevis ; limbus 4 - fidus. *Bacca* carnosa , 1 - locularis , 2 - sperma.

+ Sp. 1. POLYOZUS BIPPINATA. a Cay Trám n. 4.

Differ. specifica. Pol. *foliis* bippinatis : *racemis* lateralibus.

Hab. *Arbor* magna , ramosissima : ramis patentibus. *Folia* bippinata , ovata , acuminata , integerrima , parva , nitida , multijuga. *Flos* viridi-luteus , parvus , multus : *racemis* brevibus , axillaribus : *flosculis*.

*lis* multis neutris intermixtis, calyce, & corollâ hermaphroditô similibus. *Bacca* fusca, mediocris, non edulis.

Habitat in sylvis Cochinchinæ.

Usus. Lignum hujus arboris album, & grave est, nec pulchrum: sed magnæ durationis in sultinendis pontibus, quia humiditatî, & ver-  
mibus valde resistit.

+ Sp. 2. POLYOSUS LANCEOLATA. & Amisan cung.

Differ. spec. Pol. *foliis* lanceolatis: *racenis* terminalibus.

Hab.; & notæ. *Arbuscula* inermis, 4-pedalis: *ramis* diffusis. *Folia* lanceolata, integrerrima, glabra, opposita, petiolata. *Flos* rubef-  
cens, racemis compositis, terminalibus: *calyx* 4-dentato, baccato: *corolla* infundibuliformis, limbo 4-fido, patente, æquali tubo. *Faux* tubi staminifera, lanugine multâ obducta. Stigma emarginatum. *Bacca* subrotunda, minima, 1-locularis, 2-sperma.

Habitat Cantone Sinarum, spontanea.

Observ. Pavetta Caffra (Lin. Jun. suppl. p. 121.) hujic Generi magis conformis est quam Pavetta.

### G E N U S XIII. IXORA.

Charact. Gener. *Cor.* 1-petala, infundibuliformis, longa, supera.  
*Stamina* supra faucem. *Bacca* 4-sperma. Lin. sy. pl. G. 137.

Sp. 1. IXORIA COCCINEA. a. Boung. lang. do.

Differ. spec. Ix. *foliis* ovatis, semiamplexicaulibus: *floribus* fascicu-  
latis. Lin. sp. I.

Hab.; & notæ. *Caulis* fruticosus, multiplex, erectus, 3-pedalis. *Folia* ovata, integrerrima, opposita, glabra, sessilia, nec amplexicaulia. *Flos* coccineus, fasciculato-cymosus, fastigiatus, terminalis. *Corolla* hippocrateriformis potius, quam infundibuliformis: tubo tenui longissimo: limbo parvo, æqualiter 4-fido. *Cal.* minimus, 4-fidus, corollæ concolor. *Stylus* tubo longior: *stigmate* oblongo, 2-fido. *Filamenta* brevissima ad os tubi: *antheris* oblongis. *Bacca* parva, sub-sphæroidæ, emarginata, coronata, 2-locularis, 1-  
sperma. *Semina* exterius rotundata, interius plana.

Habitat in fruticetis Cochinchinæ.

Jasminum flore tetrapetalô. Ixora Linnæi. Burm. Zeyl. p. 125. t. 57.

Flamma sylvarum. Rumph. Amb. I. 6. cap. 52. pag. 105., 107. Cu-  
jus descriptio a nostrâ non longè aberrat. Icon tab. 47. fatis co-  
hæret: non ita tab. 46, quæ nec cum ejusdem Authoris descriptio-  
ne, nec cum nostrâ convenient.

Sp. 2. IXORA ALBA. a Boung tlang tlang.  
Differ. spec. Ixor. *foliis* ovato-lanceolatis. *floribus* fasciculatis. Lin,  
sp. 2.

Hab; & note. *Caulis* fruticosus, ramosus, erectus, 3-4-pedalis.  
*Folia* ovato-oblonga, acuta, integerrima, glabra, opposita, sub-  
sessilia. *Flos* albus fasciculato-cymulos, terminalis. *Bacca* 2-locu-  
laris, 1-sperma, infera. *Cal.*, *Cor.*, *stam.*, & *pistillum*, ut 1 spe-  
ciei. An hujus varietas?

Habitat similiter in locis planis, sed rarior.

Jasminum Indicum Schetti album. Pluk. alm. p. 196 t. 109. f. 2.

† Sp. 3. IXORA MONTANA. a Boung tlang nui.

Differ. spec. Ix. *foliis* turbinato-oblongis, basi cordatis : *flore* fasti-  
giato.

Hab; & note. *Caulis* fruticosus, erectus, ramosus, 4-pedalis. *Fo-  
lia* oblonga, ad apicem latiora, obtusa, basi cordata, integerri-  
ma, glabra, opposita, sub-sessilia. *Flos* coccineus, fastigiatus, ter-  
minalis. *Flos*, & *fructus* ejusdem forme, quæ precedentium : ea-  
rumque fortasse varietas.

Habitat in locis montanis in Cochinchinâ.

† Sp. 4. IXORA NOVEMNERVIA. a Buom ràng tlang.

Differ. spec. Ix. *foliis* nervosis, asperis : *caule* scandente : *cymis* ter-  
minalibus.

Hab; & note. *Frutex* magnus, scandens, ramosus, inermis. *Folia*  
ovato-lanceolata, integerrima, aspera, 9-nervia, subsessilia, op-  
posita. *Flos* albus, terminalis, cymis hemisphaericis. *Corolla* tubus  
gracilis, longissimus : limbus 4-fidus. *Stigma* supra faucem. *Sti-  
gma* ovatum, 2-fidum. *Bacca* infera, 2-locularis, 1-sperma.  
Habitat in desertis locis Cochinchinæ.

† Sp. 5. IXORA VIOLACEA. a Buom ràng thi.

Differ. spec. Ix. *foliis* nervosis, pilosis : *floribus* axillaribus.

Hab; & note. *Frutex* magnus scandens, ramosus, inermis. *Folia* lan-  
ceolata, 9-nervia, integerrima, pilosa, subsessilia, opposita. *Flos*  
violaceus, cymis axillaribus : *corolla*, & *calyx* 4-fidis. *Bacca* in-  
fera, 2-locularis, 1-sperma : *feminibus* ovatis asperis.

Habitat loca inculta, ubi arborum agrestium ramis innititur in Cochinchinâ.

## GENUS XIV. PETESIA.

Charact. Gener. *Cor.* 1 - petala, infundibuliformis. *Stigma* 2 - fidum. *Bacca* polyperma. Lin. sy. pl. G. 139.

† Sp. 1. PETESIA SIMPLICISSIMA. a Cay bō bō.

Differ. spec. Pet. *foliis* lanceolato-linearibus : racemis sub-terminalibus. Hab ; & note. *Caulis* herbaceus, simplicissimus, 1 - pedalis, 4 - gonus, erectus. *Folia* lanceolato-linearia, integerrima, glabra : duo opposita maiora, plura minoria (ni velis dicere stipulas) simul fasciculata. *Flos* albus, subterminalis : *racemis* erectis, subdivisis. *Bacca* infera, parva, 2 - locularis, polyperma : vestita *calyce* sub-campanulato, acutè 5 - fido. *Stigma* oblongum, 2 - fidum villosum, reflexum.

† Sp. 2. PETESIA TRIFIDA. a Cay Hang the.

Differ. spec. Pet. *foliis* 3 - culpidatis : *corymbis* terminalibus.

Hab ; & note. *Caulis* subfruticosus, 4 - gonus, cespitosus, 1 - pedalis, erectus. *Folia* lanceolata, tricipitata, sessilia, integerrima, opposita. *Flos* albus : *corymbis* terminalibus : *corollis* infundibuliformibus, 4 - fidis. *Fruitus* inferus, polyspermus. *Bacca* ? maturam non vidi.

Habitat utraque species in Cochinchinā : illa in agris, haec in montibus Son coung.

## GENUS XV. HEDYOTIS.

Char. Gener. *Cor.* 1 - petala, infundibuliformis. *Capit.* 2 - locularis, polysperma, infera. Lin. sy. pl. G. 124.

Sp. 1. HEDYOTIS HERBACEA. a Co 150 tñ.

Differ. spec. Hed. *foliis* lineari-lanceolatis : *caule* herbaceo, dichotomo : *pedunculis* geminis. Lin. sp. 3.

Hab ; & note. *Caulis* 8 - pollicaris, herbaceus, tenuis, dichotomus, procumbens. *Folia* lineari-lanceolata, sessilia, glabra, integerrima, opposita. *Flos* albus axillaris, geminus, s̄epe solitarius : *corolla* sub-campanulata, 4 - fidā. *Stamina* 4, brevia. *Stigma* oblongum, 2 - fidum. *Capitula* didyma, coronata 4 calycis apicibus, 2 - locularis, polysperma. Habitat spontanea in Cochinchinā.

Burm. Indiæ, pag. 33.

## GENUS XVI. OLDENLANDIA.

Charact. Gener. Cor. 4-petala. Cal. 4-partitus, superus. Capsula 2-loocularis, polysperma. Lin. sy. pl. G. 162.

Sp. 1. OLDENLANDIA REPENS. s. Hs. Kim tsao.

Differ. spec. Old. *capsulis* subfessilibus, hispidis: *foliis* lanceolatis. Lin. sp. 2.

Hab; & note. *Caulis* 10-pollicaris, cespitosus, herbaceus, ramosus, procumbens, gemiculatus, repens. *Folia* linear-lanceolata, integrerrima, glabra, opposita, fessilia. *Flos* albus, axillaris, foliatus: pedunculo brevissimo. *Corolla* campanulata, 4-fida. *Caps.* calycina, 2-loocularis, polysperma, irregulariter dehiscentes.

Habitat propè Cantonem Sinarum.

Crusta olla minima. Rumph. Amb. I. 9. c. 72. pag. 461. tab. 170. fig. 4. Burm. (Ind. p. 38. t. 15. f. 2.) folia representant latiora, & rotundata, quæ nobis vila sunt stricta, & acuta.

Sp. 2. OLDENLANDIA PANICULATA. w Co nac.

Differ. spec. Old. *pedunculis* paniculatis, terminalibus: *foliis* ovali-lanceolatis. Lin. sp. 7.

Hab; & note. *Caulis* herbaceus, multiplex, diffusus, sub-erectus, 6-pollicaris. *Folia* lanceolata, subfessilia, opposita, integrerrima, glabra, sub-carnosa. *Flos* purpurascens: *paniculis* terminalibus, erectis: *pedunculo* communi longo. *Capsula* calycina, didyma, turbinato rotunda, 2-loocularis, polysperma, calycis dentibus 4, acutis coronata.

Burm. Ind. p. 38. tab. 15. f. 1. Mollugo Zeylanica Sylvestris (Burm. Zeyl. p. 161. t. 71. f. 2.) quamvis flore simili nōstræ appearat, foliisstellatis nullatenus convenit, dubitoque Oldenlandiam esse.

† Sp. 3. OLDENLANDIA ZANGUEBARIE.

Differ. spec. Old. *pedunculis* paucifloris: *corollis* hippocrateriformibus: *foliis* linearibus.

Hab; & note. *Caulis* 8-pollicaris, herbaceus, multiplex. *Folia* linearia, integrerrima, glabra, fessilia, opposita. *Flos* purpureus, pedunculis erectis, paucifloris, terminalibus. *Corolla* hippocrateriformis, 4-partita. *Stigmate* lanceolato: *capsula* calycina, didyma, 2-loocularis, polysperma. *Stamina* 4, brevia.

Habitat in ora Zanguebarie Africæ Orientalis.

Obser. Oldenlandiam 4-petalam nunquam vidi. Nec semper eam Linnaeus agnoscit. Parvæ aliae differentiae, quæ occurunt, fortasse sufficietes non sunt, ut a Genere Hedyotæ separetur.

## GENUS XVII. GALIUM.

Charact. Gener. *Cor.* 1 - petala plana. *Semina* 2, subrotunda. Lin. sy. pl. G. 132.

Sp. 1. GALIUM TUBEROSUM.  $\alpha$  Huyhn tinh.  $\beta$  Hoam Cim.

Differ. spec. Gal. *foliis* lanceolatis, quinariis : *pedunculis* congestis, axillaribus.

Hab; & notæ. *Caulis* herbaceus, sesquipedalis, rufus, procumbens; simplex: *radice* tubere oblongo, parvo, informi, albo, farinulento, eduli. *Folia* 4-5 -stellata, lanceolata, integerima, glabra, glauca. *Flos* albus, 4-fidus: *pedunculus* longiuculis, 1-floris, congestis, axillaribus. *Fructus* subrotundus, asper, 2-spermus. Florum recentem non vidi.

Habitat cultum in agris Cochinchinæ, & Chinæ.

Ufus. Tubera eduntur cocta, vel integra, vel in farinam redacta. Crediturque virtute Pulmonica gaudere, spiritus animales fovere, & physti laborantibus subvenire.

## GENUS XVIII. SPERMACOCE.

Charact. Gener. *Cor.* 1 - petala, infundibuliformis. *Semina* 2, bidentata. Lin. sy. pl. G. 126.

+ Sp. 1. SPERMACOCE FLEXUOSA.  $\alpha$  Deci ruot ga.

Differ. spec. Sperm. *caule* flexuoso: *geniculis* setosis: *foliis* ovato-lanceolatis, crassis.

Hab; & notæ. *Caulis* fruticosus, subteres, longus, procumbens, flexibus multis implicatus, geniculis setosis. *Folia* ovato-lanceolata, integerima, crassa, oblique striata, opposita. *Flos* albus, axillaris, verticillis globosus: *calyce* 4-fido, supero, perflente: *corolla* 4-partita, lacinias oblongis, revolutis. *Capsula* 2-locularis, 1-sperma: *seminibus* 2-cornibus.

Habitat in fruticetis, & sepibus Cochinchinæ.

## GENUS XIX. CRUCIANELLA.

Charact. Gener. *Cor.* 1 - petala, infundibulif. : tubo filiformi: limbo unguiculato. *Cal.* 2 - phyllus. *Semina* 2, linearia. Lin. sy. pl. G. 133.

Sp. 1. CRUCIANELLA ANGUSTIFOLIA?  $\beta$  Uti lin sien.  $\alpha$  Uy lin tien.

Differ.

Differ. spec. Cruc. foliis senis linearibus : floribus spicatis. Lin. sp. 1.  
 Hab ; & note. *Caulis* herbaceus , erectus , simplex , teres , lesquipedalis . Foliastellata 6 - 8 , liniari-lanceolata , integerrima , glabra . *Flos* albus spicis oblongis , erectis , congentis , terminalibus . Habitat in Chinâ . Florem non vidi , nisi pictum in Herbario sinico . Rubia Angustifolia , spicata . C. Bauh. pin. 334 . Rubeola angustiore folio . Tournef. Inf. p. 130 . t. 50 .  
 Virt. radicis apud indigenas habetur Calefaciens , Deobstruens , Abstergens .

## GENUS XX. FAGARA.

Charact. Gener. *Cal.* 4 - fidus . *Cor.* 4 - petala . *Capp.* 2 - valvis , 1 - sperma . Lin. sy. pl. G. 157 .

Sp. 1. FAGARA PIPERITA . a City Song : Hùynh Luc : Hòam luu .  
 Differ. spec. *Fag. foliis* crenatis . Lin. sp. 2 .  
 Hab ; & note. *Frutex* magnus , erectus : *ramis* longis , sub-scandentibus , aculeis multis , curvis , sparsis : *radice* lignosa , intus pallida , cortice tuberoso , flavo , gultu acri , sub-aromatico . *Folia* ova ta , acuminata , crenata , nitida , odorifera , dorso spinosa , imparipinata , bi , trijuga . *Flos* terminalis , albus , rubro mixtus , racemosus , pedunculis longis : *calyce* 4 - fido : *corolla* 4 - partita , obtusa , infera : *staminibus* 4 , corollæ subæqualibus . *Pericarpium* capsula corticola , subrotunda , 4 - loba , 4 - locularis , 1 - sperma : loculis apice dehiscentibus : *seminibus* pedunculatis , exsertis , compresso-rotundis , nigris , nitidis , solitariis .

Habitat in sepibus , & fruticetis Cochinchingæ .

Piper Japonicum Seo , & Sansjo . Kämpf. Amaen. p. 892 . t. 893 .

Thunb. (Japon. p. 64.) foliola memorat circiter 6 - juga cum impari . Kämpferus 4 , five 5 - juga : petala vero 8 , lacinias calycis ( nifallor ) commumerans .

Ufus : foliorum ad condiebos odore , & sapore grato , salubrique .

Virtus : radicis in Medicinâ . Calefaciens , Diaphoretica , Emmanagona . Prodest in febribus ephemeris , & intermittentibus . Menes , lumbaginem , & dolores rheumaticos solvit : frequenti usu comprobatur .

## + GENUS XXI. LASIA.

## Descriptio Naturalis.

Col. Communis spatha subulata, contorta, colorata, longissima: proprius nullus. Receptaculum commune (spadix, si velis) totum florculis testum, spathâ brevius.

Cor. Petala 4, carnosa, obtusa, concava, partes generationis constringentia.

Stam. Filamenta 4, plana, brevia, petalis conniventibus occulta. Anthere binæ in quolibet filamento, rotundatae, concavæ supra lumen corollæ prominentes.

Pist. Germen subrotundum, superum. Sylus nullus. Stigma subtruncatum.

Peric. Bacca parva, subrotunda, inæqualis, 1-sperma.

Sem. Subrotundum.

Nom. (*Lasio*s horridus) Planta tota aculeis horrida.

Charact. Gener. *Receptaculum commune. Petala 4, carnosa, infera. Anthere 2 in quolibet filamento. Bacca 1-sperma.*

Sp. 1. LASIA ACULEATA. a Cu chaoc gai.

Differ. spec. Laf. acaulis: *foliis pinnatifidis, aculeatis.*

Habitus. *Planta 6-pedalis, acaulis. Folia magna, pinnatifida, petiolis teretibus, longis, erectis. Scapus nudus, foliis subequalis, simplicissimus. Folia, petiolis, scapus aculeis plurimis, curvis, brevibus, sparsis confita. Habitat loca plana, & humida Cochinchinæ.*

Observ. Affinitatem inter Lasiam, & Podium Linnei non ignoro. Sed cum Celeb. Vir plantas Ariformes ad Gynandriam amandaerit, quasi anomalas, quibus certus staminum numerus assignari nequeat (Gen. pl. 6 edit. pag. 459.) ego, qui in Lasiâ 4 stamina constanter observavi, eam propriae classi Tetrandriæ indubius adscribo: & alias similes plantas propriis classibus inferendas existimo, quando certus locus illis assignari possit, que modo in Ginandriâ imprædictum occupant.

## + GENUS XXII. LEPTA.

## Descriptio Naturalis.

- Cal. 4 - partitus, patens, minimus : foliolis ovatis.  
 Cor. Petala 4, subtriangularia, sulcata, inflexa, calyce duplo longiora.  
 Stam. Filamenta 4, subulata, inflexa, ad angulos basis petalorum receptaculo inserta. Anthere ovata, 2 - locularis.  
 Pist. Germen superum, subrotundum, 4 - sulcatum. Stylus subnudus. Stigma obtusum.  
 Peric. Bacca 4 - loba : lobis ovatis, 1 - spermis, versus centrum leviter coalitis, 1 - spermis.  
 Sem. Subrotunda.  
 Nom. (*Aeneios minutus*) a notabili minutie florum.

Charact. Gener. *Cal. 4 - partitus, inferus. Cor. petala 4, triangularia. Bacca 4 - loba, 4 - locularis, 1 - sperma.*

## Sp. 1. LEPTA TRIPHYLLA. Cay Mat.

Differ. spec. Lep. *foliis ternatis : racemis axillaribus.*

Hab. *Arbor 10 pedes alta, ramosissima. Folia 3 - nata, lanceolata, integerrima, undulata, glabra. Flos albus minimus : racemis compotis, parvis, axillaribus. Habitat in sylvis Cochinchinæ.*

## GENUS XXIII. PTELEA.

Charact. Gener. *Cor. 4 - petala. Cal. 4 - partitus, inferus. Fructus membrana subrotunda, centro monospermus. Lin. sy. pl. G. 159.*

## † Sp. 1. PTELEA OVATA. Cay bot man.

Differ. spec. Pt. *foliis ovatis, simplicibus : racemis sparsis.*

Hab. & note. *Arbuscula, 4 - pedalis, ramosissima. Folia ovata, utrinque obtusa, integerrima, glabra, alterna, parva. Flos albus, minusculus : racemis brevibus, sparsis. Cal. 4 - partitus, inferus, minimus. Corolla petala 4, oblonga, patentia, coriacea. Stamina 4, subulata, brevia. Pistillum in flore recenti quæsivi, & non inventi : unde judicavi plantam esse Dioicam, cuius feminam non vidi : sed quantum ex masculo decernere fas est, ad Pteleam pertinet. Tempus docebit.*

*Habitat agrestis in Cochinchinæ.*

+ GE-

## GENUS XXIV. HELICIA.

## Descriptio Naturals.

Cal. Quadrifidus, minimus : laciniis, acutis, erectis.

Cor. Petala 4, linearia, spiraliter revoluta : ante maturas et floridas in tubum gracilem leviter coalta.

Stam. Filamenta 4, filiformia, supra medium petalis insistentia. Anthæ totidem linearies, apicem corolle sequentes.

Pist. Germen ovatum, superum. Stylus filiformis, æqualis staminibus. Stigma oblongum, teres.

Peric. Drupa ovata, parva : fulco longitudinali : nucleo simplici, ovato.

Nom. ( ΒΑΙΞ spira ) a petalis spiraliter revolutis.

Charact. Gener. Cal. 4-fidus inferus. Cor. petala 4, linearia, revoluta. Drupa ovata, 1-fulca.

Sp. 1. HELICIA COCHINCHINENSIS. α Cây Cỏm vàng.

Differ. Spec. Hel. foliis ovatis, acuminatis : spicis subterminalibus.

Hab. Arbor mediocris : ramis expansis. Folia ovata, acuminata, aliqua ferrata, integrerrima alia, omnia glabra, alterna. Flos luteus, racemis simplicibus, oblongis, subterminalibus.

Habitat in sylvis Cochinchinæ.

## GENUS XXV. CISSUS.

Charact. Gener. Baccæ 1-spermu, cincta calyce, corollaque quadruplicitate. Lin. sy. pl. G. 153.

Sp. 1. CISSUS TRIFOLIATA. α Cây rát.

Differ. Spec. Cif. foliis ternatis subrotundis, hirsutis, subdentatis : ramis membranaceo-angulatis. Lin. sp. 6.

Hab. & notæ. Caulis fruticosus, longissimus, ramosissimus, cirrhosus scandens. Folia ternata, obtusa, inaequilater dentata, aspera, basi obliquè truncata. Flos albus, axillaris, 4-partitus : racemis dichotomis. Baccæ ovata, alba, 1-sperma, enlyce cincta. Stamina 4. Funis Crepitans quartus. Rumph. Amb. I. 9. cap. 64. pag. 447.

Sp. 2. CISSUS VITIGINEA ? α Cây dâu Xuong.

Differ. Spec. Cif. foliis cordatis, subquinque-lobis, tomentosis. Lin. sp. 1.

Hab; & note. *Caulis* subfruticosus, teres, scandens cirrhis folio oppositis. *Folia* 3 loba, magna, denticulata, glabra, alterna, petiolata. *Flos* luteo-viridis, racemis cymosis axillaribus. Cal. sub-truncatus, brevis, periflens. Cor. petala 4, oblonga, carnosa erecta. *Filamenta* 4, subulata, corolla breviora: *antheris* ovatis, 4-lobis. *Stylus* crassus, brevis: *stigmae* simplici. Peric. bacca subrotunda, 1-sperma.

*Vitis Maderaspatana*, folio subrotundo, & angulofo. Petiv. Mus. n. 696. Burm. Ind. pag. 35. Arbuscula baccifera vitigineo folio. Pluk. t. 337. f. 2.

Sp. 3: CISSUS QUADRANGULARIS.  $\alpha$  Deei xanh vuong.  $\gamma$  . . .  
Differ. spec. Cif. *foliis* dentatis, carnosis: *caule* teragono, tumiduscubo. Lin. sp. 4.

Hab; & note. *Caulis* quadrangularis, perennis, longus, ramosus, glaber, viridis, articulatus, scandens, crassus, succosus. *Folia* cordata, obtusa, subdentata, crassiuscula, glabra, alterna, cirrhis simplicibus opposita. *Flos* albus, 4-partitus: *pedunculis* teretibus, polyfloris, sub-terminalibus. *Bacculae* globosae, rubrae, polyspermæ. Habitat, & scandit arbores sylvestres in India. Vidi etiam prope Mozambicum in Africâ.

*Funis Quadrangularis*. Rumph. Amb. 7. cap. 45. pag. 83. tab. 44. fig. 2. *Selantus Quadragonius*. Forsk. Arab. p. 33. n. 11.

+ Sp. 4. CISSUS UMBELLATA.  $\beta$  Yêng cõ loi.

Differ. spec. Cif. *foliis* ovatis, integerimis: *floribus* umbellatis.  
Hab; & note. *Caulis* fruticosus, volubilis, longus, ramosus. *Folia* ovata, integerima, opposita, glabra. *Flos* albus: umbellis compotitis, terminalibus: *corolla* campanulata, 4-fida, intus lanata: *calyce* truncato, cingente bacculum subrotundam, 1-spermam. Stamina 4.

Habitat Cantone Sinarum spontanea.

#### + GENUS XXVI. ALLASIA.

##### Descriptio Naturalis.

Cal. 1-phillus, inferus: tubo brevi: limbo 5-fido, laciniis subacutis, pilosif.

Cor. Supera, petala 4, subrotunda, pilosissima, concava, parva.

Stam. Filamenta 4, subulata, crassa, calyci subequalia. Anthere 2-lobæ, inversæ: lobis 2-locularibus.

Pist.

Pist. Germen subrotundum, inter calycem, & corollam. Stylus sublatus, æqualis staminibus. Stigma acutum.

Peric. Bacca carnosa, magna, oblonga, obtusa, glabra, pendula, 1 - locularis, feminibus nidulantibus.

Sem. Compresso-ovata, tumida, plurima.

Nom. ( *A'λλας lucanica* ) a formâ, & colore fructus, crasso farcimini similis.

Charact. Gener. *Bacca* feminibus nidulantibus. Germen inter *Cal.* 5 - fidum, & *corollam* 4 - petalam.

† Sp. 1. ALLASIA PAYOS. γ Muringuitingue.

Differ. spec. All. *foliis* 5 - phyllis : *pedunculis* polyfloris.

Hab. *Arbor* magna, ramis *patentibus*, inermibus. *Folia* digitata, 5 - nata, ovalia, integerrima, pilosa : *petiolis* oppositis. *Flos* pallidus, subterminalis, pedunculis polyfloris. *Bacca* rubro-fusca.

Habitat in orâ Africæ Orientali.

Juracatia Brasiliana ( *Pionis Bras.* pag. 160.) quodammodo similis foliis, & fructu videtur.

Virtus. Cataplasma foliorum dorso infra renes impositum feliciter parum promovet.

† G E N U S XXVII. C O L U M E L L A .

*Descriptio Naturalis.*

Cal. 1 - phyllus, subtruncatus, erectus, persistens.

Cor. Petala 4, longiuscula, acuta, incurva, erecta. Nectarium 4 - fulcum, erectum.

Stam. Filamenta 4, subulata, inflexa, corollâ breviora, calycis margini insistentia, fulcis lateralibus nectarii adpressa. Anthereæ 2 - loculares, subrotundæ.

Pist. Germen calycinum, subrotundum. Stylus crassus, brevis. Stigma simplex.

Peric. Bacca subrotunda, 2 - locularis, 2 - sperma.

Sem. Hinc rotunda, inde angulata.

Nom. Ab antiquo de re rusticâ scriptore Gaditano.

Observ. A Ciffo, cui assimilatur, differt præcipue bacca 2 - loculari, petalis acutis, staminibus margini calycis, nec nectario insistentibus.

Charact. Gener. *Bacca* calycina, 2 - locularis, 2 - sperma. *Stamina* Cal. margini insistentia. *Petala* 4, acuta.

Sp. 1.

Sp. 1. COLUMELLA PEDATA. ✕ Cay rit long.

Differ. Spec. Col. foliis pedatis: racemis planis, dichotomis.

Hab. Frutex scandens, caule longo, tereti, cirrhofo, ramoso. Folia petiolato-pedata, ovata, crenata, tomentosa. Flos albus, recemis lateralibus, planis, dichotomis.

Habitat agrestis in Cochinchinâ.

### GENUS XXVIII. TRAPA.

Charact. Gener. Cor. 4-petala. Cal. 4-partitus. Nux spinis 4, oppositis cincta, quæ calycis folia sunt. Lin. sy. pl. G. 165.

† Sp. 1. TRAPA COCHINCHINENSIS. ✕ Cay Au.

Differ. Spec. Tr. nucibus 2-cornibus: foliis rhomboeoblongis, apice incisis.

Hab; & notæ. Caulis longus, teres, ramosus, fluctuans: radiculis longis, fasciculatis. Folia rhomboeoblonga, basi integerrima, apice incisa, fusco-rubra, subtus tomentosa: petiolis longis, in medio tumescientibus, tumoribus ovato-oblongis. Flos lateralis, albus solitarius, pedunculis longis: corollis 4-petalis. Cal. 4-partitus, foliolis oblongis, inæqualibus, germen cingentibus. Pericarpium nux turbinata, sulcata, 2-pollicaris, nigra: cornibus duobus oppositis, recurvis, crassis, obtusis: nucleo simplici, subovato, sapore castaneæ simili.

Habitat, & fluctuat in paludibus Cochinchinæ.

Sp. 2. TRAPA CHINENSIS. ♂ Ki xi: Leng co ✕ Linh that.

Differ. Spec. Tr. nucibus 2-cornibus: foliis quadratis sub-integerrimis.

Hab; & notæ. Caulis teres, rubescens, in aquis fluctuans: ramis paniculatis, radiculis longis, multis: Folia sub-quadrata, aliqua integrerrima, subcrenata alia: petiolis longis, tumescientibus, sparsis. Flos solitarius, lateralis, albus. Nux rubro-fusca: cornibus binis, recurvis, longis, oppositis, subacute. Fortasse est Varietas Trapæ Cochinchinensis, sed ab Europæ specie differens.

Habitat fluctuans prope Cantonem Sinarum.

Linn. Jun. suppl. plant. p. 128. Trapa Bicornis.

### GENUS XXIX. SANTALUM.

Charact. Gener. Cor. 4-petala: petalis calyci innatis, præter glandulas quatuor. Cal. 4-dentatus. Baccæ infera, 1-sperma. Lin. sy. pl. G. 169.

Sp. 1.

Sp. I. SANTALUM ALBUM. & Cây huyễn dan: Bach dan & Tân yâm.  
Differ. spec. Sant. foliis imparipinnatis, ovato-lanceolatis.

Hab; & notæ. Arbor magna: ramis subparentibus: cortice tenui, cinereo, glabro: ligno pallide luteo, æqualissimo, gravi, duro, odorifero. Folia impari-pinnata, sub-6 juga: foliolis ovato-lanceolatis, integrimis, glabris, petiolatis. *Bacca* ovata, 1-sperma, parva, fulca. Flores non observavi: vidi autem saepe viventes arbores in *Doung nai*, provinciâ Australiori Cochinchinæ, sita ad 10 gradus latitudinis Borealis, quæ eadem fere est latitudo insulae Timoræ, unde maxima copia Santali a Lusitanis mercatoribus exportatur. *Santalum Malabaricum*, quod emi solet im portu Calecut, ubi antea fuerat Regis Samorini metropolis, est Timorensi minus, vix femur crassum, sed odore, & virtute excellit, ideoque cariori pretio venditur Sinensibus, & aliis mercatoribus. *Santalum Cochinchinense*, sicut crassitatem omnium maximum, ita odore debilius, nec sufficiens æquiter aptum. *Santalum Albi*, & *Citrini* eadem est origo, neandum varietate differt utriusque arbor.

Garcias ab Horto, Aromatum I. 1. cap. 17. benè scriptis de Santalo.  
Bona est etiam descriptio, & figura Rumph. Amb. I. 2. c. 16. tab.  
11. Sed flores nec pingit, nec describit.

Virtus in Medicina: ligni, maximè Citrini. Resolvens, Diaphoretica, Cardiaca. Interius sanguinem purificat, tollit anxieties febribus: exterius tumores refolvit, scabiem purgat.

Ufus economicus: præter gratissimum odorem, quem vestibus, & aliis rebus tenaciter conciliat, fieri solet ex maioribus arboribus elegantes sarcophagi, quibus magnatum corpora sepeliuntur, in longissimos annos incorrupti permanunt.

### GENUS XXX. SALVATORA.

Charact. Gener. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* o. *Bacca* 1-sperma. *Semen* arillo vestitum. Lin. sy. pl. G. 175.

† Sp. 1. SALVADORA CAPITULATA. & Cây dão.

Differ. spec. Salv. foliis ovatis, acuminatis: *capitulis* axillaribus.  
Hab; & notæ. Arbor mediocris, ramosissima. Folia ovata, acuminata, inæqualiter ferrata, apetrima, alterna, sub-petiolata. *Flos* axillaris: capitulis sub-8 floris, pedunculo communis longo, partialibus brevissimis: *calyx* 4, 5-partito, infero, persistente: *Cor.* nullæ. *Stamina* 4, tubulata, reflexa, calyce duplo longiora. *Stigma* 2-fidum, in aliquibus duplex. *Bacca* lutea, subrotunda, parva, apice didyma, 1-locularis, 1-sperma: semine arillato.

Sp. 2. SALVADORA BIFLORA. a Cay dico.

Differ. spec. Salv. *foliis* lanceolato-ovatis : *floribus* geminis.

Hab ; & notæ Arbor 10 - pedalis : *ramis* multis , tortuosis , patentibus. *Folia* lanceolato-ovata , subferrata , alpera , alterna. *Flos* axillaris , 2 - natus , pedunculis longis : *calyce* 4 - partito : *corollâ* nullâ : *styllo* 2 - fido , stigmatibus simplicibus. *Bacca* lutea , 2 - loba , 1 - sperma , edulis : *semine* subrotundo , non arillato.

Habitat utraque species ad sepes , & in sylvis Cochinchinæ : nec satis una ad alia dignoscitur , nisi florent.

### † GENUS XXXI. LAGENULA.

#### Descriptio Naturalis.

Cal. Parianthium quadriphyllum , inferum , persistens : foliolis ovato-oblongis , reflexis.

Cor. nulla. Nectarium 4 - lobum , carnosum , erecto-convivens.

Stam. Filamenta 4 , subulata , calyci æqualia. Antheræ ovatae , incombentes.

Pist. Germen nectario occultum. Stylus crassus , brevior staminibus. Stigma simplex.

Peric. Bacca parva , lagenæformis , collo constricto , bilocularis , bifurcata.

Sem. Hinc convexa , inde angulata.

Nom. a formâ baccæ lagenariâ.

Charact. Gener. Cal. 4 - phyllus , inferus. Cor. o. Bacca 2 - locularis , 2 - sperma.

### † Sp. 1. LAGENULA PEDATA. a Cay rit nhô ls.

Differ. spec. Lag. *foliis* quinato-pedatis : racemis subdivisis.

Hab. Frutex mediocris , inermis : caule scandente , cirrhofo , ramoso. *Folia* pedata : foliolis 5 - natis , ovatis , crenatis , tomentosis.

*Flos* albo-viridis , sub-terminalis : racemis patulis , subdivisis.

Habitat in montibus Cochinchinæ.

### † GENUS XXXII. CREODUS.

#### Descriptio Naturalis.

Amentum filiforme : squamis acutis , parvis , flores sustinentibus.

Cal. Perianthium monophyllum , 3 - lobum , carnosum , sessile , amentum lateraliter semiamplexens : lobis acutis , gibbis medio maiore.

Cor.

Cor. Nulla.

Stam. Filamenta nulla. Antheræ 4, oblongæ, 2 - loculares: duæ superiores minores, lobo calycis medio lateraliter adhaerentes: duæ aliae inferiores, singulae singulis lobis minoribus ad latus appositæ. Pist. Germen ovatum, inferum. Stylus nullus. Stigma obtusum. Peric. Baccæ ovata, 1 - sperma, minima. Sem. Unicum, subrotundum.

Nom. (Κρεωδὸς carnofus) a flore carnolo, tumido.

Charact. Gener. Cal. 3 - partitus, supetus. Cor. o. Stamina lateralia. Baccæ 1 - sperma.

† Sp. 1. CREODUS ODORIFER. & H. M.

Differ. Spec. Cre. foliis lanceolatis, oppositis: amentis congestis, subterminalibus.

Hab. Frutex 6 - pedalis, lignosus, erectus: ramis longis, debilibus, subscandentibus, inermibus. Folia lanceolata, ferrata, glabra, opposita, petiolata. Flos luteus, parvus, suaveolens: spicis linearibus, longis, reflexis, congestis, subterminalibus.

Habitat in hortis Cochinchinæ, culta per gratum floris odorem.

Observ. Dubitavi, esse tne Bunius Sativa? Rumph. Amb. I. 5. cap. 49. tab. 131. Sed illa, prout a Linnaeo dicitur stilago, & classe, & genere diversa omnino planta est: quamvis similiter notetur calyx 3 - lobo, corollâ nullâ.

### GENUS XXXIII. ELAGNUS.

Charact. Gener. Cor. nulla. Cal. 4 - fidus, campanulatus, superus. Drupa infra calycem. Lin. sy. pl. G. 168.

Sp. 1. ELEAGNUS LATIFOLIA. & P. poi tsu.

Differ. Spec. El. foliis ovatis. Lin. sp. 4

Hab; & notæ. Caulis fruticosus, erectus, 3 - pedalis, inermis, ramosus. Folia ovata, integerrima, tomentosa, alterna. Flos lateralis, albus: pedunculis 1 - floris, polynatis. Cal. 4 - fidus superus.

Cor. o. Drupa parva, ovata, 1 - sperma.

Habitat in China spontanea, prope Cantonem.

Eleagnus foliis rotundis, maculatis. Burm. Zeyl. p. 92. t. 39. f. 2.

## † GENUS XXXIV. OCTARILLUM.

## Descriptio Naturalis.

Cal. Nullus.

Cor. Monopetala, hippocrateriformis, supera : tubo 4-gono, brevi : limbo 4-partito, lacinii acutis, carnosit.

Stam. Filamenta 4, brevissima, ori tubi insistentia. Antheræ oblongæ, 2-locales, incumbentes.

Pist. Germen oblongum. Stylus turbinatus, longior staminibus. Stigma crassiusculum.

Peric. Bacca oblongo-ovata, aquosa, 1-sperma.

Sem. 1. oblongum, arillatum membranæ tenaci, octogonæ.

Nom. Octarillum ab arillo feminis octogono.

Charact. Gener. Cor. hippocrateriformis, 4-fida, supera. Cal. o. Semen baccæ arillo octogono.

† Sp. 1. OCTARILLUM FRUTICOSUM. a Cey nhát.

Differ. spec. Okt. foliis lanceolatis, alterius : pedunculis axillaris, solitaria.

Hab. Frutex lignosus, magnus, erectus : ramis scandentibus, inermibus. Folia lanceolata, glabra, integerrima, alterna. Flos albus, pedunculis 1-floris, solitarius, axillaris. Bacca rubra.

Habitat in sylvis Cochinchinæ.

## GENUS XXXV. DORSTENIA.

Charact. Gener. Receptaculum commune 1-phylum, carnosum, in quo semina solitaria nidulantur. Lin. sy. pl. G. 166.

Sp. 1. DOSRTEНИA CHINENSIS. β Pē chl a Bach ch.

Differ. spec. Dorst. Pedunculis caulinis : petiolis 3-5-phyllis.

Hab. &amp; notæ. Radix fusiformis, 3 pollices longa, intus, &amp; foris alba, carnosæ, aromaticæ. Caulis perennis, suberectus, teres, simplex albicans. Folia 3-5-nata, lanceolata, integerrima, glabra, petiolo communi longo. Receptaculum florum laterale, carnosum, subovale : flosculis multis ad apicem exsertis : calyx infundibuliformi, 3-dentato. Florem recentem non obtinui : vidi pictum in herbario Sinensi, &amp; hæc plantæ frequenter usus sum in Medicinâ.

Habitat in provinciis Borialibus imperii Sinensis.

Virtus. Radicis Aromaticæ. Cephalica, Antifebrilis, Alexiteria. Fluxum menstruum promoyeret, album cohibet, pruritum sedat.

TE-

Char  
sp  
Sp.  
Diffe  
Hab  
ine  
un  
ub  
ris  
Habit  
Ilex  
Di  
VirtuCal.  
fol  
Cor.  
Stam.

re

Pist.  
bul

Peric.

Sem.

Nom.

Chara

spe

Sp. 1.

Differ.

## TETRAGYNIA.

## GENUS XXXVI. ILEX.

Charact. Gener. *Cal.* 4 - dentatus. *Cor.* rotata. *Stylus* o. *Bacca* 4 - sperma. Lin. sy. pl. G. 184.

Sp. 1. ILEX AQUIFOLIUM. v. O rō cly.

Differ. spec. II. *foliis* ovatis, acutis, spinosis. Lin. sp. 1.

Hab; & notæ. *Arbor* mediocris, cortice glabro, ramis patentibus, inermibus. *Folia* oblongo-ovata, acuta, sinuato-plicata, margine undique spinosa, glabra, alterna, petiolata, colore fulco-viridi, ubique homogeneo. *Flos* pallidus, pedunculis axillaribus, paucifloris. *Cor.* 4 - fida. *Bacca* subrotunda, nigra, 4 - sperma.

Habitat in fylvis Cochinchinæ.

*Ilex* aculeata baccifera. C. Bauh. Pin. p. 425. n. 5. *Aquifolium* Matth.

Diofc. l. i. cap. 104. fig. ibi. Koo-kots. Kämpf Japon. p. 781.

Virtus. Emolliens, resolvens externè applicita.

## † GENUS XXXVII. TETRADIUM.

## Descriptio Naturalis.

*Cal.* Perianthium 4 - phylum, patens, inferum, minitnum, persistens: foliolis acutis.

*Cor.* Petala 4, ovata, incurva, sub-erecta, calyce longiora.

*Stam.* Filamenta 4, crassa, subulata, pilosa, corollæ æqualia. Anthæ ovatæ, 2 - loculares, stantes.

*Pist.* Germen subrotundum, 4 - lobum. *Stylus* nullus. *Stigmata* 4, subulata, erecta.

*Peric.* Capsulae 4, subrotundæ, 1 - spermæ, apice dehiscentes.

*Sem.* subrotunda, nitida, arillata.

Nom. (*Tetradium* quaternio) a quadruplici fructu, *Cal.*, *Cor.*, & fidam.

Charact. Gener. *Cal.* 4 - phyllus, inferus. *Petala* 4. *Capsulae* 4, 1 - spermæ: *femine* arillata.

Sp. 1. TETRADIUM TRICHOTOMUM. v. Cly dñu deñu.

Differ. spec. Tetr. *foliis* pinnatis: *racemis* trichotomis.

Hab; & notæ. *Arbor* mediocris, ramis ascendentibus. *Folia* impari-pinnata, lanceolata, glabra, integerima. *Flos* albicans, racemis vaftis, trichotomis, sub-terminalibus.  
Habitat in montibus Cochinchinæ.

1. M

† 2. C

3. E

4. H

5. A

6. P

7. H

8. M

9. C

10. D

11. N

12. I

C L A S S I S V.  
P E N T A N D R I A.  
M O N O G Y N I A.

\* *Flores monopetali, inferi, gymnospermi.*

- |                  |   |
|------------------|---|
| 1. MIRABILIS.    | <i>Cor. infundibuliformis. Nucula infera corollam.</i>                        |
| + 2. CYATHULA.   | <i>Cor. cyathiformis. Semen 1, oblongum.</i>                                  |
| 3. ECHIUM.       | <i>Cor. fauce nudâ, irregularis, campanulata. Semina 4.</i>                   |
| 4. HELIOTROPIUM. | <i>Cor. face nudâ, hippocrateriformis: lobis dente interjectis. Sem. 4.</i>   |
| 5. ANCHUSA.      | <i>Cor. fauce fornicata, infundibuliformis: tubo bâsi prismatico. Sem. 4.</i> |

\*\* *Flores monopetali, inferi, angiospermi.*

- |                 |   |
|-----------------|---|
| 6. PRIMULA.     | <i>Caps. 1 - locularis. Cor. infundibulif. fauce pervia. Stigma globosum.</i>       |
| 7. HOTTONIA.    | <i>Caps. 1 - locularis. Cor. tubus infra stamina. Stigma globosum.</i>              |
| 8. MENYANTHES.  | <i>Caps. 1 - locularis. Cor. villosa. Stigma 2 - fidum.</i>                         |
| 9. CONVOLVULUS. | <i>Caps. 2 - locularis, 2 - sperma. Cor. campanulata. Stigma 2 - fidum.</i>         |
| 10. DATURA.     | <i>Caps. 2 - locularis, 4 - valvis. Cor. infundibulif. Stigma 2 - fidum.</i>        |
| 11. NICOTIANA.  | <i>Caps. 2 - locularis, 2 - valvis. Cor. infundibuliformis. Stigma emarginatum.</i> |
| 12. IPOMŒA.     | <i>Caps. 3 - locularis. Cor. infundibuliformis. Stigma capitatum.</i>               |

13. AZALEA.  
*Caps. 5 - locularis. Cor. campanulata :  
 Stigma obtusum.*
- † 14. CAMPYLOPSIS.  
*Caps. 5 - locularis. Cor. bilabiata. Sti-  
 gma 5 - lobum.*
15. CEROPEGIA.  
*Folliculi 2. Cor. limbo connivente.  
 Sem. papposa.*
16. NERIUM.  
*Folliculi 2. Cor. fauce coronata. Se-  
 mina papposa.*
17. PLUMIERIA.  
*Folliculi 2, refracti. Cor. infundibuli-  
 formis. Sem. alata.*
18. TABERNÆMONTANA. *Folliculi 2, pulposi. Cor. hippocrate-  
 rif. Sem. simplicia.*
19. VINCA.  
*Folliculi 2, errecti. Cor. hippocraterif.  
 Sem. simplicia.*
- † 20. THELA.  
*Bacca 1 - sperma. Cor. hippocraterif.  
 Stigma 5 - partitum.*
- † 21. ATHRUPHYLLUM.  
*Bacca 1 - sperma. Cor. campanulata.  
 Stigma simplex.*
- † 22. PYRGUS.  
*Bacca 1 - sperma. Cor. rotata. Stigma  
 simplex.*
- † 23. ROTULA.  
*Bacca 4 - sperma. Cor. rotata. Stigma  
 emarginatum.*
24. TOURNEFORTIA.  
*Bacca 4 - sperma, apice pertusa. Sem.  
 2 - locularia.*
25. SIDEROXYLON.  
*Bacca 5 - sperma. Cor. 10 - fida : laci-  
 niis interioribus conniventibus.*
- † 26. ONCINUS.  
*Bacca polysperma. Cor. infundibulif.  
 uncinata. Stigma simplex.*
- † 27. DARTUS.  
*Racca polysperma. Cor. campanulata,  
 tubo globofo. Stigma simplex.*
28. CARISSA.  
*Bacca polysperma. Cor. hypocraterif.  
 Stigma emarginatum.*
29. STRYCHNOS.  
*Bacca polysperma, pulposa : feminibus  
 orbiculatis. Stigma capitatum.*

30. I  
 † 31. F  
 32. C  
 33. S  
 34. P  
 35. L  
 † 36. A  
 † 37. C  
 38. C  
 39. T  
 † 40. D  
 41. V  
 42. PE  
 43. CA  
 44. M  
 45. NA

30. IGNATIANA. *Bacca polysperma exfusca: feminibus trigono-ovatis. Stigma 2-partitum.*
- † 31. RAPINIA. *Bacca 2-locularis. Cor. Cyathiformis. Calyx 8-partitus.*
32. CAPSICUM. *Bacca 2-locularis, exfusca. Antheræ conniventæ.*
33. SOLANUM. *Bacca 2-locularis. Antheræ 2-perforatæ.*
34. PHYSALIS. *Bacca 2-locularis: calyce inflato. Antheræ approximate.*
35. LYCIUM. *Bacca 2-locularis. Stamina villis faucem claudentia.*
- † 36. ARGYREIA. *Bacca 4-locularis, 1-sperma. Cor. plicata. Cal. coloratus.*
- † 37. CERIUM. *Bacca cellulis plurimis, 1-spermis. Cor. campanulata.*
38. CERBERA. *Drupa 1-sperma. Cor. infundibuliformis. Stigma obtusum.*
39. TECTONIA. *Drupa intra calycem inflatum. Stigma dentatum.*
- † 40. DISSOLENA. *Drupa, nuce scabri. Cor. tubus biforis. Stigma ovatum.*
41. VARRONIA. *Drupa, nuce 4-loculari. Stigma quadruplex.*
- \*\*\* *Flores monopetalii, superi.*
42. PHYTEUMA. *Capit. 2-3-locularis, perforata. Cor. 5-partita. Stigma 2-3-fidum.*
43. CAMPANULA. *Capit. 2-5-locularis, perforata. Cor. campanulata. Stigma 3-fidum.*
44. MORINDA. *Bacca 1-sperma aggregata. Cor. infundibulif. Stigma 2-fidum.*
45. NAUCLEA. *Bacca 1-sperma, aggregata. Cor. 5-fida. Stigma obovatum.*

† 46. DASUS.	<i>Bacca</i> 1 - sperma. <i>Cor.</i> campanulata, <i>Stigma</i> 5 - fidum.	61.
† 47. HELIXANTHERA.	<i>Bacca</i> 1 - sperma. <i>Cor.</i> infundibulif., reflexa. <i>Antheræ</i> spirales.	† 62.
† 48. AIDIA.	<i>Bacca</i> 1 - sperma. <i>Cor.</i> hipocraterif., fauce lanosa. <i>Antheræ</i> lineares.	63.
† 49. ANTHONURA.	<i>Bacca</i> 2 - sperma. <i>Cor.</i> rotata. <i>Antheræ</i> caudatae.	
50. COFFEA.	<i>Bacca</i> 2 - sperma : seminibus arillatis. <i>Cor.</i> hippocraterif. <i>Stigma</i> 2 - partitum.	† 64.
† 51. DYSODA.	<i>Bacca</i> polysperma. <i>Cor.</i> laciniis 3 - fidis. <i>Stigma</i> 2 - fidum.	65.
† 52. STIGMANTHUS.	<i>Bacca</i> polysperma. <i>Cor.</i> infundibulif. <i>Stigma</i> maximum.	66.
53. GARDENIA.	* <i>Bacca</i> 2 - locularis, polysperma. <i>Cor.</i> infundibuliformis. <i>Cal.</i> laciniis enciformibus, verticalibus.	67.
54. GENIPA.	<i>Bacca</i> 2 - locularis, subrotunda. <i>Cor.</i> rotata. <i>Stigma</i> clavatum.	68.
55. LONICERA.	<i>Bacca</i> 2 - locularis, subrotunda. <i>Cor.</i> inæqualis. <i>Stigma</i> capitatum.	69.
† 56. OXICEROS.	<i>Bacca</i> 2 - locularis, polysperma. <i>Cor.</i> hippocraterif. <i>Antheræ</i> lineares.	
57. MUSSÆNDÀ.	<i>Bacca</i> 4 - locularis, oblonga. <i>Cor.</i> infundibulif. <i>Stigma</i> 2 - partitum.	70.
**** Flores polypetali, inferi.		71.
† 58. TRIPHASIA.	<i>Bacca</i> 1 - sperma. <i>Petala</i> 3. <i>Cal.</i> 3 - dentatus.	
† 59. BOTRIA.	<i>Bacca</i> 1 - sperma. <i>Petala</i> 5, acuta. <i>Cal.</i> 5 - crenatus. <i>Filamenta</i> plana, petalis inferta.	† 72.
† 60. PENTALOBA.	<i>Bacca</i> 5 - sperma, 5 - loba. <i>Petala</i> 5, campanulata. <i>Stylus</i> pilosus.	

61. VITIS.  
*Bacca* 5 - sperma. *Petala* saepe emarginato-connata. *Stylus* nullus.
- † 62. CALISPERMUM.  
*Bacca* 1 - locularis : feminibus ovidianis. *Petala* 5, ovata. *Stamina* petalis inserta.
63. EVONYMUS.  
*Bacca* capsularis, lobata. *Cal.* patens. *Semina* baccato-arillata. *Petala* 5, oblonga.
- † 64. TRALLIANA.  
*Bacca* 2 - locularis, 2 - sperma. *Petala* 5, reflexa. *Nectarium* 10 - crenatum.
65. RHAMNUS.  
*Drupa* locularis. *Calyx* corollinus : squamis 5, convergentibus.
66. MANGIFERA.  
*Drupa* carnosæ. *Cor.* petalis 5, lanceolatis. *Nucleus* fibrosus.
67. CEDRELA.  
*Capsula* 3, 5 - locularis, lignosa. *Cor.* receptaculo unita. *Semina* alata.
68. DIOSMA.  
*Capsula* 5 - plex. *Nectarium* germen coronans. *Sem.* arillata.
- \*\*\*\*\* *Flores pentapetali, superi.*
69. PLECTRONIA.  
*Bacca* 2 - sperma. *Cal.* unguibus clavifus. *Antheræ* geminatæ, inclusæ.
- \*\*\*\*\* *Flores incompletæ, inferi.*
70. ILLECEBRUM.  
*Caps.* 1 - sperma, 5 - valvis. *Cal.* simplex, rudis.
71. CELOSIA.  
*Caps.* 3 - sperma. *Cal.* exterior triphyllus, coloratus.
- † 72. POLIA.  
*Caps.* 1 - locularis, polysperma, 3 - valvis. *Cal.* 10 - phyllus.

## DIGYNIA.

88.

## \* Flores monopetalii, inferi.

73. STAPELIA.	Folliculi 2. <i>Neclarium stellatum:</i>	89.
74. CYNANCHUM.	Folliculi 2. <i>Neclarium cylindricum.</i>	
75. PERIPLOCA.	Folliculi 2. <i>Neclaria 5, filiformia.</i>	90.
76. APOCYNUM.	Folliculi 2. <i>Cor. campanulata : neclaris glandulosis 5, letis 5.</i>	
77. PERGULARIA.	Folliculi 2. <i>Cor. hippocraterif. : neclaris 5, sagittatis.</i>	91.
78. ASCLEPIAS.	Folliculi 2. <i>Cor. reflexa : necl. 5, auriformibus, unguiculatis.</i>	92.
† 79. GRAMMICA.	Bacca 4-sperma. <i>Cor. campanulata : tubo globofo.</i>	93.
80. GENTIANA.	Caps. 1-locularis, 2-valvis. <i>Cor. tubulosa, indeterminata.</i>	94.
81. HYDROLEA.	Caps. 2-locularis, 2-valvis. <i>Cor. rotata.</i>	95.

## \*\* Flores pentapetalii, inferi.

† 82. AGLAIA.	Bacca 1-sperma. <i>Cor. globofo-clausa.</i>	96.
---------------	---	-----

## \*\*\* Flores incompleti.

83. SALSOZA.	Semen 1, cochleatum, tectum. <i>Cal. 5-phillus.</i>	97.
84. CHENOPODIUM.	Semen 1, orbiculare. <i>Cal. 5-phillus : foliolis concavis.</i>	
85. BETA.	Semen 1, reniforme. <i>Cal. 5-phillus, basi semen fovea.</i>	
86. GOMPHRENA.	Caps. 1-sperma, circumscissa. <i>Cal. 2+ phillus, comprellus, coloratus.</i>	98.
† 87. TRISANTHUS.	Caps. 2-locularis. <i>Cal. com. 2-phillus; 2-florus: proprius 5-dentatus.</i>	

88. BO-

88. BOSEA.

*Bacca 1 - sperma. Cal. 5 - phyllus.**\*\*\*\* Flores penlapetali , superi , dispermi : Umbellatæ.**A. Involucro universali , partialique.*

89. HYDROCOTYLE.

*Flores subumbellati , fertiles. Semina compressa.*

90. CAUCALIS.

*Flores radiati , abortivi. Involucrum simplex. Sem. muricata.*

91. DAUCUS.

*Flores radiati , abortivi. Involucrum pinatum. Semina hispida.*

92. ATHAMANTA.

*Flores flosculosi , fertiles. Petala cordata. Semina convexa , striata.*

93. SIUM.

*Flores floscul. fertiles. Petala cordata. Semina subovata , striata.*

94. BUBON.

*Flores floscul. fertiles. Petala planula. Involucrum 5 - phylum.*

95. LIGUSTICUM.

*Flores floscul. fertiles. Petala involuta. Involucra membranacea.**B. Involucris partialibus : universali nullo.*

96. CORIANDRUM.

*Flores radiati , abortivi. Fructus subglobosi.**C. Involucro nullo : nec universali , nec partialibus.*

97. ANETHUM.

*Flores flosculosi , fertiles. Sem. marginata , striata.**T R I G Y N I A.**\* Flores superi.*

98. SAMBUCUS.

*Cor. 5 - fida. Bacca 3 - sperma;*

## \*\* Flores inferi.

99. SAROTHRA. *Cor. 5 - petala. Capf. 1-locul., colo-  
rata. Cal. 1 - phyllus.*
100. TAMARIX. *Cor. 5 - petala. Capf. 1-locul. Semi-  
na papposa.*
101. RHUS. *Cor. 5 - petala. Baccæ 1 - sperma.*
102. BASELLA. *Cor. 6 - fida. Baccæ 1 - sperma, 4 - loba.*
- <sup>t</sup> 103. TRICEROS. *Cor. 6 - petala. Baccæ 3 - locul., 3 -  
cornis.*
104. PHARNACEUM. *Cor. nulla. Capf. 3 - locularis. Cal. 5 -  
phyllus.*

## PENTAGYNTIA.

105. CRASSULA. *Cor. 5 - partita, infera. Capf. 5, po-  
lyspermæ.*
106. DROSERA. *Cor. 5 - petala, infera. Capf. 1 - locula-  
ris, apice dehiscens.*
107. ARALIA. *Cor. 5 - petala, supera. Baccæ 5 - sper-  
ma.*

## MONOGYNYA.

## GENUS I. MIRABILIS.

Character Genericus. *Cor.* infundib., supera. *Cal.* inferus. *Nectarium* globosum, germen includens. Lin. sy. pl. G. 259.

Sp. 1. MIRABILIS JALAPA. *a* Hoaphan. *b* Jen chi hōs.  
 Differ. spec. Mir. floribus congestis, terminalibus, erectis. Lin. sp. 2.  
 Hab; & nota. *Herba* perennis, 3 - pedalis, multiplex: *ramis* longis, geniculatis, rubris, diffusis, nunc sparsis, nunc dichotomis. *Folia* cordata, acuta, integerrima, glabra, opposita, petiolata. *Flos* congestus, terminalis, erectus, rubro-purpureus, nitidus, inodorus. *Cal.* 5 - phyllus, inflatus, brevis, acutus. *Corolla* tubo longo, superius ampliato: limbo patente, plicato, leviter 5-fido. *Filamenta* 5, filiformia, corollam superantia: *antheris* subrundis. *Stylus* æqualis staminibus: *stigmate* globoſo, punctato. *Fruſtus* nucula 5 - gono-rotunda, rugosa, media inter calycem, & corollam: nucleo simplici, rotundo, albo, farinulento.

Habitat in Cochinchinâ, & Chinâ: vidi etiam in Africâ.

Rumph. Amb. l. 8. c. 51. tab. 89. Jalapa officinarum, fructu rugoso. Tournef. Inst. p. 130. tab. 50. Pif. Brasil. c. 44. fig. pag. 208.

Virt. radicis. Hydragoga, Purgans. Valet imprimis ad aquam evacuandam in hydrope anaſcaria.

Observ. Hæc radix non est apta ad Medecinam, nisi per aliquot annos in vivâ plantâ benefaciat: tuncque sit subrotunda, rugosa, exterioris sub-nigra, intus fuco-pallida, circulis concentricis, nigritibus distincta. Non dubito, quod convolvulus a Linnæo dictus Jalapa, imo aliæ convolvuli species simul habeant virtutem Purgantem: sed antiquiorum autoritate, simulque experientia propriâ ducus affero Mirabilem Jalapam vulgarem esse Jalapam officinarum. Alias Mirabilis species non observavi: puto autem eas aliquam virtutem purgantem similiter possidere, quamvis fortasse debiliorem.

## † GENUS II. CYATHULA.

## Descriptio Naturalis.

*Cal.* Perianthium 8 - phylum, inferum, bino ordine: inferiore 3 - phyllo: superiore 5 - phyllo: foliolis omnibus subulatis, erectis.

*Cor.* Petalum 1, integrum, cyathiforme, pellucidum, calyce superiore brevius.

Stam.

Stam. Filamenta 5, filiformia, tenuissima, corollâ longiora. Anthærae biloculares, longiusculæ, incumbentes.

Pist. Germin turbinatum. Stylus brevior staminibus. Stigma crassifluum, polyfidum.

Peric. Nullum, præter calycem conicè clausum, foventem semen.

Sem. 1, oblongum, teres, æquale.

Nom. Cyathula a corollâ cyathiformi.

Charact. Gener. Cat. 8 - phyllus, inferus. Cor. cyathiformis. Semen 1, oblongum.

<sup>†</sup> Sp. 1. CYATULA GENICULATA. a Co xuoc: Nguat. 3. Nieu 6.  
Differ. spec. Cyat. caule geniculato, diffuso : spicis longis, terminalibus.

Hab. Caulis herbaceus, perennis, 3-pedalis, suberectus, geniculatus, striatus : ramis brachiatis, patentibus : radice subdivisa, longa, saepe repente. Folia ovato-lanceolata, integerrima, tomentosa, opposita: petiolis rubris. Flos albo-violaceus : spicis longis, filiformibus, terminalibus. Calyx foliolis omnibus duriusculis, uniformibus, nec coloratis.

Habitat in Cochinchinâ. In Sinis inveniuntur duæ plantæ, quæ eodem nomine dignoscuntur. Has ego non vidi, nisi pictas in Herbario Sinensi: adeoque dubius mansi, an ad idem genus pertineant. Una illarum similem habitum portat, videturque tam genere, quam specie cum Cochinchinensi convenire, quam recentem siue examinavi.

Virt. radicis. Resolvens, Attenuans, Deobstruens, Diuretica, Emenagoga. Convenit præcipue in lumbagine, doloribus rheumaticis, paralyse, artuum debilitate, obstructionibus hepatis, vel uteri. Obfer. Aurem caninam vocavit Rumph. Amb. I. 10. c. 19. t. 11. Linnaeus Achyranthem postratam dixit: cum quo convenire licebit, si corolla violacea, pellucida mihi viâ Nectarium vocetur.

### G E N U S III. E C H I U M.

Char. Gener. Cor. irregularis: fave nudâ. Lin. sy. pl. G. 203.

Sp. 1. ECHIUM VULGARE. a Cay lo buon. & . . .

Differ. spec. Ech. caule tuberculato-hispido : foliis caulinis lanceolatis, hispidis : floribus spicatis, lateralibus. Lin. sp. 7.

Hab; & notæ. Caulis 2-pedalis, erectus, teres, crassus hispidus : ramis paucis. Folia lanceolata, integerrima, hirsuta, albicanitia, alterna. Flos purpurascens, spicis parentibus lateralibus.

Bauh. Pin. p. 254. Hill. Brit. herb. p. 388. tab. 55.

GE-

Char  
far

Sp. 1  
Differ.  
fol  
Hab:

mu  
scu  
cur  
tur  
da  
Helio  
tro  
Virt.  
ces

<sup>†</sup> Sp. 2.  
Differ.  
con  
Hab;  
mul  
Fola  
spic  
nara  
gma  
Habita  
prin

Char.  
culp

Sp. 1.  
Differ.

sp. 1.

Hab;  
stus  
lata

## GENUS IV. HELIOTROPIUM.

Char. Gener. *Cor.* hippocrateriformis, 5-fida, interjectis dentibus; fauce nudâ Lin. sy. pl. G. 191.

Sp. 1. HELIOTROPIUM INDICUM. a Gay bòi boi.

Differ. spec. Hel. *foliis* cordato-ovatis, acutis, scabriusculis: *spicis* solitariis: *fructibus* 2-fidis. Lin. sp. 2.

Hab; & note. *Caulis* herbaceus, annuus, 1-pedalis, crassiusculus, multiplex, pilosus. *Folia* sub-cordata, ovata, acuta, sub-ferrata, scabra. *Flos* cerulescens, terminalis: *spicis* secundis, longis, recurvis. *Cor.* hippocrateriformis, 5-fida: non dentibus, sed plicaturis 5 ejusdem corollæ interjectis. *Fructus* 2-fidus. *Semina* 4, nuda.

*Heliotropium Americanum* cæruleum. Pluk. Phyt. tab. 245. f. 4. *Heliotropium Indicum*, Hormini foliis latioribus. Burm. Zeyl. pag. 120. Virt. *Folia* istius herbe contusa maximè conducunt ad maiores antraces vel, quando incipiunt, resolvendos, vel postea suppurrandos.

† Sp. 2. HELIOTROPIUM TETRANDRUM. a Gay cò cò.

Differ. spec. Hel. *foliis* ovato-lanceolatis, glabris, oppositis: *spicis* congestis, terminalibus.

Hab; & note. *Caulis* herbaceus, annuus, 1-pedalis, suberectus; multiplex, diffusus, albicans, obtusè 4-gonus, geniculis purpureis. *Folia* ovato-lanceolata, crenata, opposita, glabra. *Flos* rubescens, *spicis* longis, dentis, terminalibus, congestis. *Corolla* subcampanulata, 5-fida, laciniis obtusis. *Stamina* 4, corolla subæqualia. *Stigma* 2-fidum. *Semina* 4, nuda: *calyce* parvo, 5-fido fota.

Habitat inter herbas luxuriantes in hortis Cochinchinæ tam ista, quam prima species.

## GENUS V. ANCHUS A.

Char. Gener. *Cor.* infundibulif. fauce clausâ fornicibus. *Sentina* basi infculpta. Lin. sy. pl. G. 194.

Sp. 1. ANCHUSA OFFICINALIS. 3 Trù trào. a Tu thao.

Differ. spec. Anch. *foliis* lanceolatis: *spicis* imbricatis, secundis. Lin. sp. 1.

Hab; & note. *Caulis* herbaceus, perennis, sesquipedalis, teres, erectus, ramosus: *radice* indivisa, longâ, rubrâ. *Folia* ovato-lanceolata, integerrima, aspera, alterna. *Flos* albo-ruber, multus, *spicis* ter-

terminalibus : *corolla* infundibuliformi , brevi , æqualiter 5 - fida : fauicis fornices distincte non vidi in siccâ plantâ , nec recentem obtinui .

Habitat in variis locis imperii Sinenis .

Hort. Cliff. pag. 46. Buglossum sylvestre maius. Bauh. Pin. p. 256. n. 1. Virt. radicis. Diaphoretica, Refolvens : in Medicinâ Sineni magni usus ad suaviter promovendam eruptionem variolarum , & scabiem depurgandam .

### GENUS VI. PRIMULÆ.

Char. Gener. *Involucrum* umbellulæ. Cor. tubus cylindricus : ore pa-  
tulo. Lin. sy. pl. G. 210.

† Sp. 1. PRIMULA MUTABILIS. *Sau eau hös.*

Differ. spec. Pr. caule suffruticoso , multiplici : *foliis* ovatis , serratis : *floribus* nudis .

Hab ; & note. *Caulis* subfruticosus , 8 - pollicaris , crassus , multiplex : *ramis* reclinati . *Folia* ovata , subacuminata , serrata , carnofa , glabra , opposita , petiolis brevibus . *Flos* , cymis magnis , terminalibus , colore mutabilis , primò viridi-luteus , postea albus , in maturitate ruber , in senectute cœruleus . *Cal.* nullus , præter squamu-  
lam parvam , oblongam ab basim cujusque floris . *Corolla* hippocra-  
teriformis , tubo cylindrico , longo , solido , impervio : limbo pla-  
no , 5 - fido , lacinia obcordatis . *Nectarium* squamis 5 , incurvis ,  
partes generationis ante maturitatem floris claudentibus . *Filamenta*  
10 , filiformia , limbo breviora , vertici cylindri insensititia : *anthe-  
ris* subrotundis . *Germen* subrotundum , iuperum , mediâ sui parte  
summitati cylindri , quasi receptaculo coailum . *Stigmata* 3 , ob-  
longa , sessilia . *Pericarpium* abortit : quod ex dissesto germine , &  
per microscopium viso apparet polyspermum : an vero 1 , vel 3 -  
loculare , distinguere non potuit . *Involucrum* umbellulæ , five commu-  
ne nullum .

Habitat , & ob pulchritudinem collitur. Cantone Sinarum .

Observ. Facies hujus plantæ , præcipue floris omnimodo ad Primu-  
lam spectat . Stamina , & pistillum ad Decandriam Trigyniam ab-  
legant , si ibi posset constanter permanere , nam frequenter in hoc  
flore stamina numerantur 8 , laciniae corollæ , & squamae nectarii 4 :  
tubus vero (quod magis mirum ) seu columella illa tubi-formis sem-  
per invenitur impervia , que ratione situs , coloris , & formæ nul-  
latenus dici potest pedunculus : an Receptaculum ?

† Sp. 2. PRIMULA SINENSIS.  $\triangleleft$  Yù tsuan hōa.  $\triangleleft$  Ngaoe tràm hoa.  
Differ. Spec. Pr. foliis ovatis, integerrimis, petiolatis: involucris 2-phyllo, polyfloris.

Hab; & notæ. *Herba* annua, 6-pollicaris: *radice* crassæ, subdivisæ. *Folia* radicalia, cordato-ovata, acuminata, integerrima, glabra: petiolis longis, erectis. *Scapi* teretes, nudi, erecti, sub-triflori, foliis longiores: *involucro* 2-phyllo, floribus subæquali. *Corolla* alba, hippocrateriformis: limbo plano 5-6 fido, laciniis acutis, integris.

Habitat in imperio Sinensi.

### GENUS VII. HOTTONIA.

Char. Gener. *Cor.* hippocrateriformis. *Stamina* tubo corollæ imposta; *Caps.* 1-locularis. Lin. sy. pl. G. 216.

† Sp. 1. HOTTONIA LITORALIS.  $\triangleleft$  Cay bò bò bien.

Differ. Spec. Hot. foliis ovato-oblongis, oppositis, integerrimis: flore solitario.

Hab; & notæ. *Caulis* sub-simplicissimus, 8-pollicaris, erectus. *Folia* ovato-oblonga, integerrima, glabra, opposita. *Flos* purpureus, axillaris, solitarius pedunculatus. *Cal.* tubulosus, leviter 5-fidus: laciniis erectis. *Cor.* hippocrateriformis, 5-fida. *Anteræ* 5, oblongæ, contorta. *Stigma* turbinato-rotundum. *Capsula* longiuscula, 1-locularis, 2-valvis: *seminibus* plurimis rotundis, nigris, minimis.

Habitat in litore arenoso portus Eo, prope Huæam metropolim Cochinchinæ.

Observ. *Hottonia* flore solitario ex alis proveniente, (Burm. Zeyl. p. 121. tab. 55. f. 1.) quainvis flore approximetur, foliis tamen a nostrâ longè recedit: *cum illius sint verticillata, polyfida, nostræ vero opposita, integerrima.*

### GENUS VIII. MENYANTHES.

Char. Gener. *Cor.* hirsuta. *Stigma* bifidum. *Caps.* 1-locularis. Lin. sy. pl. G. 215.

† Sp. 1. MENYANTHES HYDROPHYLLUM.  $\triangleleft$  Cay raong tòn lâ.

Differ. Spec. Men. foliis cordatis, integerrimis: floribus axillaribus, congestis, nectariferis.

Hab; & notæ. *Planta* palustris: *caule* filiformi, repente. *Folia* cordata, integerrima, glabra, petiolata, sparsa, pauca. *Flos* albus, axil-

*axillaris*, congestus, pedunculis longis. *Corolla campanulato-patens*, hirsuta : *limbo* 5 - fido, crenato : *nektariis* 5, ramosis, dilicoloribus, basi laciniarum adhaerentibus. *Stigma* 2 - fidum. *Capsula* ova-ta, 1 - locularis, polysperma, calyce persistente cincta.  
*Observ.* Haec planta media est inter *Hydrophyllum*, & *Menyanthem*: & ista quidem duo genera parum inter se differunt.  
*Habitat* spontanea loca aquosa Cochinchinæ.

## GENUS IX. CONVOLVULUS.

*Char.* Gener. *Cor.* campanulata, plicata. *Stigm.* 2. *Caps.* 2 - locularis : loculis 2 - spermis. Lin. sy. pl. 231.

*Sp. 1. CONVOLVULUS ARVENSIS.* a Bim bim dicit.

*Differ. spec.* Conv. *foliis* sagittatis, utrinque acutis : *pedunculis* sub-unifloris. Lin. sp. 1.

*Hab.* ; & notæ. *Caulis* volubilis, tenuis, perennis. *Folia* sagittata, utrinque acuta, glabra, alterna, petiolata. *Flos* pallidus, basi intus rubra : *pedunculus* longis, solitariis, plerumque 1 - flor. *Cor.* campanulata, brevis, plicata. *Semina* fusca, angulata.  
*Habitat* inter sepes Cochinchinæ.

*Helxine Cissampelos.* Matth. in *Dioscor.* l. 4. c. 35. p. 715. C. Baub. ibi pag. 716.

*Virtus* tam foliorum, quam seminum leniter Purgans.

*Sp. 2. CONVOLVULUS SCAMMONIA.* a Khoai cà hoa vàng.

*Differ. spec.* Conv. *foliis* sagittatis, posticè truncatis : *pedunculis* teretibus, sub-trifloris. Lin. sp. 3.

*Hab.* ; & notæ. *Caulis* subfruticosus, volubilis, ramosus, 10 - pedalis, tenuis, pilosus. *Folia* sagittata, oblonga, basi subtruncata. *Flos* luteus, plicatus, indivisus, sub-quadriflorus : *pedunculis* teretibus, longis : stipulis lanceolatis oppositis.

*Habitat* in sylvis Cochinchinæ.

*Scammonium.* Bont. Jav. l. 6. c. 57. p. 154. *Scammonia syriaca.* Baub. Pin. p. 294. n. 1.

*Virt.* Syriaca violenter Purg. Nostræ vires non expertus sum : cum foliis caulis funicularis (recens tamen) cum foliis, floribus, & fructu ad me pervenerit absque radice, in quâ hujus plantæ virtus.

*Sp. 1. CONVOLVULUS MEDIUM.* a . . .

*Differ. spec.* Conv. *foliis* linearibus, hastato-acuminatis, auriculis dentatis : *pedunculis* 1 - flor. : *calycibus* sagittatis : *caule* volubili. Lin. sp. 6.

Hab;

Hab; & note. *Caulis linearis*, tenuis, volubilis. *Folia subulato-linearia*, sub-hastata, glabra. *Flos pallidus*, pedunculis longis, sub-2-floris. Habitat inter sepes in Cochinchina.

Tala-neli. Rheed. II. pag. 113. t. 55. Conv. Medium. Burm. Ind. p. 43.

Sp. 4. CONVOLVULUS PANDURATUS.  $\alpha$  Bim bim vang.

Differ. spec. Conv. *foliis cordatis*, integris, panduriformibus: *calycibus* laevibus. Lin. sp. 7.

Hab; & notæ. *Caulis volubilis*, perennis. *Folia cordata*, acuminata, in formam panduræ in medio sinuata, integerrima. *Flos nitidè luteus*: *pedunculis* longis, sub-bifloris: *calycibus*, & *fructibus* laevibus. *Folia multa* in eâdem plantâ sepe obseruantur absque illo sinu. Habitat inter sepes Cochinchinæ.

Conv. Megalorhizus, flore ampio, lacteo. Dill. Elth. 101. tab. 85. f. 99.

Sp. 5. CONVOLVULUS OBSCURUS ?  $\alpha$  Bim bim rang.  $\beta$  Cà phan xy.

Differ. spec. Conv. *foliis cordatis*, indivisis: *caule* subpubescente: *pedunculis* incrassatis, 1-floris: *calycibus* laevibus. Lin. sp. 12.

Hab; & notæ. *Caulis volubilis*, annuus, pubescens. *Folia cordata*; acuta, integerrima, utrinque pubescens. *Pedunculi* polyflori: *calycibus* laevibus: *corollis* campanulatis, oblongis\* *seminibus* hirsutis. *Flos pallidus*, basi interiore fusco-rubrâ.

Habitat in Cochinchinâ, & Chinâ, in locis sylvestribus.

Conv. flore minore, lacteo, fundo atro-rubente. Dill. Elth. 98. tab. 83. f. 95. Burm. Zeyl. pag. 74.

Sp. 6. CONVOLVULUS BATATAS.  $\alpha$  Khoai lang.  $\beta$  Hoàn xy.

Differ. spec. Conv. *foliis cordatis*, hastatis, 5-nerviis: *caule* repente, hispido, tuberifero. Lin. sp. 14.

Hab; & notæ. *Caulis* perennis, teres, hispidus, portratus, repens: *tuberibus* sparvis, oblongis, acuminatis, exterius purpurcis, pallidive. *Folia cordata*, angulata, 5-nervia, alterna: *petiolis* longis. *Flos* purpureus, lateralis, magnus: *pedunculus* erectis, sub-trifloris. Tam in Cochinchinâ, quam in Chinâ quotannis floret, quamvis Osbeckius (It. ad Ind. edit. Angl. pag. 311.) afferat non florere, sicut etiam multa alia minus diligenter observata apud sinas.

Habitat in omnibus fere locis utriusque Indiae, extra, & intra Ganges. Batatas. Rumph. Amb. I. 9. c. 17. tab. 130. Kappa Kelengu. Rheed. Malab. 7. p. 95. t. 50.

Ufus. Tubera esculenta sunt, nutrientia, sapida, dulcia. Folia etiam tenera, & juniores furculi leviter cocti in mensis usurpantur.

<sup>†</sup> Sp. 7. CONVOLVULUS MAMMOSUS. a Khoai tu.

Differ. spec. Conv. *foliis cordatis*, acuminatis, repandis : *caule* volubili : *tuberibus aggregatis*.

Hab ; & nota. *Caulis* tenuis, volubilis, annuus. *Folia* cordata, repanda, acuminata, glabra : *costis* obliquis. *Flos* albus, lateralis, campanulatus, plicatus : *pedunculus* 2 - 3 - floris. *Tubera* pallidè fusca, pilosa, ovato-oblonga, sepe acuminata, intus alba, edulia, substantia tenacioris, nec ita dulcis ut Batatae, & tamen apud indigenas magis estimantur, & carius venduntur.

Batatta Mammosa. Rumph. Amb. I. 9. c. 18. tab. 131.  
Habitat frequenter cultus in agris Cochinchinæ.

Sp. 8. CONVOLVULUS MALABARICUS. a Bim bim doäng tién.

Differ. spec. Conv. *foliis cordatis*, glabris : *caule* perenni, villosa. Lin. sp. 18.

Hab ; & nota. *Caulis* perennis, volubilis, teres, tenuis, villosus. *Folia* cordata, acuminata, integerrima, glabra. *Flos* albus, basi fusco-purpureus : *pedunculus* 1 - floris : *corolla* campanulata tubo longo. Habitat agrestis in Cochinchinâ.

Burm. Ind. pag. 44. Kattu Kelengu. Rhed. Malab. II. pag. 105. t. 51.

Sp. 9. CONVOLVULUS CANARIENSIS. a Bim bim thang.

Differ. spec. Con. *foliis cordatis*, pubescens : *caule* perenni, villosa : *pedunculus* multifloris. Lin. sp. 19.

Hab ; & nota. *Caulis* volubilis, perennis villosus. *Folia* cordata, acuta, integerrima, pubescens. *Flos* albus, axillaris : *pedunculus* brevibus, polyfloris, capitulatis. *Corolla* sub-globosa campanulata, connivens. Habitat inter sepes Cochinchinæ.

Pluk. Almag. p. 114. tab. 325. f. 1. Convolv. Canariensis, foliis longioribus, mollibus, incanis.

Sp. 10. CONVOLVULUS TOMENTOSUS. a Bim bim loung, & Khiêu nêu.

Differ. spec. Conv. *foliis* 3 - lobis, tomentosis : *caule* lanuginoso. Lin. sp. 26.

Hab ; & nota. *Caulis* volubilis, perennis, fuscus, lanatus. *Folia* 3 - loba, tomentosa. *Flos* axillaris, solitarius : *calycibus* 5 - phyllis, acutis, fusco-rubris : *corollis* campanulatis, pallidis. *Capula* sphe-roidea, acuminata, 2 - locularis, 2 - sperma : *seminibus* nigris.

Habitat incultus in Cochinchinâ, & Chinâ.

Pluk. Almag. p. 115. tab. 167. f. 4. Conv. Jamaicensis, trilobus.

Virt. Semina in pilulis sumpta efficaciter, & turò purgant humores crassos, præcipue phlegma : unde levamen afferunt in hydrope, lun-

lumbagine, chlorosi, obstructionibus. Diurēsim simul promovent, & menses: prægnantibus nocent.

Sp. 11. CONVOLVULUS REPTANS.  $\alpha$  Rau muong.  $\beta$  . . .  
 Differ. spec. Conv. *foliis hastato-lanceolatis, auriculis rotundis: caule* repente: *pedunculis unifloris.* Lin. sp. 48.  
 Hab; & notæ. *Caulis* herbaceus, perennis, longus, teres, glaber, tubularis, ramosissimus: *radicibus fasciculatis, folio oppositis,* nunc in terrā padulosa repentibus, nunc a terra prorsus liberis in aquā fluctuantibus. *Folia* cordato-lagittata, acuta, glabra: *auriculis* inferius obliquè truncatis, superius denticulata. *Flos* dilutè purpureus, pedunculis 2-floris. *Corolla* campanulata, integra, plicata, limbo-patente, tubo longiusculo. *Caps.* sub-rotunda, glabra, 2-locularis, 2-sperma.

Habitat in Cochinchinā, & Chinā, passim obvius in locis aquosis. Olus Vagum. Rumph. Amb. I. 9. cap. 51. tab. 155. fig. 1. Ubi optima icon. Forsk. Arab. cent. 2. p. 44. sub nomine Ipomoea aquatica, *foliis cordato-acutis.*

Usus. Olus est vulgarissimum, & salubre, nec palato ingratum.

† Sp. 12. CONVOLVULUS BUFLINUS.  $\alpha$  Bim bim thau.

Differ. spec. Conv. *caule fruticoso, scandente: foliis cordato-lagittatis, glabris: pedunculis multifloris: antberis* Cochleatis.

Hab; & notæ. *Caulis* magnus, fruticosus, ramosus, scandens, glaber. *Folia* cordato-lagittata, glabra, alterna, petiolata. *Flos* luteus, magnus, *pedunculis* polyfloris. *Corolla* campanulata: *antberis* 5, filiformibus, spiraliter contortis. *Caps.* 2-locularis, 2-sperma.

Habitat in sylvis Cochinchinæ: nec alibi vidi.

Sp. 13. CONVOLVULUS PES CAPRÆ.  $\alpha$  Cây muong bien.

Differ. spec. Conv. *foliis bilobis: pedunculis unifloris.* Lin. sp. 51.

Hab; & notæ. *Caulis* subfruticosus, procumbens, repens, tuberculatus, ruber, longus. *Folia* utrinque obtusa, sepe bilobo-pandurata, emarginata, crassa, tomentosa. *Flos* purpurascens, axillaris, polynatus.

Habitat ad maris litora arenosa in Cochinchinā, Chinā, & in ora Africæ Orientali.

Convolvulus Marinus. Rumph. Amb. I. 9. c. 58. tab. 159. Convolvulus Maritimus, folio crasso, cordiformi. Herm. Lugdb. 174. tab. 175. Burm. Zeyl. p. 72. Ind. pag. 48.

† Sp. 14. CONVOLVULUS AGGREGATUS.  $\alpha$  Bim bim lá dài.

Differ. spec. Conv. *foliis palmatis, 7-lobis, pilosis: floribus aggregatis.*

Hab;

Hab; & notæ. *Caulis* volubilis, perennis, teres, pilosissimus, ramo-fus. *Folia* palmata, lobis 7, ovatis, subacutis, integerrimis, pilosis. *Flos* albus, magnus, aggregatus, axillaris: *pedunclo* communis longo, solitario, proprio nullo. *Cal.* communis 12 - phyllus, campanulatus, foliolis ovato-oblongis, inaequalibus, pilosis: continens flosculos sessiles 10 circiter. *Pteranthum* 5 - phylum: foliolis lanceolatis, pilosis, erectis. *Cor.* Monopetala, tubulosa, 5 - fida: laciniis acutis, pilosis, clausis. *Filamenta* 5, corollâ breviora, tube inherentia. *Antheræ* ovatae, stantes, basi 2 - fidæ. *Germen* subrotundum. *Styles* filiformis, corollâ longior. *Stigma* capitatum. *Capsula* rotunda, 2 - locularis, 2 - sperma: *seminibus* hinc rotundis, inde angulatis.

Habitat in Cochinchinâ. In nullo alio loco mihi obvium, nec apud Authores descriptum inveni.

### GENUS X. DATURA.

Char. Gener. *Cor.* infundibulif., plicata. *Cal.* tubulofus, angulatus. *Caps.* 4 - valvis. Lin. sy. pl. G. 263.

Sp. r. DATURA METEL. a Câ duc, à Nôo bién hôa.

Differ. spec. Dat. *pericarpiis* spinosis, nutantibus, globosis: *foliis* cordatis, subintegris, pubescientibus. Lin. sp. 5.

Hab; & notæ. *Caulis* 3 - pedalis, crassis, annuus: *ramis* inordinatis, diffusis. *Folia* sub-ovata, acuminata, incomptè angulata, cordata, saepe integriformis, sparsa, glabra, aliquando pubescientia. *Flos* terminalis, & lateralis, solitarius, violaceus, vel luteus, in aliis albus, aliquando utroque colore mixtus: *corollâ* infundibuliformi, longâ, plicatâ, sub-integerrimâ. *Fructus* plerunque rotundus, spinosus, loculis binis, saepe quatuor, polylpermus, raro in valvas regulares dehiscentes. Semina multa, compressa, subreniformia.

Habitat inculta per vias, & hortos in Cochinchinâ, in Chinâ, & in Africâ, ubi a me saepe examinata.

Datura. Acosta. Arom. c. 53. f. p. 289. Stramonia Indica. Rumph. Amb. I. 8. c. 49. t. 87. f. 1, 2. Datura Stramonium. Thunb. Jap. pag. 91.

Observ. Ex inconstantia habitus hujus plantæ videtur diversas species a Linnaeo ennumeratas, (Daturâ Arboreâ exceptâ, quam non vidi) pro varietatibus habendas. Cur enim ad mutantam speciem coget fructus parum longior, vel spinosior? folia integriora, vel aliquantulum angulata, quæ in eodem saepe individuo observatur? Flos simplex, vel plenus?

Virt.

Virt  
pe  
pa  
lo

Char  
Ca

Sp.  
Diffe  
bu  
Hab

ca  
un  
alt  
fid  
bo  
nie

Habit  
cib  
ful  
Burma  
lin  
fo  
Virtu  
Ab  
tiq

Chara  
pf.

Sp. 1.  
Differ  
Lin  
Hab;  
mot  
axil  
mis  
patu

Virt. Soporifera, Inebrians, Antispasmodica. Fumus radicis contusæ per fistulam tabacariam exceptus sedat parumper graves asthmæ paroxismos. Folia contusa, & recentia topicè applicata leniunt dolores haemorrhoidum, combustiones, & ulcera corrosiva.

## GENUS XI. NICOTIANA.

Charact. Gener. Cor. infundibulif. : limbo plicato. Stam. inclinata. Caps. 2-locularis, 2-valvis. Lin. sy. pl. G. 265.

Sp. 1. NICOTIANA FRUTICOSA. *a* Cây thôc *b* Yến yế.

Differ. Spec. Nic. *foliis* lanceolatis, subpetiolatis, semi amplexicaulis: *floribus* acutis: *caule* frutescente. Lin. sp. 2.

Hab; & note. Caulis 4-pedalis, subfruticosus, crassus, teres, albicans, pilosus, erectus, ramosus. *Folia* lato-lanceolata integerima, undulata, rugosa, mollia, succosa, subsessilia, semiamplexicaulia, alterna. *Flos* albo-ruber, recemis erectis, terminalibus: *calyce* 5-fido, erecto, inaequali: *corolla* infundibuliformi, tubo longo: limbo acutè 5-fido, patente. *Capsula* 2-valvis, 2-locularis: *semibus* rotundis, minutissimis, plurimis.

Habitat ubique culta in Cochinchinâ, & Chinâ: ubi vernaculis vobis nominatur, tanquam indigena: nec ex Americâ translatam fuisse suplicantur.

Burm. Ind. p. 54. Tabacus. Rumph. Amb. I. 8. c. 40. Nicotiana foliis linear-lanceolatis, acuminatis, semiamplexicaulibus, caule fruticoso. Mill. Diet. icon. 184. f. 1.

Virtus. Foliorum, Antispasmodica, Paregorica, Emetica, Purgans; Abstergens, Phthiriaca. Externè tumores duros emollit, ulceræ antiquæ abstergit, vermes necat, scabiæ purgat.

## GENUS XII. IPOMŒA.

Charact. Gener. Cor. infundibuliformis. *Stigma* capitato-globosum. Caps. 3-locularis. Lin. sy. pl. G. 232.

Sp. 1. IPOMŒA QUAMOCLIT. *a* Cây đê Jong leo. *b* Kam peng fung.

Differ. Spec. Ip. *foliis* pinnatifidis, linearibus: *floribus* subsolitariis. Lin. sp. 1.

Hab; & note. *Caulis* annuus, volubilis, tenuis, longus, glaber, ramosissimus. *Folia* pinnatifida, lacinias filiformibus. *Flos* coccineus, axillaris, *pedunculis* solitariis, sub-monofloris. Cor. infundibuliformis, tubo longiusculo, limbo patente, acutè 5-fido. *Stigma* capitatum. *Capsula* plerumque 4-locularis: *seminibus* paucis.

*Flos*

Flos Cardinalis. Rumph. Amb. 9. cap. 52. tab. 155. f. 2. Quamoclit,  
five Jasminum Americanum. Clus. Polster. f. pag. 5. Tsuria-cranti  
Rheed. Malab. 11. p. 123. tab. 60.  
Habitat culta in Cochinchinā, & in Chindā.

## Sp. 2. IPOMEA TUBEROSA. a. Khoai Xiem.

Differ. Spec. Ip. *foliis palmatis*: *lobis septenis*, *lanceolatis*, *acutis*,  
*integerimis*: *pedunculis* 3-floris. Lin. sp. 8.

Hab; & notæ. *Caulis* perennis, longus, teres, procumbens, ramo-  
fus: *tuberibus* oblongis, sparsis. *Folia* cordato-palmata: *lobis* 7,  
*lanceolatis*, *integerimis*: *petiolis* alternis, longis. *Flos* purpureus,  
*pedunculis* 3-floris, axillaribus. Capsulam maturam non vidi.  
Habitat in Cochinchinā a Siamo oriunda.

Plukener Alm. p. 116. tab. 276. f. 6. Convolvulus Americanus man-  
diocceæ multifido folio, heptaphyllo, radice tuberosa.

Uſus. Tubera edulia, ut Batatæ, quibus maximè affimilantur sapore,  
magnitudine, & formâ.

## Sp. 3. IPOMEA CAMPANULATA. a. Rau möi.

Differ. Spec. Ip. *foliis cordatis*: *pedunculis* multifloris: *perianthio*  
*exteriore* orbiculari: *corollis* campanulatis, lobatis. Lin. sp. 11.

Hab; & notæ. *Caulis* volubilis, tenuis, ramosus. *Folia* cordata, acu-  
ta, glabra, alterna, integerimis. *Flos* luteus, pedunculis axillari-  
bus, 5-7-floris: *corolla* campanulata, lobata: calyx 5-partito,  
lacinias emarginatis. *Capsula* sæpius 2-locularis, 2-sperma. *Stigma*  
semper capitato-globosum. Unde apparet hanc plantam inter Con-  
volvulum, & Ipomœam mediare. Stigma ad istam, capsula, & co-  
rolla ad illum declinant. Perianthium aliud orbiculare non vidi.  
Adamboe. Rheed. Malab. 11. p. 175. tab. 56.

## Sp. 4. IPOMEA HEPATICIFOLIA. a. Blm blm biée.

Differ. Spec. Ip. *foliis* 3-*lobis*: *floribus* aggregatis. Lin. sp. 19.

Hab; & notæ. *Caulis* volubilis, annuus, simplex, tenuis. *Folia* cor-  
data, 3-loba, subacuta, pilosa: *petiolis* longis. *Flos* cæruleus axil-  
laris: *pedunculis* monofloris, congestis, non propriè aggregatis.  
*Corolla* tubus longus, crassifolius, limbus 5-fidus. *Capsula* 3-locu-  
laris.

Burm. Ind. pag. 50. tab. 20. f. 2. Convolvulus Indicus, Villosus, he-  
deræ folio 3-partito, flore cæruleo. Herm. Lugdb. 182.

Habitat inculta in Cochinchinā.

GENUS XIII. AZALEA.

Char. Gener. Cor. campanulata. Stamina receptaculo inserta. Caps. 5 - locularis. Lin. sy. pl. G. 226.

† Sp. 1. AZALEA PUNCTATA. a Cay maōc ned.

Differ. Spec. Az. foliis margine scabris : floribus punctatis, congestis. Hab ; & notæ. Frutex 5-pedalis, erectus, ramulos. Folia lanceolata, integerrima, glabra, alterna, margine scabra. Flos congestus, terminalis, albus : corolla campanulata, 5-fida, infera. Calyx 5-partitus, albicans, punctis rubris conspicuus, similiter etiam corolla, antheræ, & germen. Caps. 5-locularis.

Habitat in sylvis Cochinchinae.

† GENUS XIV. CAMPYLU S.

*Descriptio Naturalis.*

Cal. Perianthium tubulosum, 5-partitum, tuberculosum, pilosum inferum : lacinias subulatis, longis, inaequalibus, erectis.

Cor. Monopetala, tubulosa, 2-labiata : labio superiore subulato : inferiore ovato : utroque integerrimo.

Stam. Filamenta 5, inaequalia, corollâ breviora, basi tubi inserta. Antheræ ovatae, stantes.

Pist. Germen subrotundum. Stylus æqualis staminibus. Stigma 5-lo-  
bum.

Peric. Capsula subrotunda, 5-locularis, polysperma.

Sem. Subrotunda, multa.

Nom. (*Καμπύλος flexuosus*) a florum racemo flexuoso.

Char. Gener. Cor. Bilabiata, infera. Caps. 5-locularis, polysperma.

† Sp. 1. CAMPYLU S SINENSIS. β Xeng con thán.

Differ. Spec. Camp. caule scandente : foliis cordatis : flore racemofo.

Hab. Caulis fruticosus, crassus, longus, scandens, ramis vix ulla.

Folia cordata, acuta, integerrima, utrinque tomentosa, pauca, alterna : petiolis longis, geniculatis. Flos albo-ruber, racemo terminali, longo, flexuoso, bracteis 3-lobis distincto.

Habitat in collibus nemorosis apud Sinas Cantonienies.

## GENUS XV. CEROPEGIA.

Char. Gener. *Folliculi* 2, erecti. *Semina* plumosa. *Corolla* & *limbus* connivens. Lin. sy. pl. G. 328.

Sp. 1. CEROPEGIA CANDELABRUM.  $\alpha$  Cay Saong Kém.  
 Differ. spec. Cer. *umbellis* pendulis : *floribus* erectis. Lin. sp. 1.  
 Hab ; & notæ. *Caulis* perennis, tenuis, longus, procumbens, ramosus. *Folia* ovato-lanceolata, integerrima, glabra, margine reflexa, opposita. *Flos* albus, axillaris : *umbellis* pendulis : *corollis* erectis, monopetalis, tubo globofo, magno : limbo parvo, 5-fido. *Stigma* 1, sessile, 2-fidum. *Folliculi* 2, tenues, teretes : apice attenuato, ad angulum rectum refracto : *Seminibus* longis, plumosis, imbricatis.

Niota-niodem-valli. Rheed. Malab. 9. pag. 27. tab. 16.

Habitat in dumetis Cochinchinæ.

$\ddagger$  Sp. 2. CEROPEGIA OBTUSA.  $\alpha$  Rau Kém.

Differ. spec. Cer. *foliis* obtusis : *caule* volubili.

Hab ; & notæ. *Caulis* perennis, filiformis, subrufus, volubilis, glaber. *Folia* oblonga, obtusa, integerrima, plana, pauca, oppolita. *Flos* pallidus, specie præcedentis similis, pedunculis brevioribus. *Fructus* tenuiores, apice similiter refracti, glabri : *seminibus* papposis.

Habitat utraque species in suburbis metropolis Cochinchinæ Huæ, foliis magis differentes, quam floribus.

$\ddagger$  Sp. 3. CEROPEGIA CORDATA.  $\alpha$  Deei di mo.

Differ. spec. Cerop. *foliis* cordatis : *umbellis* pendulis.

Hab ; & notæ. *Caulis* perennis, longus, teres, scandens, ramosus. *Folia* cordata, integerrima, glabra, opposita, petiolis longis. *Flos* viridi-luteus, umbellis magnis, hemisphaericis, axillaris : pedunculis longis, pendulis. *Calyx* inferus 5-phyllo, foliolis ovatis acutis, parvis, patentibus. *Corolla* 5-partita, lacinias ovatis, conniventibus. *Nectarium* carnosum, erectum, 5-fidum : glandulis 10, oblongis, pistillum circumstantibus. *Filamenta* nulla. *Antberæ* 5, oblongæ, conniventæ. *Germen* longiusculum, 2-fidum. *Stylus* crassus, brevissimus. *Stigma* obtumum, emarginatum. *Pericarpium* maturum non vidi. Ex formâ Germinis folliculos duos esse conjicio : ex flore umbellato, corollis conniventibus speciem esse Ceropegiae existimo.

Habitat scandens per sepes in Cochinchinâ,

## GENUS XVI. NERIUM.

Char. Gener. *Folliculi* 2, erecti. *Semina* plumosa. *Corollæ* tubas terminatus coronâ lacerâ. Lin. sp. pl. G. 323.

Sp. 1. NERIUM OLEANDER. & Cay daô do. & . . .

Differ. spec. Ner. *foliis* lineari-lanceolatis, ternis. *Corollis* coronatis. Lin. sp. 1.

Hab; & notæ. *Frutex* 8-pedalis, caule tereti, recto, ramis assurgentibus. *Folia* verticillato-terna, liniari-lanceolata, integerrima, crassa, glabra. *Flos* ruber, racemis erectis terminalibus. *Cal.* 5-phylloides, 5-partita, limbo obtuso, reflexo. *Filamenta* 5, corollâ breviora, tubo insidentia. *Antheræ* sagittatae stantes, apice caudatae, lacinia filiformi, longâ, lanosâ. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, corollæ equalis. *Stigma* obtusum, inæquale. *Pericarpium* folliculi 2, teretes, longi erecti: *seminibus* plurimis papposis. *Tubus* corollæ terminatur coronâ formatâ ex laciiniis concoloribus, brevibus, inæqualibus. Hujus est varietas flore albo, quæ magis regularis, semper numerat 5 stamina, & 5 corollæ laciinas. Ast in varietate rubrâ, quæ gaudet flore pleno, observantur sœpe 10 stamina, ac 10-15 corollæ laciinae, quæ inferius coalescant in tubum. Odor vix ullus.

Habitat in Cochinchinâ, & Chinâ, multisque aliis Asiarum locis.

Belluta Avrelii. Rhed. Malab. 9. pag. 1. t. 1, 2. Rumph. Amb. Auct. cap. 23. tab. 16. f. 1. Oleander Sinicus.

Sp. 2. NERIUM DIVARICATUM. & Cay Moc hoa do.

Differ. spec. Ner. *foliis* lanceolato-ovatis: ramis divaricatis. L. sp. 3:

Habit; & notæ. *Arbor* mediocris: *ramis* patentibus, divaricatis. *Folia* ovata, acuminata, integerrima, undulata, nitida, opposita. *Flos* luteo-ruber, congestus, terminalis. *Corolla* infundibuliformis, tubo brevi: limbo 5-fido reflexo. *Neckarii* corona ad os tubi, laciiniis subulatis, brevibus. *Antheræ* 5, subsessiles, sagittatae, in cœnum mutuo conniventes. *Stylus* cylindricus, crassifolius, vaginans alium superiorem, tenuem: *stigma* ovato. *Fruktus* folliculi 2, teretes, longi, sub-coaliti, erecti: *seminibus* multis longis, papposis, imbricatis.

Apocynum Zeylanicum, Indicum, frutescens, Nerii flore candidissimo. Herm. Parad. Bat. 40. Nerium Indicum folio subrotundo undulato, crasso, flore dilutè rubente. Burm. Zeyl. p. 168.

Sp. 3. NERIUM ANTIDYSENTERICUM. a Cây Mỏ hoa trắng.  
 Differ. spec. Ner. *foliis* ovatis, acuminatis, petiolatis. Lin. sp. 4.  
 Hab; & notæ. *Arbor* mediocris: *ramis* brachiatis. *Folia* ovata, acuminata, plana, integerrima, glabra opposita. *Flos* albo-viridis, ramis brevibus, sub-terminalibus. *Corolla* infundibuliformis. *Neclarrii* corona ad os tubi: laciinis oblongis, alternatim 3-fidis, & linearibus. *Fruitus* ut precedentes species.

Nerium Indicum, siliquis angustis, erectis, longis, geminis. Burm. Zeyl. p. 167. t. 77. Codaga pala. Rheed. Malab. 1. p. 85. t. 47.

Uſus. Hęc, & praecedens Nerii species materiam praebeant ad tornanda opera lignaria, & formanda scrinia elegantissima. Habent enim lignum albissimum, & equalissimum, eburis æmulum, si gravitatem excipias. Quod si Ebeni (cujus in Cochinchinā magna copia) intermixta nigredine discernatur, pulchritudo operis augebitur. De virtute arboris antidysentericā testari non audeo experientiā delittutus. Utraque species habitat tam culta, quam inculta in Cochinchinā.

† Sp. 4. NERIUM SCANDENS. a Cây bòi bei.

Differ. spec. Ner. *caule* scandente: *pedunculis* terminalibus, polyfloris: *laciinis* corollæ longissimis.

Hab; & notæ. *Frutex* magnus, ramis scandentibus. *Folia* ovato-oblonga, integerrima, sub-acuminata, glabra, opposita. *Flos* magnus, pedunculis terminalibus, polyfloris: *Corolla* tubo albo, limbo ruberrimo. *Cal.* tubulosus, 5-gonus, brevis, 5-partitus: laciinis acutis, carnosis, erectis. *Cor.* infundibuliformis: tubo inferius cylindrico, brevi, superius urceolato: limbo 5-partito, laciinis subulato-linearibus, longissimis, repandis. *Neclarium* ad os tubi, laciinis multis, acutis, in coronam dispositis. *Filamenta* 5, brevia. *Antheræ* sagittatae, conniventes: apice in caudam filiformem longissimam definentes. *Germen* superum, 2-lobum. *Stylus* longitudine staminum. *Stigma* alterum alteri impositum: inferius cylindraceum, superius acutum, partitum, erectum. *Peric.* Folliculi 2, horizontales, crassi, obtusi: *seminibus* multis, oblongis, comprefsis, papposis.

Habitat in dumetis Cochinchinæ.

Observatio. Quamvis corollæ laciinæ longissimæ affinem faciant Echiti Caudatae (Lin. sy. pl. sp. 10. Burm. Ind. p. 68. t. 26.) attamen in nostrâ faux coronata, quæ in Echite nuda, illam certò ad Nerium revocat; contortæ enim pleraque per nectaria constantius dignoscuntur. Nec debent obstat folliculi horizontales, quando cætera convéniant.

## GENUS XVII. PLUMERIA.

Char. Gener. *Folliculi* 2, reflexi. *Semina membranæ propriæ inserta.*  
Lin. sy. pl. G. 325.

Sp. 1. PLUMERIA OBTUSA. a Hoa sú tảng. & . . .  
Differ. spec. *Plum. foliis lanceolatis*, petiolatis, obtusis. Lin. sp. 3.  
Hab; & notæ. *Arbor* crassæ, mediocrem superans: *cortice* cinereo,  
glabro, lafescente: *ligno* succolo, fragili: *ramis* expansis, cra-  
fis, tortuosis. *Folia* lanceolata, integerima, magna, plana, gla-  
bra, petiolata, sparsa, costis multis transversis. *Flos* terminalis,  
racemis compositis, patulis, erectis: *corollis* odoratis, contortis,  
albis, exterius rubro, intus flavo colore discretis. *Cal.* tubulosus,  
brevis, deciduus, leviter 5-fidus, lacinias rotundatis, erectis. *Co-  
rolla* monopetalas, infundibuliformis, infera: tubo parvo, curvo:  
limbo, 5-partito, lacinias ovatis, alterâ alterius latus regente. *Fi-  
lamenta* 5, brevissima, supra basim tubi inserta: *antheris* oblongis,  
stantibus. *Germen* subrotundum, 2-partitum. *Stylus* nullus.  
*Stigmata* 2, conica. *Pericarpium* folliculi 2, reflexi, crassi, po-  
lyperni: *feminibus* grandiculis, squamiformibus, imbricatis. in  
basim membranaceam desinentibus.

Habitat in Cochinchinâ, & Chinâ, culturâ facilis, odore, & colore  
floris grata.

*Flos* convolutus. Rumph. Amb. I. 6. c. 43. tab. 38.

Obser. Licet arbor ita a Linnæo distinguatur nomine, & foliis ob-  
tusis, ego, ubicunque illam vidi in Asiâ, semper notavi folia acuta:  
similiterque ab oculato Botanices scriptore Rumphio visa antea  
fuerant, & delincata.

## GENUS XVIII. TABERNÆMONTANA.

Char. Gener. *Folliculi* 2, horizontales. *Semina pulpæ immersa.* Lin.  
sy. pl. G. 327.

† Sp. 1. TABERNÆMONTANA BUFALINA. a Cây ràng thi.

Differ. spec. Tab. *foliis* lanceolatis, oppositis: *pedunculis* 2-na-  
tis, monofloris, pendulis.

Hab, & notæ. *Frutex* 5-pedalis, sub-erectus, ramosus. *Folia* lan-  
ceolata integerima, nitida, opposita. *Flos* albus, lateralis: *pedun-  
culis* geminis, monofloris, longis, pendulis. *Corolla* hippocra-  
teriformis: tubo cylindraceo, tenui, longo, ad basim ventricoso.  
*Stamina* supra medium tubi insidentia. *Stylus* 1, brevior staminis  
bus:

*bus* : *stigmate* ovato , bifido . *Pericarpium* folliculi 2 , divaricati , longiusculi , sub-ventricosi , acuminati , torulosi , glabri : *feminibus* oblongis , angulatis , pulpæ rubræ involutis . Habitat in dumetis Cochinchinæ .

*Capsicum sylvestre* . Rumph. Amb. I. 6. cap. 73. tab. 67. Ibi autem exhibetur fructus subsequenti speciei *Bovinae* conformior .

† Sp. 2. TABERMÆMONTANA BOVINA. a Cay súng bò.

Differ. spec. Tab. *foliis* lanceolatis oppositis : *pedunculis* solitariis , polyfloris .

Hab ; & notæ . *Frutex* 4 - *pedalis* , erectus : *ramis* reclinatis . *Folia* lanceolata , integerrima , glabra , opposita . *Flos* albus , hypocrateriformis , 5 - fidus : *pedunculis* axillaris , sub-erectis , solitariis , sub-quinquefloris . *Folliculi* 2 , horizontales , divaricati , recurvi , breves , ventricosi , acuminati , nec torulosi : *feminibus* subrotundis , angulatis , pulpæ rubræ immixtis .

Habitat inulta in locis planis Cochinchinæ .

Virtus. Emolliens , Laxans . Succus villosus , lactescens ex utroque fructe manans juvat imprimis ad extrahenda suaviter spicula , aut vepres carni infixa .

### GENUS XIX. VINCA.

Char. Gener. *Folliculi* 2 , erecti . *Semina* nuda . Lin. sy. pl. G. 322.

Sp. 1. VINCA ROSEA. a Hoa bai dâng. s . . .

Differ. spec. Vin. *caule* suffrutescente : *floribus* geminis , seffilibus : *foliis* ovato-oblongis : *petiolis* basi bidensatis . Lin. sp. 4.

Hab ; & notæ . *Planta* 2 - *pedalis* , perennis , sub-fruticosa : *caule* multiplici , suberecto , tereti , rubro . *Folia* oblongo-ovata , integerrima , tomentosa , opposita , graveolentia . *Flos* dilutè purpureus , axillaris , 2 - natus . *Cal.* 5 - partitus , inferus , persistens : lacinias linearibus , erectis . *Cor.* monopetalia , hippocrateriformis , tubo longo , gracili , superius ventricolo-ovato : limbo 5 - fido lacinias rotundatis , acuminatis . *Filamenta* 5 , brevissima . *Antheræ* sagittatae , incumbentes , in tubi ventre inclusæ : polline globuloſo , nudis oculis conspicuo . *Germen* oblongum duplex . *Stylus* 1 , filiformis , inter bina germina receptaculo affixus . *Stigma* longitudinaliter 3 - articulatum , 3 - forme . *Peric.* folliculi 2 , erecti , monovalves , longiusculi , recti , subteretes , villosi , polypermi : *feminibus* bino ordine , oblongo-ovatis , scabris , nudis .

Habitat in Cochinchinæ , & Chinæ , tam agrestis , quam culta .

Burm. Ind. pag. 67. Thunb. Jap. p. 110.

† GE-

## † GENUS XX. THELA.

## Descriptio Naturalis.

Cal. Perianthium duplex : exterius 3 - phyllum , foliolis ovato-lanceolatis : interius perfistens , tubulofum , coloratum , leviter 5 - fidum , confitum papillis multis , pedunculatis.

Cor. Hippocrateriformis , infera : tubo cylindrico , calyce duplo longiore : limbo 5 - fido , lacinias subrotundis , acuminatis , planis.

Stam. Filamenta 5 - capillaria , tubo æqualia , receptaculo infidentia . Antheræ oblongæ , stantes.

Pift. Germen ovato-oblongum. Stylus filiformis , longior staminibus. Stigma 5 partitum : lacinias oblongis , reflexis.

Peric. Bacca parva , oblonga , pentagona , 1 - locularis , 1 - sperma.

Sem. Ovato-oblongum.

Nom. ( Θηλη papilla ) a calyce papilloso.

Char. Gener. Cal. duplex : interior papillosus. Cor. hippocrateriformis , infera. Stam. receptaculo infidentia. Bacca 1 - sperma.

† Sp. 1. THELA COCCINEA. α Xích hoa Xà. β Chè hõa tân.

Differ. spec. Th. caule scandente : foliis amplexicaulibus : calycibus corollæ concoloribus.

Hab. Caulis suffruticosus , longus , scandens , striatus , parum ramosus. Folia ovato-lanceolata , integerrima , glabra , alterna , semiamplexicaulia. Flos coccineus , calyce interiori concolore : spicis longis , simplicibus , subterminalibus.

† Sp. 2. THELA ALBA. α Bạch hoa Xà. β Pý hõa tân.

Differ. spec. Th. caule scandente : foliis petiolatis : calycibus discoloribus.

Hab. Caulis suffruticosus , scandens , tenuis , longus , subsimplicifimus. Folia ovato-lanceolata , integerrima , glabra , undulata , coloris obscuro-viridis , alterna , petiolata , nec amplexicaulia. Flos spicis minus longis , sub-terminalibus : corollis albis : calyce interiori longo , papilloso , non colorato.

Habitant ambae species inter sepes arundinis Indicæ , per quas scandunt tam in Cochinchinâ , quam in Chinâ.

## † GENUS XXI. ATHRUPHYLLUM.

## Descriptio Naturalis.

- Cal. Perianthium campanulatum, 5-fidum, breve, persistens: laciniis acutis.
- Cor. Monopetala, infera, campanulata, patens: limbo 5-partito, laciniis lanceolatis.
- Stam. Filamenta nulla. Antheræ 5, biloculares, ovatæ, in medio laciniarum corollæ singulæ singulis affixæ, supinæ jacentes.
- Pist. Germen subrotundum, minimum. Stylus brevissimus. Stigma simplex.
- Peric. Baccæ globosa, parva, 1-sperma.
- Sem. Subrorundum.
- Nom. (*A'þpoos confertus*) ob folia ad apicem ramorum conferta.

Char. Gener. Cor. campanulata, infera. Antheræ laciniis corollæ inferta. Baccæ 1-sperma.

- † Sp. I. ATHRUPHYLLUM LINEARE. a Cay ma ca.  
Differ. Spec. Attr. foliis linearibus, confertis: *umbellis* sessilibus.  
Hab. Arbor magna: ramis patentibus. Folia turbinato-linearia, integrerrima, plana, nitida, ad apicem ramulorum conferta. Flos albo-ruber, minutulus: *umbellis* sessilibus, foliis intermixtis. Habitat in sylvis montanis Cochinchinæ.  
Ufus. Lignum ædificiis aptum.

## † GENUS XXII. PYRGUS.

## Descriptio Naturalis.

- Cal. Perianthium 5-dentatum, patens, breve, persistens.
- Cor. Monopetala, infera, rotata, 5-partita: laciniis lanceolatis, longis, sub-reflexis.
- Stam. Filamenta 5, subulata, corollæ inferta, ipsa breviora, in medio conniventia, inde refracta. Antheræ subulatae, magnæ, 2-locales, stantes, in formam conicam mutuo inclinatae.
- Pist. Germen subrotundum. Stylus subulatus, corollæ subæqualis. Stigma simplex.
- Peric. Baccæ globosa, parva, 1-sperma.

Nom:

Nom. (Πυργος turris) ab staminibus in formam turris conicæ mutuò inclinatis.

Char. Gener. *Cor.* rotata, infera. *Filamenta* refracta. *Bacca* 1-sperma.

Sp. 1. PYRGUS RACEMOSA. a Cay Lyc chot.

Differ. spec. Pyr. foliis ovato-lanceolatis: racemis terminalibus.

Hab. *Arbuscula* 5-pedalis: ramis parentibus. *Folia* ovato-lanceolata, magna, integerrima, glabra, alterna: petiolis brevibus. *Flos* albo-ruber: racemis ovato-oblongis, terminalibus.

Habitat in dumetis Cochinchinæ.

Obser. Convenit cum Bladzia (Thunb. Japon. p. 7.) numero partium differt illarum formâ, semineque non arillato.

### + GENUS XXIII. ROTULA.

#### *Descriptio Naturalis.*

Cal. Perianthium Cyathiforme 5-partitum, persistens: laciniis acutis.

Cor. Rotata, infera, 5-partita: laciniis ovatis, planis.

Stam. Filamenta 5, tubulata, corollâ breviora, ipsius basi inherentia. Anthoræ sagittatae.

Pist. Germen subrotundum. Stylus turbinato-linearis, planiusculus, staminibus subæqualis, rhigma emarginatum.

Peric. Bacca aquoia subrotunda, parva, 1-locularis, 4-sperma.

Sem. exterius ovata, intus curva.

Nom. Rotulam vocare sicut corolla parvula, rotata, plana.

Char. Gener. *Cor.* rotata, infera. *Bacca* aquoia, 4-sperma.

† Sp. 1. ROTULA AQUATICA. a R. n. cat.

Differ. spec. Rot. foliis imbricatis: floribus congestis terminalibus.

Hab. *Caulis* fruticosus, 4-pedalis, simplex, suberectus, teres, inermis: radice simplici, longa: ramis brevissimis, simplicissimis. *Folia* ovato-oblonga, integerrima, minima, sessilia, imbricata. *Flos* dilutè violaceus, congestus, terminalis. *Bacca* rubra, piso æqualis. Habitat in paludibus, & prope ripas fluminum in Cochinchinæ.

## GENUS XXIV. TOURNEFORTIA.

Char. Gener. *Bacca* 2-locularis, disperma, supera : *apice* duobus potis perforata. Lin. sy. pl. G. 205.

† Sp. 1. TOURNEFORTIA MONTANA. a Cây thuộc họ.

Differ. spec. Tourn. *foliis* ovato-lanceolatis, rugosis : *spicis* sub-simplicibus, recurvis, terminalibus.

Hab ; & notæ. *Caulis* fruticosus, scandens, ramosus, hirsutus. *Folia* ovato-lanceolata, integerrima, rugosa, glabra, incurva, reflexa : *petiolis* brevibus, alternis. *Flos* terminalis, spicis secundis, recurvis, sub-simplicibus : *pedunculis* brevibus, 1-floris. *Corolla* alba : tubo basi urceolato : limbo acutè 5-fido : *antheris*, & *stigmate* sessilibus. *Bacca* inversè pyriformis, 2-locularis, 2-sperma, apice imperforata, supera.

Habitat in sylvis montanis, ubi illà pro pharmacho uruntur incoleæ agrestis, qui vocantur Moii, Cochinchinæ tributarii.

## GENUS XXV. SIDEROXYLON.

Char. Gener. *Cor.* 10-fida : laciniis alternis incurvis. *Stigma* simplex. *Bacca* 5-sperma. Lin. sy. pl. G. 283.

† Sp. 1. SIDEROXYLON CANTONIENSE. a San Cöt.

Differ. spec. Sid. inerme, *foliis* palmatis : *pedunculis* solitariis, axillaribus.

Hab ; & notæ. *Caulis* fruticosus, scandens, multiplex, inermis, teres. *Folia* palmata, glabra, petiolis longis, alternis. *Flos* axillaris, pedunculis solitariis, polyfloris. *Cal.* spatha parva, lanceolata, decidua. *Corolla* 5-fida, laciniis incurvis, singularim coalitis 5 aliis laciniis interioribus nectararii acutè 5-fidi. *Stamina* 5. *Stigma* obtusum. *Bacca* subrotunda, 4-locularis, 1-sperma : *seminibus* oblongis. *Radix* tuber magnum subrotundum, basi acuminatum.

Habitat in suburbis Cantonensisibus Sinarum.

Obser. Hæc species, quamvis anomala, minus tamen devia est a Charactere Linnæano, quam Sideroxylon Decandrum (sp. 6.) quod nostro est affine corollâ, nectario, & baccâ loculari.

## † GENUS XXVI. ONCINUS.

## Descriptio Naturalis.

Cal. Perianthium tubulosum, breve, 5-crenatum, inferum.  
 Cor. Monopetala, infundibuliformis, carnosæ: limbo 5-partito, lacinias obtusis, omnibus ad unum latus uncatis, emarginatis. Nectarium ad os tubi, 5-fidum, erectum.  
 Stam. Filamenta 5, brevia, medio tubo affixa. Antheræ simplices.  
 Pist. Germen rotundum. Stylus corollæ brevior. Stigma acutum.  
 Peric. Bacca globosa, magna, nitida, 1-locularis, polyperma.  
 Sem. Multa, parva, subrotunda, nidulantia.  
 Nom. (*Oxytropis* *uncus*) a corollæ lacinias uncatis.

Char. Gener. Cor. infundibulif., infera: lacinias uncatis. *Bacca* *globosa*: *seminibus* *nidulantibus*.

† Sp. 1. ONCINUS COCHINCHINENSIS. a Cey Deom.  
 Differ. spec. Onc. *foliis* ovato-lanceolatis, oppositis: *corymbis* racemosis.  
 Hab. *Frutex* inermis, lignosus, scandens, 20 pedes longus. *Folia* ovato-lanceolata, integerrima, glabra, nitida, opposita. *Flos* albus, *corymbis* racemolis, longis, terminalibus. *Bacca* *globosa*, nitido-rubra, pugno maior: cortice duriusculo, fragili: pulpâ similiiter rubra, eduli, dulci, subastringente.  
 Observ. A Theophrastâ Americanâ non admodum longè recedit.  
 Habitat in sylvis Cochinchinæ.

## † GENUS XXVII. DARTUS.

## Descriptio Naturalis.

Cal. Perianthium 5-fidum, inferum: lacinias ovatis, membranaceis.  
 Cor. Monopetala: tubo sub-globofo, calyce longiore: limbo 5-fido, lacinias ovatis, patentibus.  
 Stam. Filamenta 5, filiformia, medio tubo inserta, ipso breviora. Antheræ incumbentes.  
 Pist. Germen subrotundum, sulcatum. Stylus brevissimus. Stigma 5-lobum.  
 Peric. Bacca parva, rotunda, excoriata, diaphana, 1-locularis, polyperma.

Sem. Multa, subrotunda, minima, inæqualia

Nom. ( $\Delta$ aptos excoriatus) a baccâ excoriatâ.

Char. Gener. *Cor.* campanulata, infera : *tubo* globoſo. *Bacca* exco-  
riata, polysperma.

<sup>†</sup> Sp. 1. DARTUS PERLARIUS. Cay Don.

Differ. Spec. Dar. *foliis* ovatis, ferratis : *racemis* axillaribus.

Hab. *Arbuscula* 6-pedalis : *ramis* ascendentibus : *ligno* flaccido : *ra-*  
*dice* sub-aromaticâ, rubescente. *Folia* oblongo-ovata, acuminata,  
ferrata, magna, subitus tomentosa, mollia, costis obliquis, petio-  
lis rufis, alternis. *Flos* albus, *racemis* oblongis, parvis, axilla-  
ribus.

Habitat agrestis ad flumen ripas, & loca umbrosa in Cochinchinâ.  
Perlarius alter. Rumph. Aub. l. 6. cap. 62. p. 122. tab. 57.

Virtus. Radicis : Incidens, Diuretica, appetitum excitans. Dicitur  
etiam a Rumphio prodeſſe in febribus, & maxime probari in mor-  
billis.

GENUS XXVIII. CARISSA.

Char. Gener. Contorta. *Bacce* 2, polyspermae. Lin. sy. pl. G. 318.

Sp. 1. CARISSA CARANDÁS. γ . . .

Differ. Spec. Car. *foliis* ellipticis, obtusis. Lin. sp. 1.

Hab. ; & nota. Arbor parva, 6-pedalis : *ramis* tortuosis, dichoto-  
mis, expansis : *aculeis* magnis, ramosis, apice dichotomis, rectis,  
oppofitis. *Folia* ovata, apice acuta, integerrima, glabra, oppofita,  
subpetiolata. *Flos* albus, forma, & magnitudine Jafinino Grandifloro æqualis. *Cal.* 5-partitus, inferus : foliolis subularis, ere-  
ctis. *Corolla* hippocrateiformis, tubo longo, recto, æquali : lim-  
bo 5-partito, laciniis ovatis. *Filamenta* 5, brevissima, medio tu-  
bo insiftentia : *antheris* lincaribus. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis,  
brevis. *Stigma* oblongum, emarginatum, erectum. *Bacca* sim-  
plex, ovata, glabra, 1-locularis, polysperma : *seminibus* subor-  
biculatis, imbricatis. *Flos* terminalis, pedunculis paucifloris. *Bacca*  
matura nigra, edulis, acri-dulcis.

Carandás. Garcia. Arom. l. 2. cap. 6. Rumph. Amb. Auctuar. cap. 74.  
tab. 25.

Obſerv. Planta a me deſcripta naſcitur agrestis in litore Africæ Ori-  
entalis. Eſt etiam indigena variorum Indiae locorum ; quæ adiui, ſed  
eam ibi non obſervavi. Audiui a viatoribus, qui utrobique fue-  
rant,

rant, Africanam ab Indianâ differre, sed differentiam non potuerunt clarè exponere. Suspicor descriptionem Linnæanam excerptam fuisse ex relationibus non satis accuratis; ideo non judicavi diversam speciem separare, quamvis nostra differat bacca unica, corolla hippocratiformi, nec contorta, stigmate emarginato, aculeis ramosis, nec simpliciter dichotomis, & foliis acutis. Spina spinarum Rumphii impropriè dicitur a Linnaeo Carissa spinarum; est enim Genus divertum, de quo nos in Dioccia. G. 32.

## GENUS XXIX. STRYCHNOS.

Char. Gener. Cor. 5-fida. Bacca 1-locularis, cortice lignoso. Lin. sy. pl. G. 270.

Sp. 1. STRYCHNOS NUX VOMICA. a Cey Cu chi.

Differ. spec. Stryc. foliis ovatis: caule inermi. Lin. sp. 1.

Hab. & nota. Frutex magnus, trunco arboreo, crassissimo, erecto, ramis flexuosis, longis, scandentibus, inermibus. Folia ovata, integerrima, obtusa, 5-nervia, glabra, opposita, petiolata. Flos pallidus, pedunculus lateralibus, & terminalibus: calyx 5-fido, brevi, acuto. Corolla tubulosa, magna, sub-infundibuliformis, limbo 5-fido: Staminibus 5: stigmata obtuso. Pericarpium bacca magna, globosa, furco-rubra, pulpa, cortice duro, 1-locularis, polysperma. Semina orbiculata, depressa, villosa, substantiae cornue, amarissimae, exterius coloris cinerei.

Habitat in sylvis provincie Binh Khanh, olim ad regnum Champa-vam, nunc ad Cochinchinam pertinentia.

Caniram. Reed. Malab. 1. p. 67. tab. 37. Nux Vomica officinarum. Burm. Zeyl. pag. 171.

Virtus: Radicis, & ligni, quod aliqui dicunt venum esse colubrinum, nulla mihi probata. Seminum vis convulsiva, vertiginosa, venenata, & non solum quadrupedibus, sed etiam hominibus lethifera, nisi nimis cautè administretur. Vinum, in quo ea semina semitosta infusa fuerant, dedi equo debilitate crurum laboranti, alioquin robusto, qui statim convolutionibus, & tremore crurum agitatus intra horæ quadrantem mortuus cecidit. Eadem tamen semina perfectè ad nigredinem ultra valde utilia sunt, & absque periculo dari possunt ad cohibendum fluorem album.

## GENUS XXX. IGNATIANA.

Char. Gener. Cal. 5-dentatus. Cor. Longissima. Drupa unilocularis, polysperma. Lin. Jun. sup. pl. G. 137. pag. 20.

Sp. 1.

Sp. 1. IGNATIANA PHILIPPINICA. § Ysag. a Hot d'ut gib.  
Differ. spec. Ign. folis ovatis, acutis: caule scandente: pedunculis  
axillaribus, sub-quadrifloris.

Hab; & note. *Frutex* magnus, caule arboreo: *ramis* multis, scandentibus, longissimis, inermibus. *Folia* ovata, acuta, integerima, plana, glabra, magna, venosa, opposita, petiolata. *Flos* albus, *pedunculis* sub-4-floris, lateralibus. *Corolla* infundibuliformis: tubo longissimo, reclinato: limbo patente, 5-fido, obtuso. *Filamenta* 5, tubo æqualia. *Stylus* æqualis staminibus. *Stigmata* 2-partito. *Bacca* magna, subrotunda, collo attenuata, 1-loocularis, exsucra, polysperma: cortice glaberrimo, ligneo, albicans, cucurbitæ lagenariae maturæ simili: *seminibus* trigono-ovatis, fusco-cinereis, glabris substantiae corneaæ, saporis amarissimi.

Habitat agrestis in insulis Philippinis: inde in Cochinchinam, & aliorum translatas.

Lin. Jun. sup. pl. pag. 149. Strichnos Ignatii, foliis ovatis, acutis. Berg. Mat. Med. pag. 149.

Virt. Seminum. Tonica, Incidens, Diaphoretica, Emmenagogue, Anthelmintica. Valet in apoplexiâ pituitosâ, in colicâ, & cardialgiâ, in febribus intermittentibus, in suppressione mensum, in morbi animalium, aut insectorum venenatorum. Summuntur internè 6 ad 12 grana, aquâ, vel vino contrita, quod plusquam milles expertus sum, saepius cum fælici eventu, aliquando nullo, nunquam male. Si incaute nimia dosi fumatur, vertiginem affert, & motus convulsivos: qui tamen facile curantur liberali haustu, frigidæ, cui succus limonum potest addi. Non est verum quod Lin. Jun. loco citato refert, scilicet: eandem vim venenatam actiones vitales animalium suffocandi ac nux Vomica habet, similiter habere, eademque dosi feris letiales esse. Siquidem in Cochinchinâ sepiissimè dedi, & vidi alios dare integrum nucleus, pondere unius drachmæ, aquâ vel vino tritum, bufalis, equis, bobus, suis absque ullo periculo, aut malo exitu. Verum etiam non est, quod ista semina vermis, & tempore non corruptantur; si enim diu asserventur, exesa, & perforata inveniuntur, praesertim in Indiâ, & locis humidis.

Observ. Si fructus Cucurbitæ Lagenariae non debet dici drupa, etiam Ignatianæ fructus, cuius cortex simillimus, dici non potest.

## † GENUS XXXI. RAPINIA.

## Descriptio Naturalis.

*Cal.* Perianthium 8 - partitum, inferum : laciniis subrotundis, concavis : bino ordine, exteriori breviore.

*Cor.* Monopetala, cyathiformis : tubo brevi, crasso : limbo 5 - fido, erecto : laciniis ovatis, calyce longioribus.

*Stam.* Filamenta 5, Capillaria, brevia, tubo insidentia. Antheræ bilobæ, lobis subrotundis.

*Pist.* Germen subrotundum. Stylus nullus. Stigma simplex.

*Peric.* Baccæ compreßo-rotunda, 2 - locularis, polysperma.

*Sem.* Plurima, oblonga, minuscula.

*Nom.* Rapinia dicitur ex nomine elegantis hortorum cultoris Renati Rapini.

*Char. Gener.* *Cal.* 8 - partitus, inferus. *Cor.* cyathiformis, 5 - fida. *Baccæ* 2 - locularis, polysperma.

† Sp. 1. RAPINIA HERBACEA. a. Bòn bòn tòn 44.

Differ. spec. Rap. *foliis* ovato-lanceolatis, alternis : *spicis* subterminalibus.

Hab. *Caulis* herbaceus, 2 - pedalis, simplex. *erectus*, teres, crassus : cortice rugoso. *Folia* ovato-lanceolata, integerrima, parva, alterna. *Flos* albus, sessilis : *spicis* ovato-conicis, subterminalibus.

Habitat inculta in hortis Cochinchinæ.

## GENUS XXXII. CAPSICUM.

*Char. Gener.* *Cor.* rotata. *Baccæ* exsucca. Lin. sy. pl. G. 269.

Sp. 1. CAPSICUM ANNUUM. a. ៥t tau.

Differ. spec. Cap. *caule* herbaceo : *pedunculis* solitariis. Lin. sp. 1.

Hab; & nota. *Caulis* herbaceus, annuus, 2 - pedalis, *erectus*, ramosus : ramis brevibus, ascendentibus. *Folia* ovato-lanceolata, integerrima, glabra, sparsa, obscuro-viridia. *Flos* albus, lateralis, solitarius : *corolla* rotata : *baccæ* magnæ, oblongæ, ruberrimæ, exsuccæ, polyspermæ, saporis ardentis.

Hort. Cliff. p. 59. Piper Indicum, vulgatissimum. Bauh. Pin. p. 102.

Sp. 2. CAPSIUM BACCATUM. a. ៥t tòn thi.

Differ. spec. Cap. *caule* fruticoso lèvi : *pedunculis* geminis. Lin. sp. 2.

Hab;

Hab; & nota. *Caulis* suffruticosus 3-pedalis, laevis, erectus, ramis longiusculis, sparsis, tenuibus. *Folia* lanceolata, integerrima, glabra, sparsa, parva, petiolata. *Flos* albus, rotatus, axillaris, pedunculis 1-2-floris. *Bacca* subrotunda, ruberrima, magnitudine cerasi vulgaris. *Folia* infera opposita, supera alterna.

*Capiscum minus*, rubrum. Rumph. Amb. I. 8. c. 50. pag. 248. tab. 88. f. 2.

Sp. 3. CAPSICUM FRUTESCENS. a Cay. S. a Lat. tñio.

Differ. spec. Cap. *caule* fruticolo, scabriuscule : *pedunculis* solitariis. Lin. sp. 4.

Hab; & nota. *Caulis* fruticosus, 3-pedalis, seaber : *ramis* diffusis, saepe scandentibus. *Folia* lanceolata, integerrima, undulata, parva, glabra, petiolata, alterna, & sparsa. *Flos* albus, parvus, axillaris, rotatus, 5-6-fidus. *Bacca* flavo-rubra, conica, curva, corniformis, pollicem longa, plerumque solitaria.

*Capisci* tertia, seu flava species. Rumph. Amb. I. 8. c. 50. t. 88. f. 3. Lada Chil. Bont. Jav. pag. 131.

Virtus baccharum cujuscunque speciei. Calefaciens, Incidens, stomachica. *Capiscum* in condimento salubre, crudum in ore urens, in naribus sternaturorum, in fumo suffocans. Species fruticosa, flava omnium acerrima, simulque omnium vulgarissima in utraque India. Virtus sennium capisci experientia comprobata a Cl. Bergio (Mat. Med. pag. 147.) laudatur ad evincendam pertinaciam febrium intermittentium : & si bene memini, in India utuntur illo in hunc finem, sicut etiam uti solent Pipere, Zingibere, & Sina-pi, quibus similis virtus.

Habitanit omnes istae species cultae in Cochinchinâ, & in Chinâ.

### GENUS XXXIII. SOLANUM.

Char. Gener. *Cor.* rotata. *Antheræ* subcoalitæ : apice poro gemino dehiscentes. *Bacca* 2-locularis. Lin. sy. pl. G. 268.

#### \* *Inermia*.

Sp. 1. SOLANUM VERBASCIFOLIUM. a. Cay. Chiâ bâi.

Differ. spec. Sol. *caule* inermi, fruticoso : *foliis* ovatis tomentosis : *umbellis* compositis. Lin. sp. 1.

Hab; & nota. *Urutex* caule erecto, tereti, inermi, 8-pedali : *ramis* patentibus. *Folia* ovata, acuta, integerrima, cinereo-tomentosa, alterna, petiolata. *Flos* albus, parvus, axillaris, & terminatis : racemis umbellatis. *Bacca* 2-loculares, globosæ, luteæ, dia-metro

metro semipollucari.

*Solanum maximè tomentosum*, spinis carens, Virginianum. Pluk. Alm. p. 351. tab. 316. f. 1. Aguara-quiyu. Pis. Brasil. p. 224.  
Habitat incultum in Cochinchinâ.

† Sp. 2. SOLANUM BIFLORUM. a, g Thien phao.  
Differ. spec. Sol. caule inermi, fruticoso : foliis ovatis, villosis : pedunculis geminis.  
Hab; & notæ. *Caulis* fruticosus, inermis, 3-pedalis : *ramis* diffusis.  
*Folia* ovata, sub-acuta, integerrima, utrinque villosa; alterna. *Flos* albus, lateralis : pedunculis 2-natis, 1-floris, erectis. *Galyx* rotundus, lacinii subulatis. *Bacca* parva, subrotunda, rubra.  
Habitat in Cochinchinâ, & China.

† Sp. 3. SOLANUM ALBUM. a Ca co.  
Differ. spec. Sol. caule inermi, suffruticoso : *ramis* postratis : foliis oblongis angulatis : pedunculis polyfloris.  
Hab; & notæ. *Caulis* suffruticosus, subinermis : *ramis* tortuosis, longis, procumbentibus. *Folia* oblonga, angulata, sparsa, petiolata. *Flos* albus, lateralis, pedunculis polyfloris. *Bacca* mediocris, globosa, colore viridis, albo maculata. Habitat spontaneum in Cochinchinâ.  
Trongum Agreste, Album. Rumiph. Amb. I. 8. c. 48. p. 241.  
Virtus radicis Odontalgica. *Bacca* edulis.

† Sp. 4. SOLANUM DICHOTOMUM. s Kam ngi van.  
Differ. spec. Sol. caule inermi, suffruticoso : foliis cordato-lanceolatis : pedunculis dichotomis.  
Hab; & notæ. *Caulis* suffruticosus, inermis, pilosus, diffusus, ramosus. *Folia* cordata, lanceolata, integerrima, tomentosa, alterna, petiolata. *Flos* lateralis, pedunculis dichotomis. *Bacca* parva, globosa, rubra.  
Habitat Cantone Sinarum, spontaneum.

Sp. 5. SOLANUM NIGRUM. a Cay lu lu du.  
Differ. spec. Sol. caule inermi, herbaceo : foliis ovatis, dentato-angulatis : racemis distichis, nutantibus. Lin. sp. 17.  
Hab; & notæ. *Caulis* herbaceus, annuus, inermis, teres, glaber, erectus, 3-pedalis : *ramis* patentibus. *Folia* ovata, acuta, subcrenata, tomentosa, alterna, petiolata. *Flos* albus, axillaris, umbellatis parvis, nutantibus. *Bacca* rotunda, parva, nigra. Habitat incultum in Cochinchinâ.

Burm. Ind. pag. 55. Nelen tsjunda. Rheed. Malab. 10. p. 105. tab. 75.  
R Vir-

Virtus. Refrigerans, Anodyna, Repellens. Folia externè applicata valent contra cephalgiam, haemorrhoides, paronychiam, cancrum, & ulceræ corrosiva: sed cautè utenda.

Sp. 6. SOLANUM ÆTHYOPICUM. a Cai tien.

Differ. spec. Sol. caule inermi, herbaceo: foliis ovatis, repando-angulis: pedunculis fertilibus unifloris, cernuis. Lin. sp. 18.

Hab; & note. Caulis herbaceus, inermis annuus: ramis diffusis. Folia ovato-oblonga, sinuato-repanda. Flos solitarius, violaceus: calyx, & corolla 6-fidis: staminibus 6. Baccæ sphæroidea, 6-lobata; magna, glabra edulis: in multis alba, in aliis purpurea.

Habitat in Cochinchinâ, & Chiuvâ, in horris cultum.

Pluk. Phyt. t. 226. f. 4. Bauh. Pin. p. 167. Solanum Pomiferum, fructu rotundo, striato, duro.

Sp. 7. SOLANUM MELONGENA. a Cai in. a Kle trû.

Differ. spec. Sol. caule inermi, herbaceo: foliis ovatis, tomentosis: pedunculis pendulis, incrassatis: calycibus inermibus. Lin. sp. 19.

Hab; & notæ. Caulis inermis, herbaceus, annuus, crassus, tortuosus, 2-pedalis: ramis reclinatis, plerumque inermibus, aliquando aculeatis. Folia ovata, sinuata, tomentosa, magna, pauca, sparsa: petiolis crassis, fulco-purpureis, in aliis folio concoloribus. Flos dilute violaceus, pedunculis axillaribus, incrassatis, deorsum flexis, 1-floris, sœpius solitariis, non raro 2-3-natis. Baccæ magna, nitida, 2-locularis, polysperma, edulis. Hujus sunt varietates: 1 fructu oblongo, violaceo: 2 fructu oblongo, albissimo: maiori: 3 fructu globoso, violaceo: 4 fructu globoso albo: 5, fructu globo albo, & violaceo variegato.

Habitat in Chinâ, & Cochinchinâ: imo in toto fere orbe non nimis frigido.

Trongum Hortense. Rumph. Amb. I. 6. c. 46. t. 85. Belingola. Piso. Brasil. pag. 210. Fockii fockii. Bont. Jav. pag. 123.

Observ. Solanum Insanum (Linnaei sp. 20.) non est specie diversum a Melongenâ; siquidem aculeos illius, per quos videbatur distingui, ego sœpe observavi in istâ, ex eisdem feminis, & in eodem horto nata: ita ut plantæ ejusdem omnino originis viderentur plerique inermes, aliae aculeatis seorsim, vel calycę, vel foliis, vel caule, aut ramis. Idem ante me notaverat accuratissimus Rumphius. Vide pag. 239. libro, & capite supra citatis.

Sp. 8. SOLANUM LYCOPERSICUM. a Cai tui tâng.

Differ. spec. Sol. caule inermi, herbaceo: foliis pinnatis incisis: racemis simplicib. Lin. sp. 13.

Hab;

Hab; & note. *Caulis* inermis, herbaceus, annuus, pilosus, teres, selquipedalis: rāmis pastratis. *Folia* ovato-lanceolata, pinnato-incisa, tomentosa, parva. *Flos* luteus, racemis simplicibus, sparsis. *Bacca* alba, mediocris, subrotunda, 3-loba, glabra. Habitat in Cochinchinā.

*Solanum Pomiferum*, fructu rotundo, striato, molli. Bauh. Pin. pag. 167. *Pomum amoris*. Rumph. Amb. 1. 9. c. 49. tab. 154 f. 1.

Habitat incultum in hortis, & agris Cochinchinæ.

Sp. 9. SOLANUM PERUVIANUM.  $\approx$  Cà tui vang.

Differ. spec. Sol. *caule* inermi, herbaceo: *foliis* pinnatis, incisis, tomentosis: *racemis* 2-partitis, foliosis: *baccis* subpilosis. Lin. sp. 14.

Hab; & note. *Caulis* herbaceus, inermis, diffusus, ramosus. *Folia* pinnata, incisa, tomentosa. *Flos* coloris aurei: *racemis* 2-partitis, foliosis: *antheris* sub-coalitis. *Bacca* crocea, pilosa, parva, subrotunda, compressa, 3-locularis, polyperma, edulis.

Habitat incultum in hortis Cochinchinæ.

*Lycopersicon pimpinellæ* folio. Few. Peruv. 3. p. 37. t. 25.

\*\* *Aculeata.*

Sp. 10. SOLANUM MAMMOSUM.  $\approx$  Cá ung.

Differ. spec. Sol. *caule* aculeato, herbaceo: *foliis* cordatis, angulato-lobatis, utrinque villosis, aculeatis. Lin. sp. 23.

Hab; & note. *Caulis* annuus, durus, crassus, 5-pedalis, erectus, aculeatus, tomentosus, ramosus. *Folia* (ex Solanis) maxima, subrotunda, angulato-lobata, saepe cordata, utrinque aculeata, villoso-cinerea, sparsa. *Flos* albus, pedunculis lateralibus, polyfloris. *Calyx* inermis, 5-fidus, pilosissimus. *Bacca* mediocris, rotunda, lutea, hispida.

*Solanum Indicum*, spinosum, frutescens, maximum, villosum totum, fructibus croceis. Burm. Zeyl. pag. 218: Ind. pag. 56.

Habitat agreste in Cochinchinā.

Sp. 11. SOLANUM INDICUM.  $\approx$  Cá mang gal.

Differ. spec. Sol. *caule* aculeato, fruticoso: *foliis* cuneiformibus, angulatis, subvillosis, integerrimis: *aculeis* utrinque rectis. Lin. sp. 26.

Hab; & note. *Caulis* fruticosus, aculeatus, 3-pedalis, erectus: *ramis* patentibus. *Folia* ovata, subacuta, pinnato-sinuata; utrinque aculeata. *Flos* dilute violaceus, lateralis, pedunculis polyfloris, cre-ctis: *calycibus* aculeatis. *Bacca* parva crocea, subrotunda.

*Solanum Indicum*, frutescens, spinosum, borraginis flore, fructu croceo, rotundo, minimo. Herm. Mus. Zeyl. pag. 65. Burm. Zeyl. t. 102. p. 220.

Habitat agreste in Cochinchinā.

\* Sp. 12. SOLANUM PROCUMBENS. a Cà quánh.

Differ. spec. Sol. *Caule aculeato*, suffruticoso, procumbente: *floribus* congettis, terminalibus.

Hab; & notæ. *Caulis suffruticosus*, longus, procumbens, dense aculeatus, ramosus. *Folia ovata*, 5-loba, utrinque villosa, sparsim aculeata: aculeis brevibus, curvis, acutissimis. *Flor congestus*, terminalis, albo-violaceus, parvus, pedunculatus: *calyx* 4-fido, corolla totatā 4-partitā. *Bacca minima*, rotunda, ruberrima, nitida, polysperma.

Habitat in Cochinchinā inter sepes, & in locis agrestibus.

GENUS XXXIV. PHYSALIS.

Char. Gener. *Cor. rotata*. *Stamina conniventia*. *Bacca intra calycem inflatum*, 2-locularis. Lin. sy. pl. G. 267.

Sp. 1. PHYSALIS SOMNIFERA. a γ . . .

Differ. spec. Phyl. *caule fruticoso*: *ramis rectis*: *floribus confertis*. Lin. sp. 1.

Hab; & notæ. *Caulis fruticosus*, multiplex, erectus: *ramis* subrectis, parentibus. *Folia subrotunda*, integerrima, glabra, conferta, basi obtusissimā, inaequali. *Flor confertus*, lateralis, *pedunculis* 1-floris. *Corolla campanulata*, albo-viridis, acutè 5-fida. *Bacca rubra*, subrotunda, 2-locularis, polysperma, intra calycem inflatum, 5-gonum, magnum.

Habitat agrestis in orā Africā Zanguebar: ubi eam examinavi Botanice, non Medicē.

*Solanum Somniferum* verticillatum. Bauh. Pin. p. 166. n. 7. Clus. hist. 2. p. 85.

Sp. 2. PHYSALIS ANGULATA. a tu in cā.

Differ. spec. Phyl. *ramosissima*: *ramis angulatis*, glabris: *foliis* ovatis, dentatis. Lin. sp. 9.

Hab; & notæ. *Caulis annuus*, sesquipedalis: *ramis* multis angulatis, tortuosis, diffusis, glabris. *Folia* ovata, acuminata, subferrata, rugosa, alterna. *Flor* albus, axillaris, solitarius. *Bacca* rotunda, rubra, pendula, vesicā calycis inclusa.

Alkekengi *Indicum* glabrum, capsici folio. Dill. Elth. 12. tab. II. f. II.

f. 11. Burm. Zeyl. pag. 10. Camarú. Pl. Bras. fig., pag. 223.  
Habitat spontanea in Cochinchinā.

Sp. 3. PHYSALIS PUBESCENS. a Lu Ju Joun.

Differ. spec. Phys. *ramosissima*, *foliis villoso-viscosis*: *floribus pendulis*. Lin. sp. 10.

Hab; & note. *Caulis annuus*, 1-pedalis, teres, fuscus, pubescens, ramosissimus. *Folia* basi rotunda, apice acuta, ferrato-incisa, villosa, alterna, petiolis longis. *Flos* luteo-viridis, axillaris, solitarius: *pedunculus* pendulis, nutantibus: *corolla* campanulata, leviter 5-fida: *calyx* 5-fido, acuto, erecto, baccam includente globosam, luteam, 2-locularem.

Habitat inculta in Cochinchinā.

Burm. Ind. pag. 55. Alkekengi Virginianum fructu luteo Few. Peruv. 3. pag. 5. t. 1.

Sp. 4. PHYSALIS ALKEKENGI. a Soán thiam. a Toan tsuong.

Differ. spec. Phys. *foliis geminis*, *integris*, *acutis*: *caule* herbaceo, inferne subramoso. Lin. sp. 7.

Hab; & note. *Caulis* herbaceus, sesquipedalis, erectus, teres, glaber, parum ramosus. *Folia* ovato-lanceolata, integerrima, glabra, nunc gemina, nunc sparsa. *Flos* albus, lateralis, solitarius: *pedunculus* pendulis. *Bacca* globosa, rubra, calyce vesiculari fota.

Habitat in Chinā, & Cochinchinā.

Halicacabus Indicus, minor. Rumph. Amb. I. 10. cap. 44. tab. 26. f. 1. p. 61. Solanum Vesicarium. Bauh. Pin. p. 166. n. 2.

Virtus. Totius herbae. Refrigerans, Diuretica. Similem virtutem habent præcedentes species Angulata, & Pubescens.

### G E N U S XXXV. LYCIUM.

Char. Gener. *Cor. tubulosa*, fauce clausa filamentorum barbā. *Bacca* 2-locularis, polysperma. Lin. sy. pl. G. 273.

Sp. 1. LYCIUM BARBARUM. a Kuei kí. a Ciu khí.

Differ. spec. Lyc. *foliis lanceolatis*: *calycibus* sub-bifidis. Lin. sp. 2.

Hab; & note. *Frutex* 4-pedalis, cespitosus, erectus, ramis assurgentibus: aculeis rectis, solitariis, sparsis. *Folia* lanceolata, integerrima, glabra, nunc congesta, nunc sparsa. *Flos* purpurascens, solitarius, axillaris, pedunculo longo, reflexo. *Calyx* erectus, 3-fidus: lacinia unā 2-dentata. *Corolla* infundibuliformis, 5-fida: staminibus corollæ aequalibus, ejus faucem barbā densa claudentibus. *Bacca* parva, rubra, ovata, 2-locularis, polysperma.

Habi-

Habitat Cantone Sinarum.

Virt. Baccharum in Medicinā sinensi. Tonica, Analeptica, Cephalica. Utuntur infusione in vino: etiam simplici decocto in aquā.

Jalimoides Sinense, halimi folio longiore, & angustiore. Duham. Arb. I. p. 306. tab. 121. f. 4. Burn. Ind. pag. 59. Lycium Barbarum.

<sup>†</sup> Sp. 2. LYCIUM COCHINCHINENSE. a. Cay san lat.

Differ. Spec. Lyc. *foliis* oblongis obtusis: *caule* inermi: *cymis* terminalibus.

Hab.; & notæ. *Frutex* 4-pedalis, sub-erectus, ramosus, inermis. *Folia* oblonga, obtusa, integerrima, crassa, glabra, alterna. *Flos* terminalis, albus, cymis pedunculatis. *Calyx* 5-fidus. *Corolla* tubulosa, limbo 5-fido, reflexo. *Stamina* 5, corolle subaequalia, pilis multis confita, tubum corollæ obstruentibus. *Bacca* subrotunda, 2-loclaris.

Habitat in sylvis Cochinchinæ.

### † GENUS XXXVI. ARGYREIA.

#### Descriptio Naturalis.

Cal. Perianthium 5-phylum, inferum, coloratum, permanens: foliis ovatis, concavis, pilosis, post fructificationem expansis, binis exterioribus maioribus.

Cor. Monopetala: tubo brevi, crasso, ambiente nectarium 5-crenatum: limbo 5-parrito, laciniis oblongis, plicatis, reflexis.

Stam. Filamenta 5, conniventes, limbo breviora, basi incrassata, pilosa, ori tubi affixa. Antheræ sagittatae, stantes.

Pist. Germen subrotundum. Stylus filiformis, aequalis staminibus. Stigma Capitatum, emarginatum.

Peric. Bacca subronda, exfusca, 4-loclaris, 1-sperma.

Sem. Hinc rotunda, inde angulata.

Nom. (Αργυρειος argenteus) a foliis plantæ splendorem argenteum imitantibus.

Char. Gener. Cal. 5-phillus, coloratus. Cor. 5-partita, plicata. *Bacca* 4-loclaris, 1-sperma.

<sup>†</sup> Sp. 1. ARGYREIA OBTUSIFOLIA. a. Li bæ than.

Differ. Spec. Arg. *foliis* ovatis, obtusis: *paniculis* subterminalibus.

Hab. *Caulis* fruticosus, inermis, longus, scandens, acirrhos: *ramis* paucis, *Folia* ovata, obtusa, integerrima, alterna, subtus pubescens, albicantia, splendentia, plana, petiolata. *Flos* albus, *paniculis* laxis, subterminalibus. *Bacca* exfusca, rubra.

Ha-

Habitat in Cochinchinâ per sepes scandens.  
Virtus. Subastrigens.

## † Sp. 2. ARGYREIA ACUTA. &amp; Př hō thán.

Differ. Spec. Arg. foliis ovatis, acutis: *corymbis* axillaribus.  
Hab.; & notæ. *Caulis* fruticosus, scandens. *Folia* lanceolato-ovata, integerrima, tomento-splendentia, alterna. *Flos* albus: *corymbis* lateralibus, pedunculo communis longo: filamentis corollâ brevioribus: *calyx* colorato: *corolla* laciniis plicatis.

Habitat in Sinis, a precedentibus non admodum differens.

## † Sp. 3. ARGYREIA ARBOREA. " , &amp; Truong Xu'en hōi.

Differ. Spec. Arg. caule arboreo: *foliis* rugosis: *racemis* terminalibus.

Hab.; & notæ. *Caulis* arboreus, 8-pedalis: *ramis* patentibus. *Folia* ovata, acuta, integerrima, rugosa, glabra, reflexa. *Flos* terminalis, luteus, racemosus: *calyx* 5-fido, inflato, rubro: *corolla* tubo filiformi, longiusculo: limbo 5-partito, laciniis rotundatis, plicatis. *Bacca* 4-locularis, 1-sperma, calyce permanente forta.

Habitat in sylvis, & colitur in hortis tam in Cochinchinâ, quam in Chinâ.

Virtus. Attenuans, Resolvens, Abstergens. Ufus frequentior externus in inflammatione, & tumore mammillarum, facto cataplasmate ex foliis, & radice simul contusis.

Observ. Est hujus variatio flore albo, & bacca plerumque 2-sperma.

Habitus primæ, & secundæ speciei admodum similis est Argophylli nitidi, præcipue foliis tomento sericeo albo splendentibus. Lin. Jun. sup. plant. p. 156.

## † GENUS XXXVII. CERIUM.

## Descriptio Naturalis.

Cal. Perianthium 5-partitum, inferum, persistens: laciniis subulatis, erectis.

Cor. Monopetala, campanulata, calyce vix longior: limbo suberto, 5-fido: laciniis, & fiffuris rotundatis.

Stam. Filamenta 5, subulata, erecta, tubo inherentia, corollâ longiora. Antheræ oblongæ, incumbentes.

Pist. Germen subrotundum. Stylus subulatus, æqualis staminibus. Stigma crassifuscum.

Peric. Bacca parva, globosa, locularis: loculis multis, pentagonis, regularibus, 1-spermis, versus peripheriam simplici ordine dispositis.

Sem.

Sem. Angulata, parva.

Nom. (*Kefiov favus*) a formâ pericarpii cellulis polygonis favum melis repræsentantis.Char. Gener. *Cal.* 5 - partitus, inferus. *Cor.* campanulata. *Bacca* cellulâ pentagonis monospermis.

† Sp. 1. CERIUM SPICATUM. a Cay Chât chât.

Differ. spec. *Cer. foliis polynerviis*: *spicis* terminalibus.Habitus. *Caulis* herbaceus, annuus, sequipedalis, simplex, teres, erectus: *radice* repente. *Folia* lato-lanceolata, sub-integerrima, poly nervia, glabra, alterna, petiolata. *Flos* albus, pedunculatus: *spicis* longis, simplicibus, erectis, terminalibus: *bracteis* floralibus filiformibus.

Habitat absque cultura in hortis Cochinchinæ.

Observ. Convenit cum Brunsfelsiâ Plumieri seminibus tunicae baccæ appositis: differt cellulâ pericarpii, calyce, &amp; tubo corollæ.

## GENUS XXXVIII. CERBERA.

Char. Gener. Contorta. Drupa monosperma. Lin. sy. pl. G. 319.

† Sp. 1. CERBERA SALUTARIS. a Cay Múp fác.

Differ. spec. *Cerb. foliis*, & *fructibus* ovalibus.Hab. & note. Arbor mediocris: succo lactescens: *ramis* expansis. *Folia* oblongo-ovalia, obtusa, integerrima, nitida, costis obliquis, sparsa, ad apicem ramorum conferta, subpetiolata. *Flos* albus, inodorus, racemis parvis, subterminalibus. *Calyx* 5-fidus, laciniis subulatis, longis, erectis. *Corolla* hippocrateiformis, tubo longo, curvo: limbo 5-partito, laciniis oblongis, carnosis, patentibus, nec contortis. *Filamenta* 5, medio tubo insistentia, eidem aequalia: antheris oblongis, stantibus. *Germen* ovatum, minimum. *Stylus* staminibus longior, crassus, curvatus: pressione gibbosâ tubum corollæ semper disruptus. *Stigma* turbinatum, verticaliter compressum, apice truncatum. *Pericarpium* drupa ovalis, magna, pelliculâ levi, hinc lutea, inde rubra, fructui Mangiferæ simillima: nuce fibroso-ligneâ: nucleo simplici, nec venenato.

Habitat prope maris litora in Cochinchinâ.

Lactaria Salubris. Rumph. Amb. I. 3. pag. 255. tab. 84. Arbor ista propius ad nostram accedit, quam illa ab eodem Rumphio descripta cap. 38. tab. 81., a Linneo dicta Cerbera Manghas. Et adhuc longius distat Manghas lactescens, foliis Nerii crassis. Burm. Zeyl.

p. 151. t. 70. In nostrâ quidem observavi coronam laciniatam ad os tubi a nectario Nerii non discrepantem. Drupa cerbera, nascentis ad oras freti Malacencis, ibi a me observata est semiliter ovalis, & nucleo simplici. Florem autem non vidi.

## GENUS XXXIX. TECTONA.

Clari Gener. *Stigma* dentatum. *Drupa* secca, spongiosa, intra caly-  
cem inflatum. *Nucleus* 3-locularis. Lin. Jun. sup. pl. G. 1371. p. 20.

Sp. I. TECTONA THEKA. a Cay Saa.

Differ. spec. Tect. *foliis* ovatis, oppositis: *racemis* laxis, termina-  
ibus.

Hab; & notæ. Arbor altissima: *cortice* glabro: *ramis* ascendentibus. *Folia* maxima, ovata, acuta, integerrima, bafi obliqua, costis oppositis, incurvis, crassis, superius glabra, aspera, inferius lanuginosa, opposita, petiolata. *Flos* albus, terminalis: *racemis* magnis, erectis, ordinatè divisi: *corolla* infundibuliformi, 5-partita. *Pericarpium* drupa parva, subrotunda, 3-locularis, tecta ca-  
lyce vesiculari-inflato, apice 5-fido hiante.

Habitat in vastis sylvis provinciae Dong-nai, ad confinia Cochinchinæ, & Cambodjæ.

Jarus. Rumph. Amb. I. 4. c. 13. tab. 18. Theka. Rheed. Malab. 4. p.  
57. t. 27. Quercus Indica. Bont. Jav. I. 6. c. 16. p. 151. Theka Mar-  
den. Samatr. pag. 129.

Ulis. Lignum hujus arboris est omnium optimum ad aëdificandum,  
principiè naves. Non tam venustate, quam viribus, & constantia  
pollit; nam contra teredinem, formicas albas, in Indiâ valde no-  
xias, & contra nimium humorem perstat incorruptum.

## † GENUS XL. DISSOLENA.

## Descriptio Naturalis.

Cal. Perianthium tubulosum, inferum, 5-fidum: laciniis subulatis,  
erectis.

Cor. Infundibuliformis: tubo longo, biformi: inferiori crassiore, 5-  
gono, staminifero: superiori cylindrico: limbo 5-fido, patente.

- Stam. Filamenta 5, capillaria, brevia, infra os tubi inferioris insi-  
dientia. Antheræ ovatae, erectæ.

Pist. Germen ovatum. Stylus filiformis, brevior staminibus. Stigma  
sub-ovatum, crassum, scabrum.

Peric. Drupa parva, ovata; nuce compressa scabra; nucleo Simplici.

S Nom.

Nom. ( $\Delta$ is bis, Σωλήν tubus) ob duplicem corollæ tubum.

Char. Gener. *Drupa* nuce scabriæ. *Cor.* tubus 2-formis. *Stigma* ovatum.

<sup>†</sup> Sp. 1. DISSOLENA VERTICILLATA. s. Mat sa.

Differ. spec. *Dis. foliis* oppositis, stellatisque : *racemis* terminalibus. Hab. *Arbor* parva, 8-pedalis : *ramis* patentibus. *Folia* lanceolata, integerrima, glabra, inferiora opposita, summa stellata terna, quaternaque. *Flos* albus, *racemis* subdivisis, terminalibus. *Drupula* nigra, glabra.

Habitat in provinciâ Cantonensi Sinarum.

### GENUS XLI. VARRONIA.

Char. Gener. *Cor.* 5-fida. *Drupa* nucleo 4-loculari. Lin. sy. pl. G. 279.

<sup>†</sup> Sp. 1. VARRONIA SINENSIS. s. Xīn chū Yù. s. Son chān dāu.

Differ. spec. Var. *foliis* ovato-lanceolatis, nitidis : *pedunculis* polyfloris.

Hab; & note. *Arbor* medicocris, ramis patentibus. *Folia* ovato-lanceolata, integerrima, nitida, opposita, alternaque, sub-petiolata. *Flos* albus, pedunculis polyfloris, lateralibus, & terminalibus. *Cal.* 1-phyllo, subcampanulatus, 5-fidus, brevis. *Cor.* campanulata, 1-petala, tubo brevi, crasso : limbo 5-partito. *lacinias* ovatis, patentibus, æqualibus. *Filamenta* 5, subulata, ori tubi inserta, corollæ subæqualia : antheris ovatis, incumbentibus. *Germex* ovatum. *Style* brevis. *Stigma* 4-fidum. *Drupa* parva, ovata, glabra, rubra, acida, edulis : nuculâ 4-loculari.

Habitat in variis locis imperii Sinensis.

Virtus. Druparum pulpa est in frequenti usu apud Sinenses Medicos : a quibus aestimatur sub-astringens, exïcçans, Cephalica, renes, & vesicam roborans.

### GENUS XLII. PHYTEUMA.

Char. Gener. *Cor.* rotata, lacinias linearibus, 5-partita. *Stigma* 2-3-fidum. *Capitulum* 2-3-locularis, infera. Lin. sy. pl. G. 236.

<sup>†</sup> Sp. 1. PHYTEUMA BIPINNATA. s. Tcha leang tsao.

Differ. spec. Ph. *foliis* bipinnatis, serratis : *racemis* terminalibus.

Hab;

Hab; & notæ. *Caulis* subfruticosus, erectus : *ramis* angulatis, subcatis, patentibus. *Folia* 2-pinnata, lanceolata, ferrata, venosa. *Flos* albus, racemis subdivisis, terminalibus, amplis. *Cal.* brevis, 5-fidus. *Corolla* subcampanulata, 5-fida. *Stigma* 3-fidum. *Pericarpium* inferum, perforatum, evale, turbinatum, 3-loculare, polypermum. *Stamina* 5, brevia.

Habitat in suburiis Cantonisnibus.

Observ. Corolla non est Phyteumæ propria. Pericarpium potius dicitur Baccæ, quam Capsula. Cui autem generi adcribenda, ne nomen constituant?

† Sp. 2. PHYTEUMA COCHINCHINENSIS. a. Cây thuốc mèo.

Differ. spec. Ph. *foliis* bipinnatis rugosis : *pedunculis* divaricatis.

Hab; & notæ. *Caulis* subfruticosus, suberectus, multiplex, 5-pedalis. *Folia* lanceolata, ferrata, rugosa, 2-pinnata bijuga, cum impari maiori. *Flos* albus, subterminalis, pedunculis polyfloris, divaricatis : *calyx* 5-dentato, minimo : *corolla* rotata, 5-partita, laciniis acutis. Baccæ infera, subrotunda, pertusa, parva, 1-locularis, polysperma : *seminibus* plurimis, subrotundis, minutissimis. *Stigma* non annotavi.

Habitat in montibus Cochinchinæ, ubi usu Medico indigenis satiota.

Observ. Hujus plantæ corolla, calyx, & stamina Phyteumæ converniunt: pericarpium minimè. Habitus praecedenti speciei valde proximus.

### GENUS XLIII. CAMPANULA.

Char. Gener. *corolla* campanulata, fundo clauso valvis staminiferis.

*Stigma* 3-fidum. *Capsula* infera, poris lateralibus dehiscens. Lin. sy. pl. G. 234.

† Sp. 1. CAMPANULA REPENS. a. . . .

Differ. spec. Camp. *caule* subdiviso, repente : *foliis* oblongis, carnosis : *floribus* solitariis.

Hab; & notæ. *Caulis* herbaceus, procumbens, subdivisus, ramosissimus ramusculis repentibus. *Folia* oblongo-ovata, integerrima, parva, carnofa, pilosa, opposita. *Flos* albus, sessilis, axillaris, solitarius : *calyxibus* acutis, erectis : *corollis* campanulatis, 5-fidis, parvis. *Capsula* inferæ, 3-gono-rotundæ, pilosæ, 3-loculares, 1-spermæ. *Corolla* lacinia rotundata, acuminata. *Stigma* 3-fidum.

Habitat inculta in agris Cochinchinæ.

## GENUS XLIV. MORINDA.

Char. Gener. *Flores aggregati*, monopetalii. *Stigma* 2-fidum. *Dra-*  
*pae. aggregate*. Lin. ly. pl. G. 252.

Sp. 1. MORINDA UMBELLATA. a Cay Ngé hi.  
Differ. spec. Mor. *foliis lanceolato-ovatis*: *pedunculis confertis*. Lin.  
sp. 1.

Hab; & notæ. *Caulis* arboreus, 6-pedalis, ramis patentibus. *Folia* lanceolata, integerrima, hispida, opposita, petiolata. *Flos* albus: *pedunculis confertis*, lateralibus: *corollis superis*, tubulosis, 5-fidis. *Bacca* composita, subrotunda, parva, luteolens, formata ex drupulis carnosis, 1-loclaribus, feminibus officis. *Stamina* 5.  
Habitat in sylvis Cochinchinæ.

Bancudus Angustifolia. Rumph. Amb. I. 5. c. 13. tab. 98. Ibi describitur arbor mediocris, pedunculis solitariis, in quo a nostrâ, & a Linnæunâ differt.

Ufus. Decoctum radicis præstat ad tingendas telas colore croceo permanente: rubro pariter, si lignum Sappan admisceatur.

Sp. 2. MORINDA CITRIFOLIA. a Cay Nhaú.

Differ. spec. Mor. *Arborea*: *pedunculis solitariis*. Lin. sp. 2.

Hab; & notæ. *Arbor* 8 pedes alta: *cama latissimâ*. *Folia* lanceolato-ovata, integerrima, glabra, nitida, opposita, sparfaque. *Flores* albi, aggregati, infundibuliformes, 5-fidi: *staminibus* 5: *stigmate* 2-fido. *Bacca* pedunculo solitario, oblongo-ovata, tuberculosa, succosa, luteo-iridis, graveolens, edulis, sapore ardente, composita ex drupulis inter se coalitis, monospermis.  
Habitat culta in hortis Cochinchinensis.

Bancudus Latifolia. Rumph. Amb. I. 5. c. 14. tab. 99. Arbor Conifera Macandou. Bont. Jay. I. 6. p. 97. fig. ibi.

Virtus foliorum, & fructus. Calefaciens, Emolliens, Deobstruens, Emmenagogia. In dysuriâ dolorem mitigat, & materiam morbosam per urethram expellit.

Sp. 3. MORINDA ROYOC. a Cay Ngón.

Differ. spec. Mor. procumbens. Lin. sp. 3. Cliff. p. 73.

Hab; & notæ. *Caulis* fruticosus, procumbens, tenuis, 6-pedalis: ramis brevibus. *Folia* parva, ovata, integerrima, glabra, obscure viridia, opposita. *Flos* albus, aggregatus: *pedunculis confertis*, terminalibus: *corolla* infundibuliformi, 4-fida, *staminibus* 4: *stigmate* 2-fido. *Drupule* singulæ 2-locales, 1-spermatæ, componen-

ponentes baccam parvam, subrotundam, carnosam, ggregatam, odore, & sapore Mor. Citrifoligè similem.

Habitat in Cochinchina.

Aublet. Guian. pag. 200. Periclymenum Americanum, e cuius radice fit atramentum. Pluk. Alm. 287. tab. 212. f. 4.

### GENUS XLV. NAUCLEA.

Char. Gener. Cor. infundibuliformis. Semen 1, inferum, 2 - locular. Receptaculum commune globosum. Lin. sy. pl. G. 239.

Sp. 1. NAUCLEA ORIENTALIS. C. 3. 1. 2. 3. 4. 5.

Differ. spec. Nauc. foliis oppositis. Lin. sp. 1.

Hab. & notæ. Arbor magna, trunco recto: ramis patentibus. *Folia* ovata, obtusa, integerrima, magna, glabra, petiolata, opposita, costis crassis, parallelis, curvis. *Fls* terminalis, solitarius, pedunculo longo, compositus ex flosculis plurimis flavis in globum bipollicarem aggregatis. *Cal*. communis nullus. *Perianthium* proprium carnosum, oblongum, inaequilaterum polyfidum. *Corolla* infundibuliformis, plerumque 5-fida: *staminibus* totidem brevibus. *Stylus* longissimus, undique conglobatus in capitulum magnum canescens, aureos floculos conjunctis viribus occultans. *Stigma* integrum, turbinatum, acuminatum. *Semina* solitaria, infera, oblonga, angulata, scabra, 2-3-locularia, receptaculo ovato insidentia. *Bacca* composita fit ex perianthiis floscularum carnosis, coalescentibus irregulariter in corpus globosum, lacunosum.

Habitat in sylvis planis, & prope rivos in Cochinchina.

*Bancalus* Latifolia, Arbor noctis. Rumph. Amb. l. 4. c. 47. tab. 54.

*Bancalus* mas, fave angustifolia Rumph. c. 48. tab. 55. hujus est varietas, cum inter se parum differant.

Usus. Lignum colore flavum, solidum, & pulchrum ad quælibet opera idoneum est, si intra domum servetur: sed pluviae, & acri expositum citò corruptitur.

### † GENUS XLVI. DASUS.

#### Descriptio Naturalis.

*Cal*. Perianthium tubulosum, breve, coloratum, leviter 5-fidum: lacinias obtusis.

*Cor*. Monopetala, supera, campanulata, undique pilosissima: limbo 5-fido, calyce duplo longiore.

*Stam*. Filamenta 5, brevia, basi corollæ insistentia. Antheræ bilobates, stantes.

Pist.

Pist. Germen subrotundum, calyce vestitum. Stylus filiformis corolla aequalis. Stigma 5-fidum: laciniis oblongis, erectis.

Pericarpium. Bacca calycina, compresso-rotunda, umbilicata, 1-sperma.

Sem. Sphaeroideum.

Nom. ( $\Delta \alpha \varsigma \sigma \varsigma$  hirsutus) a notabili floris hirsutie.

Char. Gener. Corolla campanulata, hirsutissima. Stigma 5-fidum. Bacca calycina, 1-sperma.

$\dagger$  Sp. 1. DASUS VERTICILLATUS.  $\alpha$  Cây Cango.

Differ. Spec. Daf. foliis lanceolatis: verticillis florum axillaribus.

Hab. Arbor mediocris: ramis expansis. Folia lanceolata, integerrima, undulata, subitus tomentosa. Flos albus, sessilis: verticillis axillaribus.

Habitat agris in Cochinchinâ.

### $\dagger$ GENUS XLVII. HELIXANTHERA.

#### Descriptio Naturalis.

Cal. Perianthium Cylindraceum, truncatum, coloratum, suffultum squamuâ ovata, carnosâ, calyci concolor.

Cor. Monopetala, supera: tubo brevi: limbo 5-partito, reflexo: laciniis oblongis, obtusis. Nectarium pentalaterum, apice 5-fidum, stylum arcte comprimens.

Stam. Filamenta 5, filiformia, fauci corollæ inherentia. Antheræ lineares, spiraliiter revolutæ.

Pist. Germen oblongum, calyce occultum. Stylus aequalis staminibus. Stigma crassifuculum.

Peric. Bacca calycina, oblongo-ovata, 1-sperma.

Sem. 1. ovatum.

Nom. ( $\Xi \lambda \iota \xi$  spira) ab antheris spiralibus.

Char. Gener. Cal. oblongus, truncatus. Cor. 5-partita. Antheræ spirales. Bacca calycina, 1-sperma.

$\dagger$  Sp. 1. HELIXANTHERA PARASITICA.  $\alpha$  Chanh cối do.

Differ. Spec. Hel. foliis lanceolatis: spicis axillaribus.

Hab. Caulis parasiticus, lignosus, longus, ramosus. Folia lanceolata, glabra, integerrima, undulata, apice reflexa. Flos coccineus,

par-

*parvus*, spicis longis, simplicibus, axillaribus. *Calyx*, & *bacca* ejusdem coloris coccinei.

Habitat, & adrepit arboribus cultis in hortis Cochinchinæ.

† GENUS XLVII. AIDIA.

*Descriptio Naturalis.*

Cal. Perianthium tubulosum, 5-dentatum, erectum.

Cor. Monopetala, supera, hippocrateriformis: tubi fauce lanosa: limbo 5-partito, lacinias lanceolatis.

Stam. Filamenta nulla. Antheræ 5, lineares, incisuris corollæ insertæ.

Pist. Germen ovatum. Stylus æqualis staminibus. Stigma ovato-oblongum.

Peric. Bacca ovata, calycina, parva, umbilicata, 1-sperma.

Sem. 1-ovatum.

Nom. (Aidios æternus) a longissimâ duratione ligni hujus arboris.

Char. Gener. Cor. hippocrateriformis, fauce lanosa. Antheræ lineares. Bacca calycina, 1-sperma.

† Sp. 1. AIDIA COCHINCHINENSIS. a Cay Tiai.

Differ. spec. Aid. foliis lanceolatis, oppositis: racemis laxis, axillaribus.

Hab. Arbor magna: ramis patentibus. Folia lanceolata, integerrima, glabra, opposita. Flos albus, racemis laxis, brevibus, axillaribus.

Ulis. Lignum illius arboris est album, & grave, ex fibris crassis compositum, nec pulchrum. Valet imprimis ad intimas ædificiorum contiguationes, & sublicios pontes struendos; nam sub terra, vel aquâ diutissime persistit indemne.

† GENUS XLIX. ANTHERURA.

*Descriptio Naturalis.*

Cal. Perianthium tubulosum, persistens: limbo brevi, 4-fido, lacinias acutis.

Cor. Monopetala, supera, rotata, 5-partita: lacinias acutis.

Stam. Filamenta 5, brevissima, fasci corollæ ipsidentia. Antheræ sagittata, stantes: apice caudato, longo, reflexo.

Pist. Germen ovatum. Stylus subulatus, corollæ longior. Stigma simplex.

Peric.

Peric. *Bacca calycina*, ovata, corticosa, 10 - sulcata, 1 - locularis,  
2 - sperma.

Sem. Hinc plana, inde convexo-ovata, 5 - sulcata, 2 - minima.

Nom. (*Ovula cauda*) propter antheras caudatas.

Char. Gener. *Cor. rotata. Antheræ caudatæ. Bacca calycina*, 2 - sperma.

† Sp. 1. ANTHONURA RUBRA. a Cayman.

Differ. spec. Anth. *foliis ovato-lanceolatis*, oppositis : *racemis paniculatis*.

Hab. *Arbuscula* 5 - pedalis : *ramis diffusis*, rubescens, rubescens, *Folia* ovato-lanceolata, integerrima, glabra, nitida, opposita, petiolis brevibus. *Flos* albus, filamentis rubris : *racemis* erectis, magnis, subdivisis, sub-terminalibus. *Bacca* parva, fusc-rostrata.

Habitat inculta, paucim obvia in Cochinchina.

*Caryophyllaster* ruber. Malaise Tsjenckutan. Kumph. Amb. I. 5. c.  
55. t. 136. *Caryophyllaster* albus (ibi) est hujus varietas.

Virtus. Resolvens, stimulans. In *Odontalgia* cum oris intumescentia efficaciter operatur, si ex foliorum decocto vapor calidus hiante ore excipiatur, qui magnam pituitæ copiam educit, dolorem, & tumorem amover, dentes roboret.

### GENUS L. COFFEA.

Char. Gener. *Cor. hippocrateriformis. Stamina supra tubum. Bacca* infusa 2 - sperma. *Semina* arillata. Liu. sy. pl. G. 247.

Sp. 1. COFFEA ARABICA. a Cayenne.

Differ. spec. Cof. *floribus* 5 - fidis : *baccis* 2 - spermis. Lin. sp. 1.

Hab. & nota. *Arbor* debilis, 8 pedes alta : *ramis* patentibus, oppositis. *Folia lanceolata*, integerrima, nitida, undulata, opposita, petiolis brevibus. *Flos* albus, axillaris, congestus, subfusilis : *calyx* 4 - dentato, minimo, deciduo : *corolla* hippocrateriformi, 5 - partita, lacinias lanceolatis. *Bacca* ovata, rubra, succosa, dulcis : *semibus* binis, arillatis.

Habitat in hortis Cochinchinæ, non indigena, sed ex alijs loco advepta.

Hort. Cliff. pag. 59. Pluken. Phyt. tab. 272. f. 1.

Virtus. Excincans, Stomachica, Cephalica. Seminum semiuistorum frequentissimus, & in deliciis habetur usus, si decoctum calidum sumatur : valetque ad somnolentiam, & dolores capitis atendos.

Coffea

Coffea usus, proprietates, & cultura bene describuntur in Encyclop. Econ. tom. 4. pag. 48.

† Sp. 2. COFFEA RACEMOSA. γ . . .

Differ. spec. Coff. *Ramosissima*: *foliis* scabris: *racemis* terminalibus. Hab; & notæ. *Arbuscula* 4 - pedalis, *ramosissima*: *ramis* diffusis, teretibus. *Folia* ovato-lanceolata, integerrima, tuberculis plurimis confita, scabra, opposita, petiolis brevibus. *Flos* superus, subterminalis: *racemis* erectis, brachiatis: *pedunculo* communi longo, 4 - gono, partialibus brevioribus, teretibus, oppositis, vel stellatis. *Bacca* infera, subrotunda, parva, rubra, aquosa, 1 - locularis, 2 - sperma: *seminibus* hemisphaericis, arillatis, fulco longitudinali notatis.

Habitat agrestis in insulâ Africanâ Mozambicco.

Observ. Coffea Occidentalis Linæi sp. 2., & Coffea Paniculata Aubletti ( Guian. pag. 152. tab. 58. ) convenient cum nostrâ in paniculâ, quam dicunt, brachiata: nostra vero ab illis differt ramis incompositis, foliis scabris, tuberculosis, & baccis rotundis, dispermis. De flore autem iudicium ferre non valeo, quia eo tempore, quo Mozambicci moratus sum mensibus scilicet Julio, Augusto, & Septembri non florebat, sed fructus adhuc recentes servabat.

† Sp. 3. Coffea ZANGUEBARIE. γ . . .

Differ. spec. Coff. *corollis* 6 - fidis: fructu angulato-nervoso. Hab; & notæ. *Arbor* parva, erecta, 6 - pedalis: *ramis* crassis, brevibus, expansis. *Folia* ovato-lanceolata, glabra, opposita. *Flos* albus, axillaris, polynatus, pedunculis brevibus, 1 - floris. *Corolla* hippocrateiformis: limbo 6 - 7 - partito. *Bacce* rubrae, oblongo-ovatae, nervis longitudinalibus angulatae, 2 - spermæ, *seminibus* arillatis, 1 - sulcatis.

Habitat in sylvis planis oræ Zanguebariae continentis Africanæ: inde que a Lusitanis delata, & in hortis culta prope Mozambicum. Odor, sapor, color baccarum omnino similis in tribus supra scriptis speciebus: feminaque in eundem usum adhibentur.

† G-E N U S LI. D Y S O D A.

*Descriptio Naturalis.*

Cal. Perianthium 5 - fidum: lacinias subulatis, erectis.

Cot. Monopetala, infundibuliformis, supera: tubo brevi: limbo ampio, reflexo, 5 - partito: lacinias 3 - fidis, acutis.

Stam. Filamenta 5, brevissima, infra os tubi. Anthærae oblongæ, in-cumbentes.

T Pelt.

Pist. Germen subrotundum, calyce vestitum. Stylus filiformis, corollæ aequalis. Stigma oblongum, villosum, 2-fidum reflexum.  
 Peric. Bacca subrotunda, calycina, parva, 1-loocularis, polysperma.  
 Sem. Plurima, ovata, minima.

Nom. (*Δισωδες foetidum*) ex ingrato plantæ odore.

Char. Gener. Cor. 5-partita: laciniis 3-fidis. *Bacca* calycina, 1-loocularis, polysperma.

† Sp. 1. DYSODA FASCICULATA. α. Mán thien hæng. β. Mán tsien yòng.  
 Differ. Spec. *Dys. foliis*, & *floribus* confertis.  
 Hab. *Caulis* fruticosus, multiplex, 2-pedalis, rectus: *ramis* ascendentes. *Folia* oblongo-ovata, integerrima, plana, minuscula, sessilia, conferta. *Flos* albus, congeftus, terminalis, & lateralis.  
 Habitat in Cochinchinâ, & Chinâ, odore ingrata, aspectu pulchra; eaque utuntur ad discriminandas hortorum areolas, prout Europæi faciunt buxo, & myrto.

### GENUS LII. STIGMANTHUS.

#### *Descriptio Naturalis.*

Cal. Perianthium 5-phylum, tubo brevi: limbo 5-partito, laciniis filiformibus, longis.

Cor. Infundibuliformis, supera: tubo longo: limbo 5-partito, laciniis ovato-oblongis, patentibus.

Stam. Filamenta 5, brevissima, infra scissuras corollæ inserta. Anthere oblongæ, reflexæ.

Pist. Germen subrotundum. Stylus filiformis, corolla longior. Stigma ovatum, sulcatum, maximum.

Peric. Bacca calycina, compressa, tuberculosa, exfusca, 1-loocularis, polysperma.

Sem. Oblonga, angulata, ossea.

Nom. *Defumprum* a magnitudine exotica stigmatis.

Observ. Affinitatem habet cum *Mussendâ*: a quâ præcipue differt pericarpio, & stigmate.

Char Gener. Cor. infundibuliformis. Stigma sulcatum, maximum. *Bacca* calycina 1-loocularis, polysperma: *seminibus* osseis.

Sp. 1. STIGMANTHUS CYMOSUS. α. Cay buón rāng.

Differ. Spec. *Stigm. scandens*: *foliis lanceolatis*: *flore cymoso*.

Hab.

Hab. *Frutex* magous, ramosus, scandens, acirrhos, inermis. *Folia* lanceolata, integerrima, glabra, opposita. *Flos* albus, Cymis vasis, axillaribus, & terminalibus.

Habitat in sylvis, & montibus Cochinchinæ.

## GENUS LIII. GARDENIA.

Char. Gener. *Bacca* infera, polysperma. *Stylus* elevatus, bilobus. *Calyx* laciniis verticalibus. Lin. sy. pl. G. 320.

† Sp. 1. GARDENIA GRANDIFLORA.  $\alpha$  Cây Deanh nam.

Differ. spec. Gard. *arborea*, *foliis* lanceolatis: *calycis* laciniis reflexo-falcatis: *baccis* oblongis.

Hab; & notæ. *Arbor* mediocris: *ramis* tortuosis, patentibus. *Folia* lanceolata, integerrima, nitida, opposita, petiolata. *Flos* albus, magnus, solitarius, sparsus, terminalis, & lateralis, gratum odorem exhalans. *Calyx* oblongus, baccatus, 6-fidus: lacinis linearibus, reflexo-falcatis, corpori floris lateraliter verticalibus. *Cor.* hippocrateriformis, tubo cylindraceo, longo: limbo 6-partito, laciniis ovatis, sub-planis. *Filamenta* nulla. *Antheræ* 6, lineares, sinibus laciniarum medio sui affixæ, extremis liberæ. *Germen* oblongum. *Stylus* clavatus, aequalis tubo. *Stroma* ovatum, magnum, solidum, 2-fidum. *Bacca* calycina, oblonga, utrinque subacute, 6-gona, 1-locularis, polysperma, pulpæ rubræ plena: *seminibus* plurimis, orbiculatis, nidulantibus: *cortice* tenui, glabro, luteo.

Habitat in Cochinchinæ prope fluvios: indeque in hortos transferatur, ob nitorem foliorum, magnitudinem, candorem, & odorem floræ estimabilis.

Observat. In hac specie stamina, laciniæ calycis, & corollæ fere semper numerantur sex, raro quinque, vel septem. *Corollam* non inveni contortam, nec *Baccam* 2-locularem. Ideoque haud ineptè transferri posset in classem Hexandriam, simul cum subsequentे Gardeniæ Floridæ, quæ illi congener prorsus videtur, quamvis hæc flore luxuriante gaudens a naturati numero partium læpius aberret. Usus. *Baccarum* recentium-pulpæ succosa, & ruberrimæ tinguntur eleganter serica.

Virtus Medica. Refrigerans, Emolliens, Ophthalmica. Prodeft in febris, præcipue hecticis, & phthisicis: in dysuriâ, scabie, oculorum rubedine, & inflammatione. Ut solent decocto fructus exsiccati simul cum seminibus, & excorticati.

Sp. 2. GARDENIA FLORIDA.  $\beta$  Cây tsù.  $\alpha$  Cây Deanh tàu. Lin. sy. pl. sp. 1.

Differ. spec. Gard. *fruticosa*, *foliis ovatis*, *acuminatis*: *stole multipli-  
cato*: *calycis lacinia rectis*: *baccis ovatis*.

Hab; & notæ. *Caulis fruticosus*, *multiplex*, *lignosus*, *erectus*, *5-  
pedalis*, *ramosissimus*. *Folia ovalia*, *acuminata*, *integerrima*, *par-  
va*, *nitida*, *opposita*, *sparsaque*, *petiolis brevibus*. *Flos albus*,  
*odorifer*, *terminalis*, & *iparsus*, *pedunculis monofloris*: *corollis*  
*semper multiplicatis*, *ordinibus binis*, *terniſe*: *lacinia singuli  
ordnis plerunque 6*, ſepe etiam *5, 7, 8*: *staminibus*, & *calycis*  
*lacinia totidem*, quo corolla: *Bacca ovata*, *utrinque subacuta*,  
*precedente specie duplo minor*: *pulpæ ſimiliter rubra*, *succoſa*.  
*Monolocularem semper obſervavi*, niſi forte pellicula tenuis loculos  
*dividens*, obſervantis viſum effugit. *Lacinia calycis verticaleſ*, en-  
ſiformes, erectæ. *Baccarum uſus*, & *virtus ut preecedentis*.

Habitat tam in Chinâ, quam in Cochinchinâ.

Catsjopiri. Rumph. Amb. Auët. c. 35. tab. 14. f. 2. Ubi corollam deſ-  
cribit tribus ordinibus multiplicatam, singulo ordine 6-petalo, ſeu  
6-partito: proindeque staminibus 6, cum haec ratione ſitus ſem-  
per laciniarum numerum ſequantur.

Pluknet. Amalth. pag. 29. *Arbuscula Sinensis*, *Myrti maioris folio*,  
*væſculo ſeminali hexagono*, ad singulos angulos alia foliaceis mu-  
nito, que porreſtæ væſculi coronam eſſormant, *Um ki Sinensis* bus  
dicta. Idem Amalth. p. 212. *Um ki*, alias *Unuy*, cuius fructus  
ad tingendum colorē eſcarlatinum iſſervit, florem fert roſa-  
ceum, album 6-petalum. t. 448. f. 4.

Thunb. Japon. p. 108, 109. *Gadenia Florida*. *Bacca 1-locularis*. Co-  
rolla ſepe plena, antheris plerunque 6, calyce, & limbo corol-  
lae 6-partitis.

† Sp. 3. GARDENIA VOLUBILIS. & Xang loo thao.

Differ. spec. Gard. *caule volubili*: *pedunculis polyfloris*.

Hab; & notæ. *Caulis fruticosus*, *volubilis*, *inermis*, *longus*. *Folia*  
*lanceolata*, *acumine longo*, *integerrima*, *glabra*, *oppoſita*, *petio-  
lis brevibus*. *Flos pallidus*, *axillaris*, *pedunculis longis*, *subdiviſis*.  
*Calyx baccatus*, *5-fidus*: *lacinia acutis erectis*. *Corolla infundibu-  
liformis*: *tubus in medio incrassatus*, ibi *stamina 5* ſuſtinentis: *lim-  
bus patens*, *5-partitus*, *lacinia longis*, *repandis*. *Stylus* ſupra me-  
diū *vaginatus* ab ſtigmate crallo, *verrucoſo*, *colorato*: inde egre-  
diens in ſubulatum definiens. *Bacca infera*, *parva*, *subrotunda*, *2-  
locularis*, *polysperma*: *ſeminibus paucis*, *rotundis*.

Habitat inculta apud Sinas, extra ſuburbia Cantonienſia.

## GENUS LIV. GENIPA.

Char. Gener. *Cor.* rotata. *Stigma* clavatum. *Bacca* 2-locularis. *Sem.* nidulantia, cordata. Lin. sy. pl. G. 271.

† Sp. 1. GENIPA BUFFALINA. a Cay Gang tlau.

Differ. spec. Gen. *foliis* fasciculatis ovatis, glabris : *floribus* sparsis. Hab ; & notæ. *Arbor* 9-pedalis : *ramis* patentibus : *aculeis* longis, rectis, oppositis. *Folia* ovata, integerrima, glabra, plana, dura, fasciculata : petiolo communi brevi, proprio subbullo. *Flos* albus, sparsus, solitarius : *calyx* baccato, 5-fido, lacinias rotundatis, planis. *Corolla* rotata, limbo plano, 5-fido. *Bacca* subrotunda, exfusca, coronata, diametri pollicaris, fusco-lutea, 2-locularis, polysperma. *Filamenta* vix ulla. *Anteræ* 5, oblongæ ori tubi adnatae, limbo adjacentes. *Stigma* ovatum, 2-fidum.

Habitat agrestis in Cochinchina.

† Sp. 2. GENIPA ESCULENTA. a Cay Gang com.

Differ. spec. Gen. *foliis* fasciculatis, ovatis, pilosis : *floribus* congestis. Hab ; & notæ. *Arbor* parva, caule rectissimo, simplicissimo, 6-pedali. *Folia* ovata, integerrima, pilosa, parva, fasciculis oppositis. *Aculei* longi, recti, oppositi. *Flos* albo-viridis, lateralis, polynatus. *Corolla* rotata, 5-fida, lacinias oblongis, acuminatis. *Calyx* baccatus, acutè 5-fidus. *Stigma* oblongum, emarginatum. *Bacca* subrotunda, carnosa, ceraso aequalis, edulis, coronata, 1-locularis, polysperma. *Anteræ* 5, lineares, sessiles.

Habitat inulta in Cochinchinâ.

† Sp. 3. GENIPA ? FLAVA. a Uit thau cay.

Differ. spec. Gen. *foliis* lato-lanceolatis : *flore* solitario, terminali. Hab ; & notæ. *Frutex* erectus, 5-pedalis, ramosissimus : *aculeis* sparsis, paucis, rectis. *Folia* lato-lanceolata, integerrima, glabra opposita. *Flos* luteus, solitarius, terminalis : *corolla* rotata, 5-fida, crassa, sub-pilosa : *staminibus* 5, brevibus : *stigmate* subrotundo, magno, angulato, sessili. *Pericarpium* non vidi.

Habitat Cantone Sinarum.

## GENUS LV. LONICERA.

Char. Gener. *Cor.* 1-petala irregularis. *Bacca* polysperma, 2-locularis, infera. Lin. sy. pl. G. 250.

Sp. 1.

Sp. 1. LONICERA PERICLYMENUM. à Gin tūm. & Kim ngān tū. Differ. spec. Lon. *capitulis* ovatis, imbricatis, terminalibus : *foliis* omnibus distinctis. Lin. sp. 4.

Hab ; & note. *Caulis* fruticosus, teres, volubilis, ramosus. *Folia* ovata, sub-acuta, cordata aliqua, inferius pubescens, opposita, nec perfoliata. *Flos* albo-luteus, subterminalis, capitulis imbricatis, inaequalibus. *Corolla* bilabiata, tubo tenui. *Bacca* 2-locularis, infera, polysperma.

Habitat in multis locis imperii Sinensis, inculta.

Virtus, imprimis florum. Resolvens, Diuretica, Mundificans.

Periclymenum Indicum, flore flavescens. Tournef. Inst. pag. 609.

Periclymenum non perfoliatum Germanicum. Bauh. Pin. p. 302.

Caprifolium Com. Honeyfuckle. Hill. Brit. herb. p. 516. l. 73. f. 3.

Sp. 2. LONICERA XYLOSTEUM. à Deei buom buom : Kim ngān hoa. Differ. spec. Lon. *pedunculis* 2-floris : *baccis* distinctis : *foliis* integrerrimis, pubescentibus. Lin. sp. 7.

Hab ; & note. *Frutex* inermis, scandens, acirrhous, ramis multis. *Folia* ovata, integrerrima, pubescens, parva, opposita. *Flos* albus, axillaris, pedunculis bifloris. *Corolla* tubo longissimo : limbo oblongo, 2-partito, lacinia altera leviter 4-fida, altera integrerrima, tenuiori. *Bacca* distincta, subrotundata, rubra.

Habitat scandens per sepes, & dumeta in Cochinchinā.

Chamæcerasus dumetorum, fructu gemino, rubro. Bauh. Pin. p. 451. n. 4. Lonicera pedunculis 2-floris, foliis ovatis, obtusis, integris. Hort. Cliff. pag. 58.

Virtus, Creditur ab indigenis eadem, quæ praecedentis speciei : mihi vero non probata.

#### + GENUS LXI. OXICEROS.

##### Descriptio Naturalis.

Cal. Perianthium 5-dentatum, erectum.

Cor. Hippocrateiformis, supera : tubus calyce duplo longior : limbus 5-fidus, amplius, lacinias ovatis, parum reflexis, æqualibus.

Stam. Filamenta subnulla. Antheræ 5, filiformes, 3-loculares, longæ, ori tubi insistentes, per limbum expansæ.

Pist. Germen subrotundum, calyce clausum. Stylus æqualis tubo. Stigma ovato-oblongum, polysulcata.

Peric. Bacca calycina, subrotunda, parva, coronata, 2-locularis, polysperma.

Sem. pauca, subrotunda.

Nom.

Nom. (*Oξύς acutus : Κέρας cornu*) ex aculeis plantæ corniformibus, acutissimis.

Charact. Gener. *Cor.* hippocrateriformis, supera. *Antherae* filiformes. *Bacca* 2 - locularis, polysperma.

† Sp. 1. OXYCEROS HORRIDA. ✱ Cây Uút o: Cây Mo tió.

Differ. spec. *Ox. ramis* reclinatis : *racemis* trichotomis.

Hab. *Frutex* 8 - pedalis, caule lignoso, suberecto : *ramis* longis, reclinatis : ramusculis plurimis, brevibus, cruciatim brachiatis : *aculeis* magnis, oppositis, corniformibus, acutissimis. *Folia* ovato-lanceolata, integerrima, glabra, opposita. *Flos* albus, *racemis* trichotomis, sub-terminalibus. *Bacca* nigra, inutilis.

Habitat in sylvis Cochinchinæ.

† Sp. 2. OXYCEROS SINENSIS. ✱ Cai tsoi lăc.

Differ. spec. *Ox. foliis* lanceolatis nervosis : *racemis* brevibus, terminalibus.

Hab; & note. *Frutex* 5 - pedalis, erectus, ramosissimus : *aculeis* multis, brevibus, acutis, obliquis. *Folia* lanceolata, integerrima, nervosa, glabra, opposita. *Flos* albus, terminalis, *racemis* brevibus. *Corolla* hippocrateriformis, tubo longo : limbo 5 - fido, plano. *Filamenta* 5, brevissima ad os tubi : *Antherae* linearibus. *Stigma* ovatum, 2 - fidum. *Bacca* calycina, parva, coronata, subrotunda, 2 - locularis, polysperma.

Habitat agrestis circa Cantonem Sinarum.

### GENUS LVII. MUSSÆNDÆ NDA.

Char. Gener. *Cor.* infundibuliformis. *Stigmata* 2, crassissima. *Bacca* oblonga, infera. *Sem.* quadrifariam disposita. Lin. sp. pl. G. 257.

Sp. 1. MUSSÆNDÆ FRONDOSA. ✱ Cây buóm bắc.

Differ. spec. *Muf. paniculâ* foliis coloratis. Lin. sp. 1.

Hab; & note. *Frutex* lignosus, magnus, scandens, acirrus, inermis : ramis multis longis, sparsis. *Folia* ovato-lanceolata, integerrima, rugosa, pilosa, subsessilia, opposita. *Flos* aureus, cymis magnis, patentibus, terminalibus : *bracteis* magnis, ovatis, nervosis, albissimis, petiolatis, singularium baccharum calycinarum lateri infestibus. *Cal.* tubulosus, 5 - partitus, laciniis tubulatis, pilosus, erectus. *Cor.* infundibuliformis, supera : tubo longo : limbo brevi,

5 - par-

5 - partito, lacinis acutis, caudatis. *Filamenta* 5, brevia, medio tubo insidentia: *antheris* filiformibus, erectis. *Stylus* corollæ equalis. *Stigmata* 2, lanceolata, erecta. *Bacca* ovato-oblonga, bilocularis, polysperma: *seminibus* multis, subrotundis.

Habitat frequens, per dumeta scandens in Cochinchinâ.

Folium Principissæ. Rumph. Amb. 1. 6. cap. 56. t. 51. *Mussænda Zeylanica*, flore rubro. Burm. Zeyl. pag. 165. t. 76.

Obſerv. Utraque figura, & descriptio Burmanni, & Rumphii in multis conuenit cum noſtrâ, ſed non in omnibus, nec illi etiam inter ſe pro rorſus conueniunt, quod potius varietati, quam specificæ di veriſitati tribuendum. In planta Cochinchinensi nullum odorem notavi: magnam vero pulchritudinem in candore ſingulare bractearum floribus aureis immixto; quodque ipſamet bracteæ, non pedunculis, ſed fructui inhærent, quod alibi non vidi.

Virtus. Florum imprimis. Attenuans, Diuretica. Convenit in Tufi, Asthmate, Febribus periodicis, Tumore ventris. Externè abſtergit ulcera ſordida, impetigines, ſcabiem, maculas cutaneas.

+ Sp. 2. MUSSÆNDÆ CHINENSIS. *æ* Xian xie lau.

Differ. ſpec. Muſ. foliis fasciculatis: floribus ſolitariis.

Hab; & notæ. *Arbuscula* ramis diffuſis, inermibus. *Folia* lanceolata, integerrima, glabra, congefta. *Flos* terminalis ſolitarius: *calyx* baccato, 5 - partito, lacinis lanceolatis. *Bacca* ovata, coronata, pallida, 4 - locularis, polysperma: *seminibus* multis, subreniformibus, oſſeis. Corolla infundibulif., 5 - fida.

Habitat inculta in suburbis Cantonienibus.

### † GENUS LVIII. TRIPHASIA.

#### Descriptio Naturalis.

Cal. Perianthum 3 - dentatum, inferum, breve periftens.

Cor. Campanulata, petala 3, oblonga, inferius in tubum rectum curvata, ſuperius parum reflexa.

Stam. Filamenta 5, ſubulata, plana, corollæ breviora, receptaculo inhærentia. Anthere totidem, ovatæ.

Pift. Germen ovato-oblongum. Stylus crassus, longior staminibus. Stigma obtuse trigonum.

Peric. Bacca ovata, 1 - locularis.

Sem. 1, ovatum.

Nom. (*Tripasios* triplex) a formâ ternariâ foliorum, corollæ, & calycis iſtius plantæ.

Char.

Char. Gener. *Cor. petala 3*, campanulata. *Cal. 3-dentatus. Bacca supera*, 1-sperma.

Sp. 1. TRIPHASIA AURANTIOLA. a Kim Kuit. & . . .

Differ. Spec. Triph. *foliis ternatis : floribus solitariis.*

Hab. *Arbuscula 5-pedalis : ramis plurimis, patentibus, tortuosis, subdivisis. Folia ternata, foliolis ovatis, emarginatis, planis, glabris, parvis, odoriferis, coloris fusco-viridis. Aculei axillares, recti, acutissimi, foliolis breviores. Flos albus, axillaris, solitarius, petalis crassiusculis. Bacca rubra, ovata, Coffea similis, duplo minor, pellicula corticea tenui : pulpam viscosam, dulci, eduli, inodora : semine unico, ovato.*

Habitat in Cochinchinâ, & Chinâ: coliturque in viridariis magnatum ob odorem, & formâ elegantiam; nam rami, licet lignosi, facile ductiles quamcunque velis, admittunt, & servant.

Observ. Linn. sy. pl. tom. 3. p. 585, & alibi plantam istam Citro adscribit, vocatque Citrum Trifoliatum. Proculdubio Celeb. Vir florem non vidit, qui a Citro prorsus adhorret. Puto, quod vulgare nomen Aurantiola, simulque aromaticus odor filiorum deceptioni ansam dederit. Eadem indicatur nomine Japonico Karatara banna a Kämpferio (Amæn. p. 801. fig. p. 802.) & novissime a Thunbergio. Fl. Jap. p. 294. Unde dicendum est Clar. Viros vel florem non examinalle, vel diversas flore plantas eodem prorsus habitu (nec vulgari) gaudere.

### + GENUS LIX. BOTRIA.

#### Descriptio Naturalis.

*Cal. Perianthium campanulatum, 5-crenatum, breve.*

*Cor. Petala 5, acuta, carnosâ, erecta, apice inflexa, infera.*

*Stam. Filamenta 5, plana, erecta, corollâ breviora, basi petalorum insistentia. Anthereæ ovatae, stantes.*

*Pist. Germen subrotundum. Stylus o. Stigma concavum.*

*Peric. Bacca rotunda, aquosa, 1-locularis, 1-sperma.*

*Sem. ovatum, sub-compressum.*

Nom. (*Botrus uvæ racemos*) ob fructificationem racemis uvarum similem, habitumque non longe a Vite discrepantem.

Char. Gener. *Cor. Petala 5, subinflexa. Cal. 5-crenatus. Bacca supera*, 1-sperma.

† Sp. 1. BOTRIA AFRICANA. γ Musariba.

Differ. spec. Bot. *foliis lobatis*: *racemis lateralibus*.

Hab. *Frutex* mediocris, multiplex, monosus, scandens: *radice* tereti, longa, rugosa, lutescente. *Folia* cordata, 3-5-loba, obusa, venosa, crenata, tomentosa, sparsa, petiolis longis. *Flos* rubescens, parvus, sub-clausus, racemis subdivisis, brevibus: *pedunculo* communis longo, cirrhoso, cirrhis 2-partitis. *Bacca* nigra, aquosa, edulis, dulcis, uva similis.

Habitat agrestis prope litora ore Zanguebariae in Africa.

Virtus. Resolvens, Diuretica. Decoctum radicis (quod non probavi) dicitur efficax contra pleuritidem, inflammationes, & apostemata.

Observ. Haec planta appellari solet ab incolis Lusitanis *Parreira brava*, quo nomine etiam dignoscitur alia planta Brasiliana, a Linnaeo dicta Cissampelos Pareira: sed flos Africanus a me attente examinatus ab Americano valde differt; ideoque diverso Generi, & Classi adscribendus.

### † GENUS LX. PENTALOBA.

#### *Descriptio Naturalis.*

Cal. Perianthium 5-phylum: foliolis lanceolatis, pilosis, erectis.

Cor. Campanulato-clausa, infera: petalis 5, lanceolatis, apice subreflexis. Nectarium 5-dentatum, erectum.

Stam. Filamenta 5, filiformia, planiuscula, incisuris nectatii insistentia, corollae subaequalia. Antherae ovatae, stantes.

Pist. Germen subrotundum, 5-sulcatum, pilosum. Stylus brevis, crassus, pilosus. Stigma simplex.

Peric. Bacca subrotunda, 5-loba, 1-locularis, 5-sperma.

Sem. 5, ovata.

Nom. a lobis 5, quibus bacca figuratur.

Char. Gener. Cor. campanulata, 5-petala. Cal. 5-phillus. Bacca supera, 5-sperma.

† Sp. 1. PENTALOBA SESSILIS. α Cây Cuồng tía.

Differ. spec. Pent. *foliis lanceolatis*: *floribus* congestis, sessilibus.

Hab. Arbor mediocris: *ramis* ascendentibus. *Folia* lanceolata, leviter ferrata, glabra, alterna. *Flos* pallidus, sessilis, congestus.

Habitat inculta in montibus Cochinchinæ.

## GENUS LXI. VITIS.

Char. Gener. *Petala* apice cohaerentia, emarcida. *Bacca* 5-sperma, supera. Lin. sy. pl. G. 305.

Sp. 1. VITIS VINIFERA. s 紫 葡 萄. & Cây Nho tím. Bò dao.

Differ. spec. Vit. *foliis* lobatis, sinuatis, nudis. Lin. sp. 1.

Hab; & nota. *Caulis* Fruticosus, crassus, scandens, ramis longissimis, cirrhosis. *Folia* sinuato-lobata, serrata, glabra, alterna. *Flos* albus, minusculus, lateralis, racemis magnis.

Habitat in Chiñā: inde delata colitur raro in Cochinchinā.

Matthiol. in Diosc. I. 5. c. 1. Bauh. Pin. p. 299. n. 1.

Sp. 2. VITIS INDICA. & Nho rừng, nhện lá.

Differ. spec. Vit. *foliis* cordatis, dentatis, subtus villosis: *cirrhis* racemiferis. Lin. sp. 2.

Hab; & nota. *Caulis* fruticosus, mediocris, ramosus, scandens: cirrhis racemiferis. *Folia* cordata, ovata, acuta, dentata, subtus pubescentia, alterna, petiolis rubescens. *Flos* albus, viniferae similis, aequalisque: *racemis* parvis, lateralibus. *Bacca* rotunda, fulvo-viridis, parva, aquosa, acida, edulis.

Habitat inculta, scandens per sepes in Cochinchinā.

Scembra Valli. Rheed. Malab. 7. pag. II. tab. 6. Burm. Indiæ. pag. 62.

Sp. 3. VITIS LABRUSCA. & Nho rừng, chia lá.

Differ. spec. Vit. *foliis* cordatis, sub-trilobis, dentatis, subtus tomentosis. Lin. sp. 3.

Hab; & nota. *Caulis* fruticosus, longissimus, tenuis, ramulosus, cirrhis scandens. *Folia* subtriloba, integraque, ferrato-dentata, tomentosa, aspera, alterna, petiolis longis. *Flos* minusculus, pallidus, racemis brevibus, lateralibus. *Bacca* rotunda, nigra, acida, edulis. Habitat in sylvis provincialium Australium Cochinchinæ, prope Cambodiam.

Labrusca Molucca. Rumph. Amb. I. 9. c. 67. tab. 167. Vitis Labrusca. Pluk. Phyt. tab. 249. f. 1.

Ufus. Ex hujus; & præcedentis speciei baccis fermentatis destillatur spiritus vini sat bonus, nec odore, aut sapore ingratus.

## † GENUS LXII. CALISPERMUM.

## Descriptio Naturalis.

Cal. Perianthium 5-fidum, patens, minimum, persistens laciniis acutis.  
 Cor. infera, petala 5, ovata, concava, patentia.  
 Stam. Filamenta 5, petalis inserta, corollæ æqualia. Antheræ subrotundæ.  
 Pist. Germen subrotundum. Stylus filiformis, longior staminibus. Stigma crassifuculum.  
 Peric. Bacca subrotunda, succulenta, 1-locularis, polysperma.  
 Sem. subrotunda, minima, ad perepheriam nidulantia.  
 Nom. (*Kαλισ* nidus, *σπέρμα* semen) a seminibus nidulantibus.

Char. Gener. Cor. petala 5, ovata, infera. *Stamina* petalis inserta.  
*Bacca* 1-locularis: seminibus nidulantibus.

† Sp. 1. CALISPERMUM SCANDENS. s. Bo gie deei.  
 Differ. spec. Cal. *foliis* ovato-lanceolatis, crenatis: *spicis* subterminalibus.  
 Hab. *Frutex* lignosus, scandens, longus, ramosus, inermis. *Folia* ovato-lanceolata, crenata, glabra, alterna. *Flor* albus, racemis multis, oblongis, simplicibus, subterminalibus.  
 Habitat in sylvis Cochinchinæ.

## GENUS LXIII. EVONYMUS.

Char. Gener. Cor. 5-petala. *Capsula* 5-gona, 5-locularis, 5-valvis, colorata. *Semina* calyprata. Lin. sy. pl. G. 291.

† Sp. 1. EVONYMUS CHINENSIS. s. Kám qúa.  
 Differ. spec. Evon. *caule* scandente: *foliis* 3-lobis: pedunculis polyfloris.  
 Hab; & note. *Caulis* herbaceus, longus, cirrhis scandens. *Folia* cordata, 3-loba, medio acuto, lateralibus obtusis, denticulata, aspera. *Flor* albus, pedunculis polyfloris, lateralibus: *calyce* 5-fido, patentia. *Corolla* petala 5, oblongo-ovata, patentia, calyce longioria. *Stamina* 5. *Bacca* supera, ovata, utrinque subattenuata, 10-gona, 1-locularis, polysperma evalvis: *seminibus* ovatis, compressis, calypræ succosa vestitis.  
 Habitat incultus extra suburbia Cantoniensiæ in China.

Observe.

Observe. Evonymo non satis convenire agnosco: si aptiorem locum invenias, et transferas.

## † GENUS LXIV. TRALLIANA.

## Descriptio Naturalis.

Cal. Perianthium 5 - phylum, inferum, persistens: foliolis brevibus; rotundatis.

Cor. Petala 5, oblonga, patentia, reflexa, calyce longiora. Nectarium magnum, erectum, 10 - crenatum.

Stam. Filamenta 5, brevia, receptaculo insidentia. Antheræ biloculares, subrotundæ.

Pist. Germen subrotundum. Stylus æqualis staminibus. Stigma?

Peric. Baccæ subrotunda, 2 - locularis, 2 - sperma.

Sem. intus angulata, exterius rotundata.

Nom. ab antiquo Physicæ indagatore Alexandro Tralliano.

Char. Gener. Petala 5, oblonga, reflexa. Cal. 5 - phyllus inferus. Baccæ 2 - locularis, 2 - sperma.

## † Sp. 1. TRALLIANA SCANDENS. &amp; Gay ric.

Differ. spec. Tral. foliis cordatis, crenatis: flore dichotomo.

Hab. Caulis fruticosus, multiplex, longus, scandens, inermis: ramis multis, geniculatis. Folia cordata, subrotunda, acuminata, glabra, alterna. Flos albo-viridis, racemis dichotomis, lateralibus, pedunculo communi longo.

Habitat, & scandit quascunque arbores obvias in Cochinchina.

## GENUS LXV. RHAMNUS.

Char. Gener. Cal. tubulosus: squamis stamina munientibus. Cor. nulla. Baccæ. Lin. sp. pl. G. 284.

## Sp. 1. RHAMNUS Jujuba. &amp; Tü tsao. &amp; Daj tso.

Differ. spec. Rh. neuleis solitaria, recurvis pedunculis aggregatis: floribus semidigynis: foliis retulatis, subfuscis tomentosis. Lin. sp. 27.

Hab. & nota. Arbor mediocris, rami tortuosis, patentibus: aculeis recurvis, plerumque solitariis. Folia ovata, integrerrima, 3 - nervia, subfuscis tomentosa, alterna. Flos pallidus, axillaris, pedunculis aggregatis, brevibus. Drupa mediocris, ovata, rubra, dulcis, edulis.

Habitat culta in Ghina, & Cochinchina.

Virtus. Edulcorans, Refrigerans, Pectoralis.  
Malus indica. Acoft. Arom. cap. 51. Rumph. Amb. I. 2. c. 44. tab. 36.

Sp. 2. RHAMNUS ZIZYPHUS. & Hōng tāo, & Hán tāo.  
Differ. spec. Rh. *aculeis* geminatis, altero recurvo : *floribus* digynis :  
*foliis* ovato-oblongis. Lin. sp. 23.

Hab ; & nota. Arbor mediocris, ramis tortuosis, subpatentibus : *aculeis* plurimis, longis, rectis, sub-solitariis. *Folia* oblongo-ovata, ferrata, 3-nervia, utrinque glabra. *Flos* albo-viridis, axillaris, pedunculis brevibus, plerumque monofloris. *Calyx* corollinus, rotatus, 5-fidus. *Stamina* 5, squamis totidem munita. *Stigmata* 2, sessilia. *Drupa* mediocris, ovato-oblonga, fuscocincta, carnosâ : nuculâ oblongâ, 2-loculari.

Obsrv. Pedunculi 1-flori, nec corymbosi, floresque digyni ad Zizyphum pertinent. Folia ferrata Napece conformantur. Aculei omnes recti neutri convenientur.

Habitat in Cochinchina, & Cantone Sinarum, ubi drupæ sapore acridulces prostant in foro veniales tempore autumnali.

Rh. Zizyphus. Thunb. Jap. p. 95.

† Sp. 3. RHAMNUS SOPORIFER. & Soán tāo, & Toán tāo.  
Differ. spec. Rh. *aculeis* sparsis : *foliis* lanceolatis, i-nerviis : *floribus* solitariis.

Hab ; & nota. Arbor parva, carnis, & ramis tortuosis : *aculeis* rectis, solitariis, sparsis. *Folia* lanceolata, integerrima, parva, i-nervia, alterna, oppositaque. *Flos* subalbus, axillaris, solitarius. *Drupa* subrotunda, parva, rubra, 1-sperma. Florem recentem non vidi.

Habitat in provinciis Borealibus Sinarum.

Virtus. Hypnotica, Parægorica. Ut solent nucleis exorticatis, & diu coctis. Somnum leniter conciliat, dolores mitigat, fluxum feminis colubra, viscerum roborat.

Obsrv. Rumphius Amb. I. 2. cap. 45. tab. 37, loquens de Vîdârâ Litorâ, quam Linnaeus putat esse Rhamnum Napecam, dicit ejus nucleos caput, & ventrem commovere. at arbuscula nostra, quæ habitu Rumphianæ assimilatur, nucleis suis utrinque fedat, prout Medici Sinenses frequenti usi expertum habent.

† Sp. 4. RHAMNUS AGRESTIS. & Cây Ngu mèo.  
Differ. spec. Rh. *aculeis* geminis, rectis : *foliis* oblongis : *floribus* racemosis.

Hab ; & nota. Arbuscula agrestis, ramis patentibus : *aculeis* geminis, rectis, brevibus. *Folia* ovato-oblonga, integerrima, alterna, glabra.

*glabra. Fls. pedunculis racemosis: calyx, 5-fido: corolla nullâ. Stamina 5, villis multis circumdata. Stigmata 3, sessilia. Drupa minima, globosa, rubra, edulis: nucula 3-loculari.*

Sp. 5. RHAMNUS LINEATUS. *a* Cây ráo río. *a* Chè lâm.

Differ. spec. Rh. *inermis*, *floribus hermaphroditis*: *foliis ovatis*, *lineatis*, *repandis*, *sabutus reticulatis*. Lin. sp. 15.

Hab; & note. *Caulis fruticosus*, *multiplex*, *teres*, *æqualissimus*, *glaber*, *nitidus*, *ramosus*, *8-pedalis*, *procumbens*: *æqualeis* *multis*, *sparsis*, *solitariis*, *rectis*, *brevibus*. *Folia* *ovata*, *sub-crenata*, *plana*, *parva*, *glabra*, *alterna*, *striata* *lineis multis*, *obliquis*, *parallelis*. *Fls* *albus*, *minutulus*, *pedunculis* *polyfloris*, *sub-terminalibus*. *Cal.* 1-phyllo, 5-dentatus, minimus. *Cor.* *infera* *petala* 10, *lanceolata*, *æqualia*, *erecta*, *interiora* 5 *amplectentia* *stamina*. *Filamenta* 5, *subulata*, *longitudine* *corollæ*: *antheris* *nutantibus*. *Germen* *ovatum*, *scabrum*. *Style* *filiformis*, *æqualis* *staminibus*: *stigmae* *crassiusculo*, *concavo*. *Drupa* *parva* *oblongo-ovata*, *scabra*, *rubra*: *nucula* *oblonga*, 2-sulcâ, 2-loculari.

Habitat inter dumeta, & arundinum sepes in Cochinchina, & China. Rhamus Zeylanicus, folio subrotundo, glabro, caulis hirsutis, spinis exiguis. Burm. Zeyl. p. 198. t. 88. Acacie forte cognatus frutex: Pluk. Phyt. t. 122. f. 4.

Virt. Radicis in decocto. Deobstruens, Diuretica. Vi heroicâ agit contra hydrozem, & obstructions rebelles.

Differentia specifica melius, ni fallor. definiretur hoc modo. Rh. aculeis solitariis, rectis: foliis ovatis, oblique lineatis: pedunculis polyfloris.

Observ. Genus Linnaeum Rhamnus mihi appareat valde confusum, cum in eo conjungantur plantæ inter se valde remote. Non absque fundamento Tournefortius cas distinxerat. In quinque speciebus, quas memoravimus, fructificatio semper est drupa, nunquam bacea.

### GENUS LXVI. MANGIFERA.

Char. Gener. *Cor.* 5-petala. *Drupa* reniformis. Lin. sy. pl. G. 298.

Sp. 1. MANGIFERA INDICA. *a* Cây Xoài. *a* Cín Xú.

Differ. spec. Mang. *racemis* *expansis*: *petalis* apice reflexis: *drupa* *sub-reniformi*, *glabra*.

Hab; & note. Arbor magna: *cortice* *scabro*: *ramis* *expansis*. *Folia* *lanceolata*, *integerrima*, *glabra*, *sparsa*, *nitidè* *virentia*, *resinoso-odora*, *costis* *oppositis*, *parallelis*, *petiolis* *brevibus*. *Fls.* *terminalis*, *racemis* *erectis*, *vastis*, *expansis*. *Calyx* *foliolis* 5, *acutis*, *pa-* *ten-*

tentibus. *Corolla* infera , petalis 5 , oblongis , planis , apice reflexis , coloris albi , lineolis flavis ad basim striatis , calyce longioribus. *Nectarium* spheroideum magnum , carnosum , 5 -lobum , gerumen comprimens. *Stamina* corollâ breviora : *antheris* 5 , ovatis , nutantibus. *Stylus* brevis : *stigmatae* simplici. *Drupa* magna , subreniformis , succoso-carnosa : *cortice* glabro , molluscō , resinoso , pallido , aut viridi , luteo , vel semi-rubro : *nuce* ovatâ , lignosa , fibrosa , compressâ : *nucleo* simplici , carnosâ , ovato .  
 Uſus. *Bacca* cibulenta , ſalubris , ſapidissima : in aliquibus proſus dulcis , in aliis parum acida.  
 Habitat in Cochinchinâ , & in omnibus fere locis utriuque Indiæ frigoris vehementis expertibus.  
*Manga Domestica*. Rumph. Amb. I. I. c. 21. tab. 25. Acoſta. Arom. cap. 43. Bont. Jav. pag. 95.  
 Varietates hujus inveniuntur plurimæ , quæ præcipue diſerunt fructus formâ , magnitudine , colore , & ſapore , ſicut in Eutopâ pyra , & mala. Flores omnium , quos obſervavi , inveni hermaphroditos.

<sup>†</sup> Sp. 2. MANGIFERA FŒTIDA. *a* Koï hoi.

Differ. spec. *Mang. racemis* elongatis : *petalis* integrè reflexis : *drupæ* cordata , pubefcente.

Hab ; & notæ. *Arbor magna* : cortice ſub-ſcabro : *ramis* ascendentibus. *Folia* lanceolata , integerrima , precedentis ſpeciei triplo maiora , obſcurè viridia , ſparſa , petiolis longis. *Flos* ruber , terminalis , *racemis* oblongis : *corollis* a baſi reflexis , acutis , 5 -petalis. *Drupa* carnoſa , hirsuta , ſubrotunda , cordata , odore gravis , gūſtu acida , inſalubris : *nuce* ſubrotunda , fibroſa .  
 Habitat inculta in locis planis , agrestibus.

*Manga Fœtida* Rumph. Amb. I. I. c. 23. tab. 28. Bont. Jav. pag. 25. in annor. prope finem. Icon Rumphiana utriuque *Mangiferæ* eſt optima.

Uſus. *Lignum* hujus arboris , quimvis non optimum , idoneum tamen eſt ad tabulata ſternenda , & longam acquirit durationem , ſi ante uſum ædificii aquæ lutosæ diu immergatur.

### G E N U S L X V I I . C E D R E L A .

Char. Geher. *Cal.* marcescens. *Cor.* 5 - petala , infundibuliformis : baſi ad  $\frac{1}{4}$  receptaculo adnata. *Cap.* lignosa , 5 - locularis , 5 - valvis. *Sem.* deorsum imbricata , ala membranacea. Lin. sy. pl. G. 297.

<sup>†</sup> Sp. 1. CEDRELA ROSMARINUS. *a* Ranh ranh choi. *Đi*, phu tia, *Ti* phu phu.

Differ.

Differ. spec. Ced. caule fruticoso : foliis linearibus : pedunculis monofloris, axillaribus.

Hab ; & notæ. *Frutex* lignosus, erectus, 4-pedalis, multiplex : *ramis* plurimis, rectis, ascendentibus. *Folia* filiformia, subteretia, parva, glabra, durincula, simplicia, erecta, opposita, Rosmarini similia, triplò tenuiora, magis odorata. *Flos* albus, pedunculis brevibus, 1-floris, axillaribus, solitariis, congestisque. *Calyx* monophyllus, sub-campanulatus, brevis, 5-dentatus, tubo permanente, dentibus caducis. *Corolla* petala 5, obtusa, patentia, inferius receptaculo adnata, superiorius marcescens, decidua. *Filamenta* 5, capillaria, corollæ subaequalia : *antheræ* ovatis. *Stylus* filiformis, æqualis staminibus ; *stigma* crassulculo. *Capula* compresso-rotunda, 3-locularis, 3-valvis, polysperma, apice dehiscentia. *Semina* multa, compresso-rotunda, nec alata.

Habitat frequenter in locis arenosis, ad Boream sitis in Cochinchinæ. Vidi etiam sponte nascentem in insulis circa Macau in Chinæ. Descriptam apud Authores non inveni. Visum fuit genere associare Cedrelæ Americane, cum quæ partim cohæret, partim differt.

Virtus, præsertim foliorum, & florum : Cephalica, Nervina, Deobstruens, Diuretica. Valet contra catarrhum, & dolores rheumaticos. Per destillationem elicetur spiritus nec virtute, nec odore inferior aquæ Regiae Hungarie, vel spiritu Lavendule. Qui florem non considerant, pro Rosmarino habent. Oleum essentiale elicui odore, & virtute præstant, tenue, flavens, parcum.

### GENUS LXVIII. DIOSMA.

Char. Gener. *Cor.* 5-petala. *Nectaria* 5 supra germen. *Capl.* 3, si-  
ve 5, coalitæ. *Somina* calyprata. Lin. sy. pl. G. 292.

<sup>†</sup> Sp. 1. DIOSMIA ASIATICA. & . . .

Differ. spec. Dio. *foliis* lanceolatis, alternis : *racemis* subterminalibus. Hab ; & notæ. *Arbor* parva, 6-pedalis, expansa, ramosissima. *Folia* lanceolata, integerrima, glabra, alterna. *Flos* flavus, racemis compositis, subterminalibus. *Cal.* 5-phyllo, inferus, foliolis ova-to-oblongis, patentibus. *Cor.* petala 5, oblonga, obscula, calyce longiora : *nectario* corona-formi, crasso, germen 5-lobum cingente, nec imposito. *Antheræ* 5, sessiles, lineares, ad latera nectarii, apice conniventes. *Stylus* æqualis staminibus : *stigma* simpli-ci. *Pericarpium* capsulae 5, sub-reniformes : *seminibus* solitariis, nec calypratis. *Capula* pedunculis propriis instructæ.

Habitat in monte Hòn chén ex aduerso urbis Huęe Cochinchinæ metropoli.

## GENUS LXIX. PLECTRONIA.

Char. Gener. *Petala 5*, calycis fauci inserta. *Bacca 2-sperma*, infera. Lin. sy. pl. G. 300.

† Sp. 1. PLECTRONIA CHINENSIS. a Pā lac hōa.  
Differ. spec. Plest. aculeata : *foliis 3-natis* : *floribus umbellatis*.  
Hab ; & notæ. *Arbuscula 5-pedalis*, ramosissima : *aculeis 3-natis*, recurvis, brevibus. *Folia* lato-lanceolata, subcrenata, glabra, ter-nata, petiolo communi longo. *Flos* albus, terminalis, *umbellis* denfis, hemisphæricis : *pedunculo* communi longo, partialibus bre-vibus. *Corolla* petala 4, acuta, sessilia, patentia, insuffientia ori ca-lycis turbinati, subtruncati. *Antheræ 5*, biloculares, subfessiles. *Stigma* sessile, 2-sidum. *Bacca* calycina, 2-sperma : *seminibus* oblongis.  
Habitat agrestis in provinciâ Cantonensi finarum.

## GENUS LXX. ILLECEBRUM.

Char. Gener. *Cal. 5*-phyllus, cartilagineus. *Cor. o.* *Stigma simplex*.  
*Caps. 5-valvis*, 1-sperma, Lin. sy. pl. G. 313.

Sp. 1. ILLECEBRUM LANATUM. a Rau Chiō.  
Differ. spec. II. *caule* subherbaceo, erecto : *floribus* lateralibus : *fo-liis* alternis. Lin. sp. 3.  
Hab ; & notæ. *Caulis* herbaceus, teres, sub-erectus, *ramis* diffusis. *Folia* lanceolato-ovata, integriflora, tomentosa, subfessilia, oppo-sita. *Flos* spicis denfis, oblongis, sessilibus, axillaribus : *calyce* 5-phyllo, comprefto, rubro : *corollâ* nullâ. *Capsula* compressa, 5-valvis : *semine* solitario, compresso-rotundo, adunco.  
Habitat incultum in agris, & hortis Cochinchinæ.  
*Amaranthus Indicus*, *Verticillatus*, *albus*, *foliis lanuginè incanus*. Pluk. Alm. 27. t. 75. f. 8. *Chenopodium incanum racemosum*, *folio maiore* minori opposito. Burm. Zeyl. p. 60. t. 26. f. 1.

Sp. 2. ILLECEBRUM SESSILE. a Fan Ki Kœc.

Differ. spec. III. *caulibus* repentibus, bifariè tomentosis : *foliis* lanceolatis, subfessilibus : *capitulis* oblongis, glabris. Lin. sp. 15.  
Hab ; & notæ. *Caulis* herbaceus, diffusus, brevis, subquadragonous, geniculatus, procumbens, ſæpe repens. *Folia* lanceolata, subferra-ta, sessilia, glabra, opposita. *Flos* albicans, *capitulis* sub-rotundis, axillaribus, ſæpe binatis. *Capsula* 5-valvis, 1-sperma.

Habitat

Habitat in locis humidis prope Cantonem Sinarum.

Olus Squillarum. Rumph. Amb. I. 10. c. 26. t. 15. f. 1. Amaranthus humilis, foliis oppositis. Burm. Zeyl. p. 17. t. 4. f. 2.

## GENUS LXXI. CELOSI A.

Char. Gener. *Cal.* 3-phyllo, corolla 5-petalæ facie. *Stamina* basi nectario plicato conjuncta. *Capitulum* horizontaliter dehiscentia. Lin. sp. pl. G. 312.

Sp. 1. CELOSIA CASTRENSIS. α Hoa mung già. β Ki Koán hòe.

Differ. spec. Cel. foliis lanceolato-ovatis, lineatis, acuminatissimis; *Stipulis* falcatis: *spicis* cristatis. Lin. sp. 6.

Hab; & notæ. *Caulis* annuus, sesquipedalis, ruber, striatus, crassus: ramis simplicibus, assurgentibus. *Folia* lanceolata, integerrima, glabra, sparla, lineis rubris, obliquis subtus notata, petiolis brevibus. *Flos* cruento-ruber, spicis terminalibus cristatis, magnis: axillaris oblongis, parvis. *Capitula* 1-loocularis, polysperma, circumscissa: *seminibus* comppresso-rotundis, nigris, nitidis. *Stipule* falcatae. *Folia* acuminata longo.

Habitat paucim culta in Cochinchinâ, & Chinâ.

Amaranthus Vulgaris. Rumph. Amb. I. 8. c. 45. t. 84.

Virtus. Subastrigens. Reprimit fluxus ventris, & fluorem album: utuntur seminibus semitostis.

Sp. 2. CELOSIA ARGENTEA. α Tanh thường tía. β Tsim siam tsu.

Differ. spec. Cel. foliis lanceolatis, stipulis subfalcatis: *pedunculus* angulatus: *spicis* scariosis. Lin. sp. 1.

Hab; & notæ. *Caulis* herbaceus, annuus, angulatus: *ramis* rectis, ascendentibus: *stipulis* subfalcatis. *Folia* lanceolata, integerima, subrus tomentosa, alterna, petiolis brevibus. *Flos* spicis oblongo-conicis, albo-rubris, solitarius, terminalibus. *Calyx* 3-phyllo, foliolis lanceolatis, membranaceis, erectis, permanentibus. *Corolla* petala 5, lanceolata, erecta, calyx longiora. *Filamenta* 5, subulata, brevia, basi in tubum membranaceum coalita, superius libera. *Antherae* oblongæ incumbentes. *Germen* rotundum, superum, tubo staminum semiclausum. *Stylus* filiformis, corollæ æqualis. *Stigma* crassiusculum, planum. *Capitula* globosa circumscissa, 1-loocularis, polysperma. *Semina* pauca, lenticularia, nigra, nitida.

Habitat in hortis, & agris Cochinchinæ, & Chinæ inculta.

Thunb. Jap. p. 106. Burm. Ind. p. 64.

Virt. Seminum. Resolvens, Ophthalmica.

Sp. 3. CELOSIA MARGARITACEA.  $\alpha$  Ha khô thao.  $\beta$  Hid khô thao.  
Differ. spec. Cel. *siliis* ovatis, *stipulis* falcatis : *pedunculis* angula-  
tis : *spicis* scarioris. Lin. sp. 2.

Hab; & note. *Herba annua*, *caule* cespitoso, 2-pedali, erecto :  
*stipulis* subfalcatis. *Folia* oblongo-ovata, sub-repanda, opposita,  
petiolis brevibus. *Flos* spicis oblongis, subteretibus, densis, fulvis,  
erectis, solitarius, terminalibus. *Calyx* 3-phylus. *Corolla* 5-peta-  
la, infera. *Stamina* 5. *Capsula* horizontaliter dehiscentia : *seminibus*  
paucis.

Habitat in agris Cochinchinæ, & Chinæ inculta.

Beluta adeca. Rheed. Malab. 10. p. 75. tab. 38. Amaranthus simplici  
paniculæ. Bauh. Pin. p. 121. n. 4.

Virt. Attenuans, Resolvens. Prodest in inflammationibus, ulceribus,  
scabie.

### $\dagger$ GENUS LXXII. POLIA.

#### *Descriptio Naturalis.*

Cal. Perianthium 10-phylum, inferum : foliolis lanceolatis, mem-  
branaceis, erectis, persistentibus : interioribus minoribus.

Cor. 0.

Stam. Filamenta 5, capillaria, calyce breviora, receptaculo insiden-  
tia. Antheræ ovatae, 2-loculares, stantes.

Pist. Gerumen subrotundum. Stylus filiformis brevior staminibus. Sti-  
gma crassiusculum.

Peric. Capsula trigono-rotunda, 3-valvis, 1-locularis, polysperma.  
Sem. Ovata, pedicellata, pauca.

Nom. ( $\Pi\lambda\alpha\zeta$  canities) ab aspectu plantæ incano.

Char. Gener. Cal. 10-phillus. Cor. 0. Capsula supera, 3-valvis,  
1-locularis, polysperma.

#### $\dagger$ Sp. 1. POLIA ARENARIA. $\alpha$ Sai hò nam.

Differ. spec. Pol. poltrata : *foliis* stellatis : *pedunculis* dichotomis.

Hab. *Frutex* lignosus, 10-pollicaris : *caule* circunquaque diffuso,  
multiplici, flexuoso, sub-ancipi, ramosissimo : *radice* longa,  
verticali, divisa. *Folia* oblonga, integerrima, tomentosa, minicul-  
la, stellata, sessilia. *Flos* plurimus, albicans (sicut tota planta) ra-  
cemos dichotomis, terminalibus.

Habitat prope litora in Cochinchinâ.

Virtus.

Virtus. Refrigerans, Attenuans. Prodest in febribus lenti; erraticis, catarhalibus, tussi antiquâ, sudoribus nocturnis. Uſus radicis.  
Obſerv. Glaux Maritima Linnæi cum Polia affinitatem habet: differt præcipue calyce 1 - phyllo, 5 - partito, & Capsula 5 - valvi.

## DIGYNIA.

## GENUS LXXXIII. STAPELIA.

Char. Gener. *Nectarium* dupli stellulâ tegente genitalia. Lin. sy. pl. G. 334.

<sup>†</sup> Sp. 1. STAPELIA CHINENSIS. a Yong ſau khau.

Differ. Spec. Stap. foliis lanceolatis, congestis: corollis rotatis.  
Hab. & nota. *Caulis* fruticosus, simplicifimus, longus procumbens: denticulis nullis. *Polia* lanceolata, integerrima, carnoſa, glabra, polynata. *Flos* albus, carnoſus, axillaris, *umbellis* magnis, simplicibus. *Cal.* 5 - partitus, rotatus, ruber, corollæ appressus, pedunculo concolore. *Corolla* rotata, margine 5 - ſinuata, leviter reflexa. *Nectarium* ſtellis binis, 5 - radiatis. *Antberæ* 5, oblongæ, ſeffiles, conniventes. *Stigmata* 2, simplicia, ſeffilia. *Folliculi* 2, subulato-conici: feminibus papposie.

Habitat prope Cantonem Sinaram.

Obſerv. Dubito an haec planta, quam in loco natali examinavi recen- tem, sit eadem quam Lin. Jun. (suppl. pag. 170.) vocat Asclepiam Carnosam, queque ex Chinâ ad ipum delata fuerat ſicca, & mu- tilata. Habitus quidem utriusque potius convenit Stapeliis, quam Asclepiis.

<sup>†</sup> Sp. 2. STAPELIA COCHINCHINENSIS. a Desi kadi thau.

Differ. Spec. Stap. repens: foliis ovatis, oppositis: corollis infundibuliformibus.

Hab. & nota. *Caulis* fruticosus, longus, teres, repens, subſimpli- ciffimus. *Folia* ovata, carnoſa, integerrima, glabra, oppofita. *Flos* albus, *umbellis* magnis, simplicibus, pedunculo communi longo, crasso. *Cal.* 5 - fidus, inferus, perſilens, laciniis acutis. *Corolla* 1 - petala, infundibuliformis: tubo gracili, longo: limbo 5 - partito, laciniis acutis, conniventibus, tegentibus genitalia. *Nectarium* ſtel- la unica, carnoſa, plana, radiis 5, acutis, magnis, expansis. *Filamenta* nulla. *Antberæ* 5, oblonga, procumbentes inter crenas nectarii. *Germen* ovatum, 2 - fidum. *Stigmata* 2, longiſcula, ſeffilia. *Pericarpium* folliculi 2, teretes, ſubulati: feminibus tripli- ci serie ſtratis, longis, teretibus coronatis pappo longifimo.

Habitat

Habitat in montibus Cochinchinæ.

GENUS LXXIV. CYNANCHUM.

Char. Gener. *Nectarium cylindricum*, 5-dentatum. Lin. sy. pl. G. 331.

† Sp. 1. CYNANCHUM ODORATISSIMUM. a Hoa li. &c.  
Differ. Spec. Cyn. caule volubili, infernè suberofo fisco: foliis cordatis, acuminatis, rugulis: cymis reflexis.  
Hab; & note. Planta perennis, caule multiplici, volubili, longissimo, infernè suberofo-fisco, superius tereti, nitido, æqualissimo. Folia cordata, acuminata, undulata, rugosa, glabra, opposita, petiolis longis. Flos luteus, odoratissimus: cymis magnis, hemisphaericis, axillaribus, reclinatis. Cal. 5-phyllo, inferus, foliolis ovato-lanceolatis, undulatis, suberectis, persistentibus. Corolla 5-petala, hippocrateriformis, tubo crasso, brevi, ad basim inflato: limbo amplio, 5-partito, lacinias oblongis, subreflexis. *Nectarium cylindricum*, crassum, erectum, 5-fidum, lacinias coniuentibus. Filamenta 5, membranacea, nectario externe adhaerentia, glandulis 10 ad basim distincta. Antheræ biloculares, compressæ, acutæ, stigmati incubantes. Germen ovatum, 2-fidum. Stigma sessile, ovatum, emarginatum, unicum. Pericarpium semper abortit. Ex germine dissecto, & microscopio observato apparent semina plurima oblongulcula: unde conjectari licet folliculos esse duos, seminibus papposis factos.

Habitat, & colitur in viridariis Cochinchinæ. Et quamvis admodum vulgare, fragrantia non codit Nyctanthi Sambac, nec minus illo decorantur nobiles foeminae. Colitur etiam Cantone Sinarum.

Flos Siamicus, sive flos Tunkini. Rumph. Amb. Auct. c. 75. tab. 26. fig. 1.

† Sp. 2. CYNANCHUM INODORUM. a Ti yong than.

Differ. Spec. Cyn. caule volubili, infernè suberofo fisco: foliis ovatis, acuminatis: pedunculis subdivisis.

Hab; & note. Planta perennis: caule volubili, infernè suberofo, fisco, longo, ramoso. Folia ovata, acuminata, glabra, opposita. Flos luteus, parvus, plurimus, inodorus: pedunculis subdivisis, brevibus, axillaribus: calyce 5-fido, brevi. Corolla lacinias 5, linearibus, contortis, tubo longioribus, patentibus, potius hippocrateriformis, quam rotata. *Nectarium cylindraceum*, 5-fidum. Folliculi 2, oblongi, acuminati, tomentosi, ad invicem curvati: feminis plurimis oblongis, papposis, imbricatis. Stigma 1, sessile, ovato-oblongum, magnum.

Habitat

## GENUS LXXV. PERIPLOCA.

Char. Gener. *Nectarium* ambiens genitalia, *filamenta* 5 exserens. Lin. sy. pl. G. 330.

† Sp. 1. PERIPLOCA COCHINCHINENSIS. *α* Cây bùp bùp.  
Differ. spec. Per. caule arboreo : *foliis* carnosis : *racemis* terminalibus.

Hab ; & note. *Arbor* mediocris, ligno flaccido : *ramis* patentibus. *Folia* cordata, oblonga, acuta, integerrima, magna, carnaea, glabra, opposita. *Flos* albo-ceruleus, racemis brevibus, terminalibus. *Calyx* 5 - phyllus, foliolis lanceolatis, expansis. *Corolla* rotata, 5-partita : *nectario* ambiente genitalia columellis 5, stiformibus, erectis, basi curvatis. *Pericarpium* folliculi 2, oblongi : *Seminibus* plurimis, subrotundis.

Habitat ad portum Turanum, indigenis dictum *Hàn* in Cochinchinâ ; ad Austrum metropolis Huæe. Vidi etiam, sed minori formâ, in Benghalâ.

## GENUS LXXVI. APOCYNUM.

Char. Gener. *Corolla* campanulata. *Filamenta* 5 cum staminibus alterna. Lin. sy. pl. G. 332.

Sp. 1. APOCYNUM RETICULATUM. *α* Dedi xanh.

Differ. spec. Ap. caule volubili, perenni : *foliis* ovatis, venosis. Lin. sp. 5.

Hab ; & note. *Caulis* fruticosus, volubilis, tenuis, teres, pilosus. *Folia* ovata, subacuminata, integerrima, venosa, glabra, nitida, margine reflexa petiolis oppositis. *Flos* luteus, *umbellis* axillaribus, parvis : *calyce* 5-fido : *corolla* campanulata, 5-partita. *Stamina* 5, filamentis sterilibus alternis carentia. *Germen* oblongum, polylpermum : maturum non vidi.

Habitat in dumetis Cochinchinæ.

Olus crudum minus. Rumph. Amb. I. 7. c. 41. t. 40. f. 2.

† Sp. 2. APOCYNUM JUVENTAS. *α* Hè thu 6 nam.

Differ. spec. Ap. caule fruticoso, volubili : *foliis* ovatis, pilosis : *racemis* dichotomis.

Hab ; & note. *Caulis* fruticosus, volubilis, tenuis, pilosus, ruber ; lactescens : *radice* magnâ, carnaea, tereti, indivisa. *Folia* ovata, integerrima, pilosa, opposita. *Flos* luteo-viridis, minutus : *racemis*

*mis dichotomis*, axillaribus. *Calyx* 5-partitus laciniis oblongis, pilosis, patentibus. *Corolla* campanulata, 5-partita, laciniis lanceolatis, calyce triplo longioribus. *Nectarium* lobis 5, conniventibus: filamentis 5, sterilibus, erectis. *Antheræ* 5, sessilis, squamiformes, ad basim nectarii adherentes. *Germen* longiusculum, 2-lobum. *Stigma* sessile, concavum, 2-fidum. *Folliculi* 2: *feminibus* papillos.

Habitat in locis agrestibus Cochinchinæ, sèpibus procumbens.

Virtus. Creditur a Medicis indigenis plantæ hujus radicem ita spiritus animales recreare, ut longo ejus usu homines seneccentes ad juventutem redeant. Idem sentiunt Sinenses de plantâ *Ho xeu u*, quam eandem esse existimant: sed mihi obvia non fuit, ut examine Botanico probaretur: radix autem, quâ usus sum, formam habet a Cochinchinæ diversam.

† Sp. 3. APOCYNUM ALTERNIFLORUM. ♂ Fù muôn thán.

Differ. Spec. Ap. *caule* fruticoso, scandente: *foliis* ovatis, acuminate, glabris: *axillis* alternis umbellifleris.

Hab; & nota. *Caulis* fruticosus, longus, ramosus, scandens. *Folia* ovata, acuminata, integerrima, plana, glabra, opposita, petiolata. *Flos* pallidus, inodorus, umbellatus, axillis alternis floriferis. *Cal.* 5-phyllos, foliolis lanceolatis, erectis. *Cor.* campanulata, 5-fida, calyce longior. *Nectarium* lobis decem, oblongis, erectis, tubo corollæ inservientibus, stamina stigmati appressimantibus. *Folliculi* 2, polyspermi.

Habitat in insulis prope Cantonem Sinarum. Esthe Apocynum?

† Sp. 4. APOCYNUM AFRICANUM. ♀ . .

Differ. Spec. Ap. *caule* fruticoso, suberecto: *foliis* ovato-oblongis: *pedunculis* sub trifloris.

Hab; & nota. *Frutex* suberectus, 8-pedalis, ramis scandentibus. *Folia* ovato-olonga, obusa, integerrima, crassia, glabra, parva, opposita. *Flos* pallidus, pedunculis sub trifloris, lateralibus. *Cal.* semi-quinquefidus, laciniis acutis, erectis. *Corolla* campanulata, 5-partita, laciniis lanceolatis, contortis, reflexis. *Nectarium* corpusculis 5, subulatis, appressis, glandulis 5 coloratis alternis. *Stamina* 5. *Stylus* unicus, subulatus, æqualis staminibus: *stigmate* acuto, 2-fido, erecto. *Peric.* Folliculi 2, conici, *feminibus* papposis.

Habitat in planicie arenosa oræ Zanguebariæ in Africâ.

## GENUS LXXVII. PERGULARIA.

Char. Gener. *Nectarium* ambiens genitalia cupidibus 5, sagittatis.  
*Cor.* hippocrateriformis. Lin. sy. pl. G. 329.

† Sp. 1. PERGULARIA DIVARICATA. A Hú muón.

Differ. spec. Perg. *caule* cespitoso : *foliis* undulatis : *floribus* terminalibus, divaricatis.

Hab ; & notæ. *Frutex* caule cespitoso , sub-cresto , ramulis multis brevibus. *Folia* lato-lanceolata , integerrima , undulata , incurva , glabra , opposita. *Flos* luteus , rubro conspersus , terminalis , pedunculis 2 - floris , divaricatis. *Cal.* 5 - phyllus , foliolis subulatis , erectis. *Corolla* sub-hippocrateriformis , tubo crasso : limbo 5 - partito , lacinias subulatis exotice longissimis. *Nectarium* sagittis 5 , erectis , ad os tubi corollæ insinuantibus. *Filamenta* 5 , tubo sequalia : antheris sagittatis , acumine longo stigma amplectentibus. *Germen* ovatum , 2 - lobum. *Stylus* filiformis , æqualis staminibus : *stigmata* acuto , erecto , 2 - fido. *Pericarpium* folliculi 2 , oblongi , polyspermī : *feminibus* longiusculis , nudis.

Habitat inculta apud Sinas.

Observ. Echites Caudata (Burm. Ind. tab. 26.) quodammodo nostræ assimilatur : sed istius *nectarium* sagittatum ab Echite prorsus aliquid.

† Sp. 2. PERGULARIA SINENSIS. A Fí si thán.

Differ. spec. Perg. *caule* suffruticoso , volubili : *foliis* ovato-oblongis : *pedunculis* polyfloris.

Hab ; & notæ. *Caulis* suffruticosus , teres , tenuis , volubilis. *Folia* ovato-oblonga , obtusa , integerrima , glabra , opposita. *Flos* terminalis , & lateralis , pedunculis polyfloris , sparsis. *Corolla* lutea , 5 - partita , lacinias linearibus , longis , contortis. *Nectarium* sagittis , 5 , erectis , stipitatis. *Germina* 2 , ovalia. *Stylus* filiformis : *stigmata* unico , conico , 5 - sulcato. *Pericarpium* folliculi 2 , oblongi , *feminibus* multis , ovatis , nudis.

Habitat apud Sinas inculta.

Observ. In omnibus Pergulariæ , & apocyni speciebus , quas vidi , semper inveni flores Monogynos. Idem videtur sentire de Pergulariâ Japonicâ Thunbergius. Fl. Jap. pag. 112.

## GENUS LXXVIII. ASCLEPIAS.

Char. Gener. *Nectararia* 5, ovata, concava, corniculum exerentia.  
Lin. sy. pl. G. 333.

Sp. 1. ASCLEPIAS CURASSAVIA. a. Yong cō. My.

Differ. spec. Afc. *foliis lanceolatis*, petiolatis, glabris, nitidis: *caule* simplici: *umbellis* erectis, solitariis, lateralibus. Lin. sp. 9.

Hab; & notæ. *Caulis* sub-simplex, volubilis. *Folia* lanceolata, glabra, nitida, petiolata, opposita. *Flos* pallidus, lateralis: *umbellis* solitarii, erectis. *Folliculi* 2, ventricoso-conci: *seminibus* ovatis, compressis, curvis, papposis.

Habitat prope Cantonem Sinarum.

+ Sp. 2. ASCLEPIAS FUSCA. a. Cay. fo. dus.

Differ. sp. Afc. *caule* repente: *foliis cordato-lanceolatis*: *umbellis* axillaribus, geminis.

Hab; & notæ. *Caulis* herbaceus, volubilis, tenuis, multiplex, inferius radicans, superius ramosissimus. *Folia* cordata, lanceolata, basi barbata, opposita, petiolata, parva. *Flos* fusco-purpureus, *umbellis* 2-natis, axillaribus. *Corolla* minima, *nectaritis* 5, auriculatis, absque corniculis. *Fruuctus* folliculi 2, parvi, subulati, ex-trorsum ventricosi, introrsum plani: *seminibus* ovatis, curvis, papposis.

Habitat in antiquis muris, & ruderibus Cochinchinæ.

## † GENUS LXXIX. GRIMMIA.

## Descriptio Naturalis.

Cal. Perianthium inferum, urceolatum, 5-fidum: laciniis acutis, coloratis, carnosis.

Cor. campanulata, membranacea, 1-petala: tubo globofo, calyci æquali: limbo brevi, 5-fido, laciniis rotundatis, patentibus.

Stam. Filamenta 5, subulata, corollæ æqualia, tubo insistentia. Anthære ovatae, incumbentes.

Pist. Germen subrotundum. Styli 2, æquales staminibus. Stigmata compresso-rotundo.

Peric. Bacca membranacea, subrotunda, 4-loba, 1-locularis, 4-sperma.

Sem. Subrotunda.

Nom:

Nom. (*γραμμίκος linearis*) a formā plantæ linearī.

Char. Gener. *Corolla* campanulata, infera : tubo globoſo. *Bacca* 1 - locularis, 4 - ſperma.

† Sp. 1. GRAMMICA APHYLLA. ✎ To hoang t'ing.

Differ. Spec. Gr. *caule* volubili : *foliis* nullis : *floribus* congeſtis.

Hab. *Caulis* linearis, tenuissimus, albiflumus, intricato-volubilis ; mutiplex : *ramis* ejusdem forme, herbis obviis ſe implicantibus. *Folia* nulla. *Radix* conficta nulla. *Flos* albus, congeſtus, pulcher, lateralis. *Bacca* alba, grano piperis æqualis.

Habitat inculta in hortis Cochinchinæ, & inter plantas humiles volutatur, duratione brevi paucorum mensium, tempore verno. Initium aliquid radicale, quo a terrâ alimentum acciperet, diligenter quæſivi, fed non inveni.

Observ. Habitu affinis eft, quanquam minus luxurians, *Tillandsia* Uſneoidi Lin. sp. 9., & *Licheni* Uſneæ Lin. sp. 93. Rumph. Amb. L. 1c. t. 40. f. 2. nomine, *Musci Capillaris*.

### GENUS LXXX. GENTIANA.

Char. Gener. *Corolla* 1 - petala. *Capſula* 2 - valvis, 1 - locularis : receptaculis 2, longitudinalibus. Lin. ſy. pl. G. 352.

† Sp. 1. GENTIANA SCANDENS. ✎ Rau mo. β Ki si thin.

Differ. Spec. Gent. *caule* fruticoso scandente : *corollis* campanulatis, 5 - fidis : *paniculis* elongatis, pendulis.

Hab. & notæ. *Caulis* fruticosus, magnus, lignosus, teres : *ramis* multis, longiflumis, scandentibus, inerimibus, acirrhis. *Folia* ovato-lanceolata, integerrima, glabra, cinereacea, oppofita. *Flos* lateralis, paniculis longis, demifluis : *calyx* 5 - dentato, parvo, periftente. *Corolla* 1 - petala, campanulata, tubo amplio, externe cinerei coloris, punctis albis diſtincto, internè pilis densis, purpureis obſtructo : limbo patulo, albo, obtusè 5 - fido, brevi, laciniis plerumque laciniato-plicatis. *Stamina* 5. *Styli* 2, longitudine tubi : *filamentibus* ſimplicibus. *Capſula* ſub-rotunda, 1 - locularis, 2 - valvis : *seminibus* plurimis.

Habitat, & ſcaadit per arbores, & ſepes in Cochinchinâ, & Chinâ. In Sinensi folia ſæpe videntur cordata levi emarginatâ ad baſim.

Odor utriusque eft ingratus, & foetidus.

Virtus foliorum, & radicis. Tonica, ſtomachica. Nauseam, & vomitum efficaciter tollit : cibi appetentiam excitat, digestionem adjuvat.

vat. Sapor est amarissimus. Odorem foetidum, quem habet recens, exsiccata amittit.

**Sp. 2. GENTIANA AQUATICA.** a. Xi Käm Xiong.

Differ. spec. Gent. *corollis* 5-fidis, infundibuliformibus, terminalibus, sessilibus: *foliis* margine membranaceis. Lin. sp. 16.

Hab; & notæ. *Caulis* annuus, cespitosus, erectus, 3-pollicaris: *ramis* nullis. *Folia* lanceolata, integerimia, glabra, sessilia, opposita. *Flos* cyaneus, terminalis, solitarius: *calyx* acutè 5-fido, erecto. *Corolla* infundibuliformis, patens, 10-fida: lacinias 5 maiorum, expansis, 5 aliis minoribus, alternis, plicatis. *Stigmata* 2, sessilia, longiuscula, revoluta. *Caps.* ovata, compressa, 1-locularis, polypetra, 2-valvis, apice dehiscentes.

Habitat in locis humidis prope Cantonem Sinarum.

Thunb. Japon. p. 115. Gentiana humilis, aquatica, verna. Aman. Ruth. pag. 4. tab. 1. f. 1.

**GENUS LXXXI. HYDROLEA.**

Char. Gener. *Cal.* 5-phyllo. *Cor.* rotata. *Filamenta* basi cordata. *Caps.* 2-locularis, 2-valvis. Lin. sy. pl. G. 347.

**† Sp. 1. HYDROLEA INERMIS.** b. Xiong fung.

Differ. spec. Hyd. *caule* inermi: *floribus* solitariis, lateralibus.

Hab; & notæ. *Caulis* herbaceus, annuus, 1-pedalis, erectus, inermis, subsimplicissimus. *Folia* lanceolato-linearia, integerimia, glabra, sessilia, sparsa. *Flos* cæruleus, pedunculis 1-floris, solitarius, lateralibus. *Calyx* inferus, 5-partitus, lacinias acutis. *Corolla* 1-petala, campanulata, tubo brevi: limbo 5-partito, patente, lacinias ovatis, calyci subæqualibus. *Filamenta* 5, subulata, tubo corollæ infidentia, limbo breviora: *Germen* ovatum. *Styli* 2, erecti, staminibus breviores: *stigmatibus* obtusis. *Capsula* ovata, 2-locularis, 2-valvis, polypetra: semenibus plurimis, subrotundis, minimis, circumdantibus columellas 2, ovatas, fundo capsulae adhaerentes, superius liberas. *Autheræ* ovatae, incumbentes. De filamentis basi cordatis nihil annotavi, nec memini.

Habitat Cantone, in locis humidis.

Obser. Linnaeus (Gen. pl. ed. Textæ.) Corollam hujus Generis describit Rotato-campanulatam, qualis est nostra, nec propriè rotatam. Columellæ illæ durae, que receptacula semenum sunt, ad Gentianam pertinere videntur.

## † GENUS LXXXII. AGLAIA.

## Descriptio Naturalis.

Cal. Perianthium 1 - phyllum, 5 - crenatum, inferum, minimum, persistens.

Cor. Petala 5, ovata, concava, carnosa, sub-clausa, in globum conniventia. Nectarium tubulosum, 5 - plicatum, petalis paulo brevius.

Stam. Filamenta nulla. Antherae 5, ovatae, curvaturis nectari incluse.

Pist. Germen ovatum. Stylus nullus. Stigmata 2, oblonga, erecta.

Peric. Bacca ovata, glabra, aquosa, 1 - sperma.

Sem. 1 - ovatum, sub-compressum, 4 - sulcum.

Nom. (Αγλαία splendor) ex plantæ nitore, odore, & venustate.

Char. Gener. Cal. 5 - dentatus, inferus. Cor. petala 5 in globum conniventia. Bacca 1 - sperma.

† Sp. 1. AGLAIA ODORATA. a Cây ngòu. β . . .

Differ. spec. Agl. foliis 5 - phyllis: floribus racemosis.

Hab. Arbor. 8 - pedalis: ligno flavecente, duro: cortice tenui, fulvo: ramis patentibus: cornū densissimā. Folia pinnata, 3-5 - nata, foliolis ovalibus, basi attenuatis, integrerrimis, glabris, nitidis, petiolis brevibus. Flos luteus, minutissimus, globosus, odoratus: racentis oblongis, axillaribus. Bacca parva, rubra.

Habitat in Cochinchinā, & in Chinā tam agrestis, quam culta in hortis magnatum, habitu speciosissima, & odore grata.

Camunium Sinense, seu Tsjiulang. Rumph. Amb. l. 7. pag. 28. t. 18.

f. 1. Idem Auct. cap. 43.

Observ. Suspicio ejusdem generis esse Bumaldam Trifoliam Thunb. Jap. p. 8., & p. 114. Cujus pericarpium maturum Cl. vir fatetur non vidisse.

## GENUS LXXXIII. SALSOLA.

Char. Gener. Cal. 5 - phyllus. Cor. o. Capsula 1 - sperma. Semen Cochlearium. Lin. sy. pl. G. 339.

† Sp. 1. SALSOA DIDYMA. γ . . .

Differ. spec. Sal. caule herbaceo, decumbente: foliis oblongis inermibus: Capsulis 2 - lobis, 2 - spermis.

Hab.; & note. Caulis herbaceous, 2 - pedalis, procumbens, diffusus, asper.

asper. *Folia* oblonga, obtusa, integerrima, crassa, glabra, inerme, opposita. *Flos* apetalus, axillaris, glomeratus, subfessilis: *calyce* 5-partito, laciniis emarginatis, apice cucullatis. *Stigmata* 2, fessilia, oblonga, erecta. *Capsula* 2-loba, 2-locularis, 1-sperma: *seminibus* cochleatis, asperis, nigris.  
Habitat inculta in insula Mozambicco, in Africâ.

## GENUS LXXXIV. CHENOPODIUM.

Char. Gener. *Cal.* 5-phylloides, 5-gonus. *Cor.* o. *Semen* 1, lenticulare, superum. Lin. sy. pl. G. 337.

Sp. 1. CHENPODIUM HYDRIDUM. a Cey man n.

Differ. spec. Chen. *foliis* cordatis, angulato-acuminatis, *racemis* ramosis, nudis. Lin. sp. 8.

Hab; & notæ. *Caulis* herbaceus, simplex, erectus, 3-pedalis, rubescens. *Folia* su-hastata, sinuato-dentata, cineracea, suprema lanceolata, alterna, petiolata. *Flos* apetalus, racemis longis: hermaphroditus, & fructiferus in eodem racemo: *calycibus* 5-phylloides. *Semen* 1, lenticulare.

Habitat incultum in agris Cochinchinæ.

Gmel. Sibir. 3. pag. 76.

## GENUS LXXXV. BETA.

Char. Gener. *Cal.* 5-phylloides. *Cor.* o. *Semen* reniforme, intra substantiam baseos calycis. Lin. sy. pl. G. 338.

Sp. 1. BETA VULGARIS. A P. hung.

Differ. spec. Bet. *floribus* congestis.

Hab; & notæ. *Caulis* herbaceus, crassus, erectus, albus, 3-pedalis. *Folia* sub cordata magna, integerrima, obtusa, glabra, pallida. *Flos* albus, congestus, apetalus. *Semine* reniformi. *Radix* crassa, albicans, nec edulis.

Habitat Cantone Sinarum, venditurque in foro cum aliis oleribus.

Thunb. Jap. p. 113. Beta pallidè Virens maior. Bauh. Pin. p. 118.

## GENUS LXXXVI. GOMPHRÆNA.

Char. Gener. *Cal.* coloratus: exterior 3-phylloides: foliolis 2 conniventibus, carinatis. *Petala* 5, rudia, villosa. *Nectarium* cylindricum, 5-dentatum. *Caps.* 1-sperma. *Stylus* semibifidus. Lin. sy. pl. G. 343.

Sp. 1.

Sp. I. GOMPHRÆNA GLOBOSA. *a Hoa nua ngii.* & . . .  
Differ. sp̄c. Gomp. *caule* erecto : *foliis* ovato-lanceolatis : *capitulis*  
*solitariis* : *pedunculis* diphyllis. Lin. sp. I.

Hab ; & notæ. *Caulis* annuus , 2 - pedatis , ramosus : *geniculis* pur-  
pusascentibus. *Folia* ovata , utrinque acuta , integerrima , hispida ,  
lessilia , opposita. *Flos* lätè purpureus , capitulis globosis , solitariis ,  
terminalibus : *calyce* communi nullo , præter foliola 2 , subrotun-  
da , acuminata , expansa , capitulo supposita. *Perianthium* imbrica-  
tum , 7-8-phyllum , coloratum , foliolis acutis , rudibus , erectis.  
*Cor.* nulla , nisi foliola 5 calycis superiora corollam dicas. *Recep-  
taculum* commune oblongum , setosum. *Semen* 1 - ovatum , sub-  
compreßum , nigrum , nitidum : *capsula* circumscissa. *Stylus* 2 - fi-  
dus. *Filamenta* 5 , brevia.

Habitat passim culta in Cochinchinâ , & Chinâ.

*Flos* Globosus Rump. l. 8. c. 72. t. 100. f. 2. Tourn. Inst. p. 654. tab.  
429. Amaranthoides Lychnidis folio , flore-purpureo.

Est varieras in Cochinchinâ flore albo , capitulis ovatis : in quibus  
flosculi omnes sunt fertiles , cum in Purpureâ plures inveniantur  
steriles. In reliquis convenient.

### † GENUS LXXXVII. TRISANTHUS.

#### Descriptio Naturalis.

Cal. Communis 2 - phyllus , foliolis lanceolatis , persistens , continens  
3 flosculos. Perianthium proprium , 1 - phylum , verticaliter lenti-  
forme , coloratum , denticulis 5 , minimis apici subtruncato impo-  
fitis.

Cor. nulla.

Stam. Filamenta 5 , subulata , brevissima , Calycis margini insistentia.  
Antheræ subrotundæ , 2 - loculares.

Pist. Germen orbiculatum. Stylus nullus. Stigmata 2 - oblonga , re-  
flexa.

Peric. Calycinum , lenticulare , truncatum , factum ex ipso calyce ,  
denticulis decidentibus , 2 - loculare , 1 - spermum , 2 - fulicum , 2 -  
partibile.

Sem. Reniformia.

Nom. (*Tpis* ter , "vθos flos) ob tres flores eodem calyce copulatos.

Char. Gener. Cal. com. 2 - phyllus , 3 - florus : *proprius* 5 - dentatus ,  
superus. Cor. o. Fructus 2 - locularis , 1 - spermus.

Sp. I.

<sup>†</sup> Sp. 1. TRISANTHUS COCHINCHINENSIS. *a* Rau má.

Differ. spec. Trif. caule repente : *foliis* subrotundis , semipartitis : *floribus* congestis.

Hab. *Caulis* filiformis , tenuis , subfusiformis , longus , teres , re-pens , diffantiis subæqualibus ordinatim radicans. *Folia* subrotunda , semipartita , dentato-crenata , concava , rugosa , glabra ; petiolis radicalibus , confertis , longis , erectis , paucis. *Perianthium* floris purpureum , cartilagineum , glabrum , fessile , calyce communi , 3-floro suffultum : pedunculis communibus longiusculis , radicalibus , congestis , paucis , nec umbellatis.

Habitat frequenter ad sepes in Cochinchinâ , non cultus , quamvis el-eculentus. Si bene memini , etiam in Chinâ , & in aliis Indicâ locis.

Pes equinus. Rumph. Amb. I. 9. c. 69. t. 169. f. 1.

Virtus totius plantæ. Vulneraria , Mundificans , Diuretica , Nephritica. Coguovi Eunuchum , qui partes generationis radicitus abscidebat , appositâque hâc herbâ cum pauxillâ calce contusa facile convaluerat.

Obser. Quamvis Praeceptor noster Linneus cum aliis Clarissimis Vi-ris hanc plantam Hydrocotyli adjunxerint , existimo illos recentem non vidisse ; nam , ut hâc legenti patet , in paucis convenienter , in multis differunt : vel forte viderunt aliam a Cochinchinensi , quam probavi , diversam.

### GENUS LXXXVIII. BOSEA.

Char. Gener. *Cal. 5-phylus. Cor. o. Baccâ 1-sperma. Lin. sy. pl. G. 344.*

<sup>†</sup> Sp. 1. BOSEA CANNABINA. *a* Gay Rach.

Differ. spec. Bos. arborea : *foliis* lanceolatis , ferratis , glabris : *racemis* 2-natis.

Hab. & note. Arbor mediocris : *ramis* ascendentibus. *Folia* lanceo-lata , basi obtusa , ferrata , glabra , parva , integerima , alterna. *Flos* albus , racemis compositis , brevibus , axillaribus , 2-natis. *Calyx* 5-phylus , foliolis lanceolatis , curvis , conniventibus. *Corolla* nulla. *Filamenta* 5 , subulata , calyci æqualia. *Antheræ* sub-rotundæ , curvaturis Calycis defensa. *Germen* superum , longiusculum. *Stylus* nullus. *Stigma* obtusum , integrum. *Baccâ* impinna , subrotunda , subcompressa , 1-sperma : *semine* rotundo.

Habitat in sylvis Cochinchinæ.

Uſus. Ex cortice extrahuntur fila tenacia , quibus vulgares floreæ texuntur.

## UMBELLATÆ.

## GENUS LXXXIX. HYDROCOTYLE.

Char. Gener. *Umbella* simplex : involucro 4 - phyllo. *Petala* *integra* ;  
*Semina* semiorbiculato-compressa. Lin. sy. pl. G. 355.

Sp. 1. HYDROCOTYLE UMBELLATA.  $\alpha$  Rau mi mō.

Differ. spec. Hyd. *foliis* peltatis : *umbellis* multifloris. Lin. sp. 2.

Hab; & notæ. *Caulis* annuus, tenuissimus, filiformis, albus, ramo-  
 sissimus, intricatus, repens. *Folia* cordata, peltata, subrotunda,  
 crenato-lobata, glabra : *petiolis* brevibus, solitariis, reclinatis, al-  
 bis. *Flos* minimus, rubescens : *umbellis* multifloris, subrotundis,  
 simplicibus : *pedunculus* *umbellæ* longiusculus : *involucris* 3-4-phyl-  
 lis : corollis pentapetalis : flosculus omnibus fertilibus.

Habitat in Cochinchinâ, frequens in locis humidis, hyberno tempore.  
 Hydrocotyle Marsh pennywort. Hill. Brit. herb. p. 419. t. 59. f. 16.

Acarigoba. Pif. Braf. l. 4. p. 260. fig. ibi. Notandum vero est icones  
 utriusque Authoris nec inter se, nec cum nostrâ satis conformes.  
 Hujus flores proprii sunt Umbellatæ, non Vulgaris : Folia vero sub-  
 lobata, crenata ad Hydr. Americanam pertinent.

## GENUS XC. CAUCALIS.

Char. Gener. *Cor.* radiatæ : disci masculæ. *Petala* inflexo-emarginata;  
*Fructus* fetis hispidis. *Involucra* *integra*. Lin. sy. pl. G. 362.

Sp. 1. CAUCALIS ORIENTALIS.  $\beta \dots \alpha$  Cay hot gal.

Differ. spec. Cauc. *umbellis* patentibus : *foliolis* partialibus suprade-  
 compositis, laciniatis, lacinulis linearibus. Lin. sp. 5.

Hab; & notæ. *Caulis* herbaceus, teres, rectus, striatus, ramosus,  
 3-pedalis. *Folia* pinnato-incisa, laciniata, glabra. *Flos* *umbellis*  
 compositis, patentibus : *radiis* universalium longis, inaequalibus,  
 partialium brevissimis : *involucris* utriusque integris, subulatis, radio  
 brevioribus. Flores flosculosi subnudi. *Fructus* ovato-olongus, echi-  
 nato-hispidus, 2-spermus, cortice persistente, intus striatus.

Habitat inulta Cantone, & alibi.

Caucalis Cafcalitra. Bellon. it. l. 3. c. 49. fig. ibi. Caucalis Orientalis  
 altissima. Tournef. Corol. p. 23.

## GENUS XCI. DAUCUS.

Char. Gener. *Cor.* sub-radiatæ. *Flocculi* disci abortivi. *Fructus* pilis hispidus. Lin. sy. pl. G. 364.

Sp. 1. DAUCUS CAROTA. § Hù là pī. a Hò la bæc.

Differ. spec. Dauc. *seminibus* hispidis: *petiolis* subitus nervosis. Lin. sp. 1.

Hab; & notæ. *Caulis* sesquipedalis, annuus, crassus, hispidus, albinicans: *radice* fuliformi, carnosâ, croceâ, esculentâ. *Folia* minutissimæ pinnatifida: *petiolis* nervosis, amplexicaulis, reclinatis. *Flos* albus: *umbellis* partialibus, plurimis, convexis: *involucris* omnibus laciniatu-linearibus. *Semina* parva, hispida.

Habitat Cantone Sinarum: indeque in Cochinchinam translata.

Thunb. Jap. pag. 117. *Pastinaca tenuifolia*, sativa, radice luteâ. Bauh.

Pin. p. 151. n. 5.

Virt. herbeæ, & radicis. Aperiens, Diluens, Diuretica. Semina carminativa.

## GENUS XCII. ATHAMANTA.

Char. Gener. *Fructus* ovato-oblongus, striatus. *Petala* inflexa, emarginata. Lin. sy. pl. G. 369.

Sp. 1. ATHAMANTA CHINENSIS. a Xà sing. § Xé chōan.

Differ. spec. Ath. *seminibus* membranaceo-striatis: foliis supra-decompositis, lævibus, multifidis. Lin. sp. 9.

Hab; & notæ. *Caulis* annuus, 2-pedalis, lævis, teres, erectus, albus, ramosus. *Folia* pinnato-multifida, glabra, viridi-palliida, odora. *Flos* albus, *umbellis* compositis, convexis, densis, æquibus, plurimis: *involucellis* partialibus linearibus, integris. *Flocculi* omnes fertiles, *corollis* emarginatis, sub-inflexis. *Semina* minuscula, ovata, 5-crenata, subcoriacea, aromatica. glabra.

Habitat in Cochinchinâ, & Chinâ culta, spontaneaque.

Virtus: seminum. Resolvens, Diuretica, Emmenagogue, Deobstruens.

Valde proficua in morbis uteri. Externè valet contra cutis pruritum, & pustulas, maximè si adjungatur curcuma.

## GENUS XCIII. SIUM.

Char. Gener. *Fructus* subovatus, striatus. *Involucrum* polyphyllum. • *Petala* cordata. Lin. sy. pl. G. 378.

Sp. 1.

Sp. 1. SIUM SISARUM. & Xuči kin. & Rau kan muč.

Differ. spec. Siuum : *foliis* pinnatis, floralibus 3-natis. Lin. sp. 4.

Hab ; & notæ. *Caulis* annuus, 3-pedalis, sub-erectus, teres, *fructus* albus, subsimplex. *Folia* pinnata, ramea 3-nata, serrato-incisa, glabra. *Flos* albus, *umbellis* compositis : *involucellis* universaliibus, & partialibus polyphyllis, integris. *Semina* ovata, striata.

Habitat loca aquosa in Chinā, & Cochinchinā, ubi colitur.

Uſus : Culinaria. Caules tenaces : folia, & fructus subodorati.

Hort. Cliff. p. 98. Sifarum Germanorum. Bauh. p. 155. n. 1.

Sp. 2. SIUM GRÆCUM. & Rau kan hoang.

Differ. spec. Siuum : *foliis* omnibus bipinnatis. Lin. sp. 8.

Hab ; & notæ. *Caulis* annuus, 1-pedalis : *ramis* procumbentibus, aliquando repensibus. *Folia* pinnata, pinnatifida, glabra. *Flos* albus, *umbellis* compositis, parvis : *involucro* universalis nullo : partialibus 1-phyllois, reflexis. *Petala* cordata, sub-inflexa. *Semina* ovata, striata, glabra.

Habitat ubique incultum in hortis Cochinchinæ : puto, quod etiam in Chinā, quamvis non viderim.

Siuum foliis duplicato-pinnatis. Lin. Cliff. p. 98. n. 4. Liguisticum Græcum folio Apii. Tourn. Corol. p. 23.

Virtus : præcipue feminum. Diuretica, carminativa. Folia edulia.

Observ. Defectu involucri universalis ad Chærophyllum accedit. Sapor, odor, semina Sii sunt propria. Puto, quod Siuum Decumbens (Flor. Jap. p. 118.) eadem sit planta.

### GENUS XCIV. BUBON.

Char. Gener. *Franctus* ovatus, striatus, villosus. Lin. sy. pl. G. 380.

Sp. 1. BUBON MACEDONICUM. & Hoa Khom.

Differ. spec. Bub. *foliis* rhomboe-ovatis, crenatis : *umbellis* numerosissimis. Lin. sp. 1.

Hab ; & notæ. *Caulis* annuus, erectus, rectus, 2-pedalis : ramis multis ascendentibus. *Folia* caulina rhomboe-ovata, incisa : ramea oblonga, minuscula, irregularia. *Umbella* plurimæ subplanæ : involucro universalis, partialique. *Corolla* petalis lanceolato-ovatis, sub-inflexis. *Fructus* oblongo-ovatus, striatus, villosus, tenuis, fuscus, odoratissimus.

Habitat cultum, nec raro in hortis metropolis Huœe Cochinchinæ.

Apium Macedonicum Bauh. Pin. p. 154. n. 12. Levisticum Indicum.

Rumph. Amb. l. 8. c. 60. t. 93. f. 3. Ubi icon. non optima. Uſus ad

Z ii im-

imbuendas odore vettes : qui odor vehemens quidem , sed aliquantulum nauseofus Europaeis.

Virtus Medica : totius plantæ , præcipue seminum. Diuretica , Emmenagogia , Carminativa .

### GENUS XCV. LIGUSTICUM.

Char. Gener. *Fruictus* oblongus , 5 - sulcatus utrinque. *Cor. æquales* : petalis involutis , integris. Lin. sy. pl. G. 376.

Sp. 1. LIGUSTICUM SCOTICUM. a Rau kan nhâ.

Differ. sp. Lig. foliis bibernatis. Lin. sp. 2.

Hab ; & note. *Caulis* erectus , teres , crassiusculus , striatus , sub-fuscus , 2 - pedalis. *Folia* bibernata , decomposita alia , acute incisa , pauca , coloris obscurō-viridis , nitidi. *Flos* albus , umbellis compositis , planis , magnis : *involucris* linearibus universali , & partiali : *Fructus* oblongus , utrinque 5 - sulcatus , calyce 5 - fido , permanente cinctus. *Corolle* æquales , petalis integris. Planta esculenta , odore , & sapore Sii Græci.

Habitat cultum in Cochinchinâ.

Sefeli maritimum scoticum Herm. Parad. t. 227. Levisticum foliis bibernatis Hill. Brit. herb. p. 410. t. 58. f. 15.

### GENUS XCVI. CORIANDRUM.

Char. Gener. *Cor. radiata* : *Petala* inflexo-emarginata. *Involucrum* universale 1 - phyllum. Partialia dimidiata. *Fructus* sphæricus. Lin. sy. pl. G. 386.

Sp. 1. CORIANDRUM SATIVUM. a Xe hú yá. a Rau ngò tau.

Differ. spec. Cor. fructibus globosis.

Hab ; & note. *Callis* annus , erectus , teres , crassiusculus , rubescens , sesquipedalis , ramis afflurgentibus. *Folia* multifida , lacinias linearibus. *Flos* albus , sub-rubescens : *umbellis* compositis , paucifloris : *involucro* universali sœpius nullo : partialibus 1 - phyllis , lanceolatis , integris. *Fructus* globosus , simplex , odorus.

Habitat , & colitur in Chinâ , raro in Cochinchinâ.

*Coriandrum* maius. Bauh. Pin. pag. 158. n. 1.

Virtus : seminum. Hypnotica , Carminativa. Usus herbae Culinaris ; frequens.

Sp. 2. CORIANDRUM TESTICULATUM. a Rau ngò : Hô noi.

Differ. spec. Cor. fructibus didymis. Lin. sp. 2.

Hab ;

Hab; & note. *Caulis* annuus, sub-erectus, teres, pallidus 10-pollinis: ramis multis diffusis, debilibus. *Folia* polyfida, lacinis linearibus, tenuibus, glabris. *Flos* albus umbellis compositis, parvis, concavis: *involucris*, tam universali, quam partialibus, polyfidis, subulatis. *Fruktus* didymus, fusco-viridis, odore, & sapore praetantior Coriandro Sativo.

Habitat, & colitur abundanter per totam Cochinchinam.

Ufus idem, qui praecedens.

*Coriandrum* minus Testiculatum. Bauh. Pin. pag. 158. n. 2. Pluk. tab. 169. f. 2.

### GENUS XCVII. ANETHUM.

Char. Gener. *Fruktus* subovatus, compressus, striatus. *Petala* involuta, integra. Lin. sy. pl. G. 394.

Sp. 1. ANETHUM FœNICULUM. § Hœi hiam. α Tieu hoi.

Differ. spec. An. *fructibus* ovatis. Lin. sp. 3.

Hab; & notæ. *Caulis* annuus, 3-pedalis, erectus, teres, albicans, ramosus. *Folia* glabra, alterna, petiolata, cineracea, odora, dulcia, bipinnata, pinnatifida, lacinia filiformibus, longis. *Flos* luteus, umbellis compositis, magnis, sub-planis: *involucro* nullo. *Corolla* omnes fertiles, petalis ovatis, apice involutis. *Semina* compresso-ovata, striata, marginata.

Habitat abundanter in China: colitur etiam in Cochinchinâ.

Virtus: totius herbae. Diuretica, Resolvens, Stomachica, Cephalica. Semina carminativa, lactifera. Ufus etiam culinaris, dulcis, odoratus, gratus.

Fœniculum Vulgare. Hill. Brit. herb. p. 413. t. 59. f. 5. Anethum Fœnic. Thunb. Jap. p. 120.

### TRIGYNTA.

### GENUS XCVIII. SAMBUCUS.

Char. Gener. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-fida. *Bacca* 3-sperma. Lin. sy. pl. G. 402.

Sp. 1. SAMBUCUS NIGRA. § U chū yō, α Ngò chau dau.

Differ. spec. Samb. *Cymis* 5-partitis: *caule* arboreo. Lin. sp. 3.

Hab; & notæ. *Caulis* arboreus, 8-pedalis: *ramis* patentibus. *Folia* lato-lauceolata, pinnata, 2-juga, integerima, glabra, ad apicem rubescens. *Flos* sub-terminalis, *cymis* 5-partitis, & 3-partitis: pedun-

pedunculis longis, sub-equalibus. *Fructus* bacca rotunda, minuta; rubro-fusca, 3-sperma, infera.

Habitat in montanis Sinenibus.

Thunb. Japon. p. 126. *Sambucus fructu in umbellâ nigro*. Bauh. Pin. 456. n. 1.

Virt. Baccarum. Attenuans, Diuretica, Diaphoretica. Medici Europæi Refrigerantem: Sinenses contra valde calefacientem esse sentiunt: utuntur præcipue in frigiditate extreborum, & doloribus, aut debilitate inde ortis.

### GENUS XCIX. SAROTHRA.

Char. Gener. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-petala. *Caps.* 1-locularis, 3-valvis, colorata. Lin. sy. pl. G. 414.

Sp. 1. SAROTHRA GENTIANOIDES. a. Cay cu già. Lin. sp. 1.

Differ. spec. Sar. *foliis* subulatis: *floribus* spicatis.

Hab; & notæ. *Caulis* herbaceus, 2-pollicaris, erectus, simplicifimus. *Folia* subulata, sessilia, minuta: *villus* capitatis superius consistit: juniora involuta, seniora reflexa. *Calyx* ruber, 5-partitus, inferus. *Cor.* 5-petala, membranacea, tenuissima, calyce longior, patula. *Filamenta* 5, capillaria: *antheris* subrundis. *Styli* 3, corollæ æquales, profundè 3-fidi: *stigmatibus* simplicibus. *Capsula* rubra, 3-locularis, 3-valvis, polysperma. *Flos* axillaris, spicis simplicibus, erectis.

Habitat in locis arenosis Cochinchinæ, prope Metropolim.

Centaurium minus, spicatum, angustissimo folio. Pluk. Mant. 43. tab. 324. f. 4.

### GENUS C. TAMARIX.

Char. Gener. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5. *Caps.* 1-locularis, 3-valvis. *Semina* papposa. Lin. sy. pl. G. 405.

† Sp. 1. TAMARIX CHINENSIS. b. Cuôn nhâm lão.

Differ. spec. Tam. *foliolis* alternis: *spicis* terminalibus: *petalis* erectis.

Hab; & notæ. *Arbor* mediocris: *ramis* patentibus: *ramulis* tenuissimis, longis, nutantibus. *Folia* minutissima, acuta, imbricata. *Flos* rubescens, terminalis, paniculâ vastâ, compositâ spiculis linearibus, longis, tenuibus. *Cal.* brevis, 5-partitus. *Corolla* petala 5, linearia, erecta. *Capsula* triquetra, colorata, 3-valvis, 1-locularis, polysperma. *Semina* matura non vidi, adeoque judicare non potui

potui an sint papposa? *Stamina* habet quinque.  
*Habitat* in provinciâ Cantonensi Sinarum.  
*Observ.* Coheret cum Tam. Gallicâ Staminibus Pentandris: sed dif-  
ferit foliolis alternis, ramulis nutantibus, petalis erectis, termina-  
libus. Magis convenire videtur cum Tam. Orientali (Tournef. Corol. p. 45., & Forsk. Arab. p. 206.) quamvis nec cum istâ in to-  
tum conveniat.

## GENUS CL. RHUS.

*Char. Gener.* *Cal.* 5 - partitus. *Petala* 5. *Bacca.* 1 - sperma. *Lin. sy.*  
*pl. G.* 399.

*Sp. 1. RHUS JAVANICUM.* a Xiong tsit.

*Differ. Spec.* Rh. *foliis* pinnatis, ovatis, acuminatis, ferratis, sub-  
tus tomentosis. *Lin. sp. 3.*

*Hab;* & note. *Arbor* magna: *ramis* patentibus. *Folia* imparipinna-  
ta, 5 - juga, aliquando decurrentia: *foliolis* ovatis, acuminatis,  
obvè ferratis, subtus tomentosis, coloris obscuro-viridis. *Flos* al-  
bus, terminalis, racemis laxis, magnis, erectis. *Corolla* petala 5,  
striata, campanulata, calyce longiora: *antheris* 5, sessilibus, mi-  
nimis. *Styli* 3, breves. *Bacca* subrotunda, parva, 1 - sperma.  
*Habitat* in fylvis Cantonienibus Sinarum.

*Osbeck.* Itin. Chin. Thunb. Jap. p. 121.

*Usus.* Ex baccis contusis, & aquâ coctis extrahunt Sinenses oleum,  
quo pro vernice utuntur, pulchro quidem, sed nitore minus con-  
tante.

## GENUS CL. BASELLA.

*Char. Gener.* *Cal.* 0. *Cor.* 7 - fida: *Iaciniis* binis oppositis latioribus;  
*tandem* baccata. *Semen* 1. *Lin. sy. pl. G.* 413.

† *Sp. 1. BASELLA NIGRA:* a Cey Boung, tel. a Lö qui.

*Differ. Spec.* Bas. *foliis* rotundo-ovatis: *spicis* lateralibus.

*Hab;* & note. *Caulis* perennis, volubilis, tenuis, teres, succulen-  
tus, ramosus. *Folia* lato-ovata, crassa, glabra, integerrima, alter-  
na, petiolata. *Flos* albo-violaceus, lateralis: *spicis* simplicibus, lon-  
gis, paucifloris, solitariis. *Calyx* squamæ 3, subrotundæ, acumi-  
natae, minima. *Corolla* 1 - petala: tubo brevi, ventricoso: limbo  
6 - fido, *laciñis* ovatis, concavis, inflexis, subclausis. *Filamenta*  
5, subulata, corollâ breviora, tubo insidentia: *antheris* subrotun-  
dis. *Germen* superum, subrotundum, 4 - lobul. *Styli* 3, breviores  
flami-

- staminibus : *stigmatibus* oblongis. *Pericarpium* bacca subrotunda , aquosa , nigerrima , parva , 4-loba , apice 4-fida , laciniis obtusis , concavis. *Semen* 1 , subrotundum.
- Habitat iu Cochinchinâ , & Chinâ , agrestis , cultaque , per sepes , & crates hortorum implicata.
- Gandola Alba. Rumph. Amb. l. 9. c. 50. t. 154. f. 2.
- Observ. Planta Rumphiana foliis acutis , floribus campaniformibus , 5-fidis , albis , & baccâ irregulariter angulofâ aliquantum a nostrâ differt : spicas autem laterales in utrâque consentiunt ; cum Linnæanæ species Alba , & Rubra pedunculis gaudeant simplicibus. An vero corolla ipsa in baccam formetur ? non notavi. Videtur potius , quod non ; siquidem matura bacca servat eandem formam quadrilobam , quam habebat germen , & a quâ dissidebat corolla tubo simpliciter ventricoso , nec lobato : limbo 6-fido.
- Virtus : foliorum. Lubricans , Eccoprotica. Uſus esculentus.

## † GENUS III. TRICEROS.

## Descriptio Naturalis.

- Cal. Perianthium 5-phylum , inferum , persistens : foliolis acutis , patentibus.
- Cor. Petala 5 , oblonga , patentia , calyce longiora.
- Stam. Filamenta 5 , capillaria , corollæ subæqualia. Antheræ 2-loculares , ovatae.
- Pist. Germen subrotundum , inæquale. Styli 3 , breves , basi invicem distantes. Stigmata simplicia.
- Peric. Bacca coriacea , inferius rotunda , apice 3-cornis , 3-locularis , 2-sperma.
- Sem. Subrotunda , acuminata.
- Nom. ( *Képs cornu* , *τρίς* ter ) a bacca tricorni.

Char. Gener. *Cal.* 5-phillus. *Cor.* petala 5 , oblonga. *Bacca* supera , 3-locularis , 2-sperma.

- † Sp. 1. TRICEROS COCHINCHINENSIS. a Cey au rang.
- Differ. Spec. Tric. *foliis* ovatis , quinatis : *racemis* terminalibus.
- Hab. *Arbor* mediocris : *ramis* patentibus. *Folia* impari-bipinnata , 2-juga : *foliolis* ovatis , acuminatis , ferratis , duris. *Flos* albus , racemis laxis , subterminalibus. *Bacca* parva , inutilis.
- Habitat inulta in montibus Cochinchinæ.

## GENUS CV. PHARNACEUM.

Char. Gener. *Cal.* 5 - phyllus. *Cor.* o. *Capitula* 3 - locularis, polysperma. Lin. sy. pl. G. 410.

Sp. 1. PHARNACEUM MOLLUGO. & Co ding.

Differ. spec. Ph. *pedunculis* unifloris lateralibus : *floribus* longitudine foliorum : *caule* depresso. Lin. sp. 2.

Hab. ; & note. *Caulis* annuus, cespitosus, procumbens, teres, geniculatus, ramosus, dichotomus. *Folia* lanceolata, integerrima, glabra, inaequalia, crassa, verticillata, 4, 5. *Flos* albicans minimus, pedunculus solitarius, tenuibus axillaribus, monofloris. *Petala* 5, linearia, bifida. *Stamina* 5. *Style* 3. *Capitula* 3 - locularis, polylperma. *Semina* minutissima.

Habitat in cultum in hortis Cochinchinæ.

Alsine erecta pentaphylla, flore albo. Burm. Zeyl. pag. 13. t. 7.

Virt. totius herbe. Refrigerans, Abstengens.

Sp. 2. PHARNACEUM INCANUM ? & Co mt.

Differ. spec. Ph. *pedunculis* communibus longissimis : *foliis* linearibus. Lin. sp. 4.

Hab. ; & note. *Caulis* herbaceus, erectus, 8 - pollicaris. *Folia* linearia, opposita, glabra, integerrima. De stipulis, non meuni. *Flos* albicans, paniculatus, pedunculo communi longissimo. *Capitula* 3 - locularis, polysperma.

Habitat in hortis, & agris Cochinchinæ.

Hortus Cliff. pag. 492.

## PENTAGYNYA.

## GENUS CV. CRASSULA.

Char. Gener. *Cal.* 5 - phyllus. *Petala* 5. *Squame* 5, nectariferæ ad basim germinis. *Capitula* 5. Lin. sy. pl. G. 423.

Sp. 1. CRASSULA PINNATA. & Gay bap. benth.

Differ. spec. Cras. *foliis* pinnatis : *caule* arboreo. Lin. Jun. sup. p. 191.

Hab. ; & note. *Radix* lignosa, magna, verticalis, sœpe indivisa. *Caulis* fruticosus, crassus, erectus, 6 - pedalis, ramis assurgentibus, rectis. *Folia* impari-pinnata, multijuga : *petiolis* longis, tenuibus, erectis, connato-vaginatis, rubrofulcis : *foliolis* oblongis, obtusis, integerrimis, crassis, sessilibus, subbus tomentosis, superius nitidis. *Flos* rubro-fuscus, parvus : racemis compositis, erectis :

Aa

ctis :

*ctis*, subterminalibus : *calyce* 5-partito, minimo. *Corolla* petala 5, infera, oblonga, carnosa. *Filamenta* 5, subulata, pilosa, rubra : *antheris* subrotundis. *Nectarium* squamis 10, oblongis, luteis. *Stigmata* 5, sessilia. *Pericarpium* capsule 5, parvæ, 2-spermæ, introrsum dehiscentes.

Habitat agrestis in locis arenosis Cochinchinæ. Foliola ibi non sunt cordata, nec petiolata, nisi petiolo communi, prout de Chinensi (quam non vidi) Linnæus asserit. suppl. pl. p. 191.

Virtus : radicis. Aperiens, Attenuans, Deobstruens Emmenagoga. Prodest in Ictero, Hydrope, Cachexia, febribus diuturnis. Foliorum decoctum scabiem abstergit. Eadem folia ad tingendas telas colore nigro usurpantur. Planta tota amarissima.

## GENUS CVI. DROSERA.

Char. Gener. *Cal.* 5-fidus. *Petala* 5. *Capsula* 1-locularis, apice 5-valvis. *Semina* plurima. Lin. sy. pl. G. 421.

Sp. 1. DROSERA ROTUNDIFOLIA. & Co tlon gd.

Differ. Spec. Dr. *scapis* radicatis : *foliis* orbiculatis. Lin. sp. 1.

Hab ; & note. Caulis nullus. *Folia* turbinato-orbiculata, villosa, rubra, multa, sub-petiolata, in orbem strata. *Scapus* nudus, 6-pollicaris, teres, rectus, indivisus : *spicæ* subfimisci terminali, paucifloræ : *calyce* 5-fido, infero : *corollæ* 5-petalæ, albæ, patente. *Capsula* 1-locularis, 5-valvis, polysperma.

Habitat in locis humidis Cochinchinæ.

Ros solis, foliis circa radicem in orbem dispositis. Burm. Zeyl. pag. 207. tab. 94. f. 2. Ros solis folio rotundo. Bauh. Pin. p. 357. n. 1.

† Sp. 2. DROSERA UMBELLATA. & Ku tsim tsao. & Kouc tinh tho.

Differ. Spec. Dr. *scapis* radicatis : *foliis* ovatis : *strobis* umbellatis.

Hab ; & note. Caulis nullus. *Folia* ovalia, petiolis longis circumfracta. *Scapi* variis, nudi, 5-pollicares, terminati umbellula sub-5 florâ : *corollæ*, 5-petalis. Florem recentem, & pericarpium non vidi ; ideoque de genere incertus maneo, quamvis habitus ad Drosoram pertinere videatur.

Habitat in Chinâ.

## GENUS CVII. ARALIA.

Char. Gener. *Involucrum* umbellulæ. *Cal.* 5-dentatus, superus. *Cor.* 5-petala. *Bacca* 5-sperma. Lin. sy. pl. G. 417.

Sp. 1.

† Sp. 1. ARALIA OCTOPHYLLA.  $\alpha$  Chim chim nha.  
Differ. spec. Ar. caule arboreo inermi : foliis digitatis, octonis : panicula umbellata.

Hab ; & notæ. Arbor 10-pedalis, expansa, inermis. Folia digitata, 8-nata, petiolis longis : foliolis oblongis, obtusis, integerrimis, glabris, petiolatis, inaequalibus, in orbem dispositis. Flos luteus, rubro conspersus : panicula vasta, terminali, in umbellas definita : involucro nullo. Calyx truncatus, superus. Corolla petala 5, oblonga, patentia. Stigmata 5, sessilia. Bacca parva, ovata, 5-sperma : feminibus oblongis.

Habitat in Cochinchinâ tam culta, quam spontanea.

Virtus : corticis, & foliorum. Aperiens, Diuretica, Diaphoretica. Ejus sal fixum, vel Cinis multum valet contra hydropem.

Obser. Nascitur prope Cantonem in Sinis hujus plantæ varietas, nisi velis species, caule, foliis, & habitu florum omnino similis : differt autem staminibus 10, & stigmate 10-fido.

† Sp. 2. ARALIA PALMATA.  $\alpha$  U kia pi.  $\alpha$  Ngu già bi.

Differ. spec. Ar. caule scandente, aculeato : foliis 5-lobatis : umbellis simplicibus, lateralibus.

Habit ; & notæ. Caulis fruticosus, scandens, multiplex, aculeatus. Folia palmata, 5-lobo, magna, sparsa, petiolis longis. Flos albus, umbellis simplicibus, solitariis, lateralibus : involucro nullo.

Aculei caulini recurvi, sparsi : petiolorum, & peduncularum nulli. Habitat agrestis in Chinâ. Differt ab Aralia Chinensi Linæi, in quâ folia sunt pinnata, petioli aculeati, flores paniculâ ramosæ.

Virtus : corticis. Resolvens, Mundificans. Usus in scabie, & in hydrope.

Sp. 3. ARALIA CHINENSIS.  $\alpha$  Cây Quòng.

Differ. spec. Aral. caule, petiolisque aculeatis : foliolis inermibus ; villosis. Lin. sp. 3.

Hab ; & notæ. Frutex scandens, aculeatus, acirrus, longus, teres, ramosus. Folia pinnata cum impari, oblongo-ovata, acuminata, ferrata, glabra, parva, inermia, petiolis aculeatis. Flos albus, subterminalis : paniculis magnis, in umbellas definitibus : pedunculis aculeatis, longis. Calyx campanulatus, deciduus, 5-fidus, laciniis acutis. Corolla petala 5, lanceolata, reflexa, 2-falcata, calyce duplo longiora. Filamenta 5, subulata, corollæ subæqualia, receptaculo insidentia. Antheræ ovatæ incumbentes. Germen subrotundum. Stylus sub-nullus. Stigmata 5, oblonga, reflexa. Pericarpium bacca rotunda, nigerrima, 5-falcata, 1-locularis, 5-sperma : feminibus introrsum angulatis, extrorsum convexis, oblongis.

Aa ii

Habi-

Habitat per sepes scandens in Cochinchinā: valde infensa viatoribus; quorum vestes, vel carnes mordicus tenet, & lacerat aculeis plurimis, aduncis.

Burm. Ind. pag. 78. Frutex baccifer, Malabaricus, floribus umbellatis, pentapetalis, fructu nigrante, polyspermo. Raj. hist. 163. Frutex Aquofus, mas. Rumph. Amb. I. 6. c. 50. t. 44.

Observ. In Amboinā, Rumphio teste, semper arborescit, & in sylvis quidem ad magnam altitudinem: non ita in Cochinchinā, ubi semper procumbens, vel scandens longè extenditur. Foliaque ita sunt opposita, ut bipinnata dici possint.

C L A S S I S VI.  
H E X A N D R I A.  
M O N O G Y N I A.

\* *Flores calyce, corollaque, instruēti.*

1. BROMELIA.

*Cor. 3 - petala. Cal. 3 - partitus, superus. Baccæ.*

† 2. FLOSCOPA.

*Cor. 3 - petala. Cal. 3 - fidus, inferus. Caps. 2 - locularis.*

3. TRADESCANTIA.

*Cor. 3 - petala. Cal. 3 - phyllus, inferus. Filamenta barbata.*

† 4. ONCUS.

*Cor. 6 - fida. Cal. 2 - phyllus inferus. Baccæ 3 - locularis.*

5. CANARINA.

*Cor. 6 - fida. Cal. 6 - phyllus, superus. Caps. 6 - locularis.*

6. LORANTHUS.

*Cor. 6 - partita. Cal. 3 - phyllus, inferus. Baccæ 1 - sperma.*

† 7. HEXANTHUS.

*Cor. 6 - partita. Cal. communis, 6 - phyllus, 6 - florus. Baccæ 1 - sperma.*

8. DRACÆNA.

*Cor. 6 - partita. Baccæ 3 - locul., 1 - sperma.*

\*\* *Flores spathacei.*

9. CRINUM.

*Cor. supera, 6 - fida : basi tubulosa. Stamina distantia.*

10. PONTEDERIA.

*Cor. supera, 6 - fida, ringens.*

11. LEUCOIVM.

*Cor. supera, 6 - petala, campanulata. Stamina æqualia.*

12. AMARYLLIS.

*Cor. supera, 6 - petala, campanulata : stamina inæqualia.*

13. HYPOXIS.

*Cor. supera, 6 - petala. Spathæ glumaceæ.*

† 14. LIRIOPE.

## HEXANDRIA.

*Cor. infera, 6-partita. Bacca 1-sperma.*

15. ALLIUM.

*Cor. infera 6-petala. Pet. ovata, scissilia.*

## \*\*\* Flores nudi.

16. ALOE.

*Cor. infera, 6-fida. Filamenta receptaculo inserta.*

17. ALETRIS.

*Cor. infera, 6-fida, rugosa.*

18. POLYANTHES.

*Cor. infera, 6-fida: tubo curvato.*

19. HEMEROCALLIS.

*Cor. infera, 6-partita. Stam. declinata.*

20. ORNITHOGALUM.

*Cor. infera, 6-petala: filamentis alternis basi dilatatis.*

21. FRITILLARIA.

*Cor. infera, 6-petala, basi fovea nectarifera, ovata.*

22. LILIUM.

*Cor. infera, 6-petala: petalis basi canaliculato-tubulosis.*

## \*\*\*\* Flores incompleti.

23. ORONTIUM.

*Spadix cylindricus. Folliculus 1-spermus.*

24. ACORUS.

*Spadix cylindricus. Caps. 3-locularis.*

25. CALAMUS.

*Spadix ramosus. Bacca 1-sperma, retrorsum squamosa.*

26. FLAGELLARIA.

*Spadix ramosus. Bacca 1-sperma, laevis.*

27. CORYPHA.

*Spadix ramosus. Drupa 1-sperma.*

28. JUNCUS.

*Cal. 6-phyllos. Caps. 1-locularis.*

## DIGYNIA.

29. ORYZA.

*Gluma 1-flora. Cor. 2-valvis. Sem. 1. oblongum.*

## TRIGYNA.

30. MELANTHIUM. *Cal. o. Cor. 6-petala, infera: petalis staminiferis.*
31. RUMEX. *Cal. 3-phyllos. Cor. 3-petala, infera. Semen 1, triquetrum.*

## TETRIGYNIA.

- † 32. SPATHIUM. *Cal. spatha subrotunda. Cor. o. Baccæ quatuor, 1-spermæ.*

## MONOGYNIA.

## GENUS I. BROMELIA.

Charact. Gener. *Cal.* 3 - fidus, superus. *Petala* 3 : squamâ uectarifera ad basim. *Bacca* 3 - locularis. Lin. sy. pl. G. 427.

Sp. 1. BROMELIA ANANAS. a. Tidi Thom.

Differ. Spec. *Brom. foliis* ciliato-spinosis : *spicâ* comosâ. Lin. sp. 1.  
*Hab.* & notæ. *Caulis* 1 - pedalis, perennis, crassus, teres, erectus, foliis ad basim imbricatus, fructu magno, solitario terminatus. *Folia* 3 - pedalia, subulata, margine utique spinosa, canaliculata, crassa, cinereo-glauea, glabra, reclinata. *Bacca* composita, 8 pollices longa, cylindracea, saepe sub-conica, ovata, aut subrotunda, diametro 5 - pollicari, rubra, squamoia. *Flores* nitide purpurei, singulis bacca singulari adnati, supra medium exerti, ante maturascentiam baccas decidui. *Cal.* 3 - fidus, minimus. *Corolla* oblonga, campanulata, 3 - petala, in acutum definita. *Filamenta* 6, tenuia receptaculo infera. *Stigmata* 3 : *stylo* profundè 3 - sulcato, & in tres facilè divisibili. *Bacca* partiales inferae, oblongae, coalescentes, succosae, odorae, dulcissimae, sub-acide, sapidissimae, fuscobrunneae, 1 - loculares : feminibus tribus, longiusculis.

*Habitat* in magnâ copiâ in agris, & hortis Cochinchinæ, ubi, quamvis optima, vili pretio venditur, præcipue in provinciâ Doung-nai ad decimum gradum latitudinis Borealis.

*Anassa*. Rumph. Amb. 1. 8. cap. 41. tab. 81. Ananás. Tournef. Inst. p. 653. tab. 426, 427, 428. Acofta. Arom. p. 44.

*Virtus* : fructus. Diuretica, Stomachica. Ex fermentata fit vinum, & hujus spiritus, sapidum quidem, sed minus salubre.

*Varietas* Bromeliae occurrit, in Cochinchinâ dicta Thom nep, cuius fructus sapore non inferior, in maturascentia permanet viridis, & pulpa alba, sed specie non differens.

## † GENUS II. FLOSCOPA.

## Descriptio Naturalis.

*Cal.* Perianthium infundibuliforme, inferum, pilosum, coloratum ; persistens : limbo 3 - fido, lacinias ovatis, curvis, patentibus.

*Cor.* Petala 3, ovata, erecta, calyci, eequalia.

*Stam.* Filamenta 6, subulata, corollâ longiora. Antheræ lobis binis, subrotundis.

Pist.

Pist. Germen compresso-ovatum, 2 - lobum, superum. Stylus subulatus, inflexus, longior staminibus. Stigma crassiusculum.  
 Peric. Capsula sub-ovata, 2 - loba, 2 - locularis, 1 - sperma.  
 Sem. Compresso-ovara, cornea, sulcis multis in orbem radiata.  
 Nom. ab spicis in formam scopæ collectis, & fastigiatis.

Char. Genericus. *Calyx* 3 - fidus, inferus. *Petala* 3, ovata. *Capsula* 2 - locularis, 1 - sperma.

† Sp. 1. FLOSCOPA SCANDENS.  $\alpha$  Deei hoa chòi.

Differ. spec. Flosc. caule scandente : foliis lanceolatis : flore fastigiato.  
 Hab. *Caulis* fruticosus, scandens, inermis, acirrus, simplex, longus, teres. *Folia* lanceolata, integerrima, vaginantia, polynervia, basi ciliata, superius scabra, inferius lœvia, alterna. *Flos* parvus, dilute violaceus, pedunculo proprio brevissimo : spicis tenuibus, rigidis, fasciculatis, in formam scopæ fastigiatis.  
 Habitat agrestis in montibus Cochinchinæ.

GENUS III. TRADESCANTIA.

Char. Gener. *Cal.* 3 - phyllus. *Petala* 3. *Filamenta* villis articulatis.  
*Caps.* 3 - locularis. Lin. sy. pl. G. 430.

Sp. 1. TRADESCANTIA GENICULATA.  $\alpha$  Rau eo tia.

Differ. spec. Trad. procumbens, hirsuta. Lin. spec. 4.  
 Hab ; & notæ. *Herba* annua, caule procumbente, hirsuto, geniculato, rubro. *Folia* lanceolato-linearia, integerrima, crassa, lanuginea, pauca. *Flos* violaceus, polynatus, involucro communi polyphyllo : perianthio 3 - phyllo, acuto, erecto : petalis 3, erectis, calyce longioribus. *Filamenta* 6, ventricola (sicut etiam stylus) prope antheras villis multis coloratis circumdata. *Caps.* 3 - locularis.

Habitat inculta in agris, & sepibus Cochinchinæ.

Ranunculus, sive Damasonium repens, Parnassia foliis villosis. Plum. ic. 116. f. 2.

† Sp. 2. TRADESCANTIA VAGA.  $\beta$  Xit keăt houng.

Differ. spec. Trad. procumbens, hirsuta : spathis diphylis, imbricatis, lunatis : flore monopetalo.

Hab ; & note. *Planta* annua, hirsuta : radice indivisa, fasciculata : caule simplici, procumbente, quandoque repente. *Folia* oblonga, acuta, integerrima, striata, pilosa, basi vaginantia. *Flos* cyaneus, pedunculis axillaribus, longis, polyfloris : spathis diphylis, lunatis

tis, imbricatis. *Perianthium* semitrifidum, erectum, persistens. *Corolla* 1 - petala, limbo 3 - fido, aequali tubo. *Stamina* 6, aequalia, obsoita pilis multis, longis, cincinnatis. *Style* corollæ duplo longior: *stigma* simplici. *Capsula* supera, 3 - gono-oblonga, 3 - locularis, 1 - sperma: *seminibus* ovatis, glabris, collo constrictis. *Habitat* inculta Cantone Sinarum.

*Observ.* Hæc planta inter Tillandsiam, & Tradescantiam vacillat. Calyx, & corolla Tillandsiæ sunt: stamina, & capsula ad Tradescantium vergunt: semina, & stylus neutrī convenienter: habitus vero designat Tradescantium Cristatum Linnæi, sp. 6.

† *GENUS IV. ONCUS.*

*Descriptio Naturalis.*

*Cal* Perianthium 2 - phylum, foliolis acutis, erectis, parvis, basim corollæ amplectentibus.

*Cor.* Monopetala, subcampanulata, pilosa: tubo oblongo, hexagono, sursum dilatato: limbo 6 - fido, reflexo, parvo, lacinia suis fulbatis.

*Stam.* Filamenta 6, brevissima, basi laciniarum corollæ insistentia. Antheræ subrotundæ, minimæ.

*Pist.* Germen oblongum, superum, 6 - sulcatum, mediâ sui parte tubo corolla coalitum. *Style* brevis, 3 - partitus. *Stigmata* 3, oblonga, reflexa, apice 2 - fida.

*Peric.* *Bacca* corollina, oblonga, 6 - gona, 3 - locularis, polysperma. *Sem.* subrotunda.

*Nom.* (*Ογκός tumor*) a magno tubere, quo radix plantæ tumet.

*Char.* Gener. *Cal.* 2 - phyllus, inferus. *Cor.* 6 - fida, campanulata. *Bacca* 3 - locularis.

Sp. 1. *ONCUS ESCULENTUS.* α Khozi bzu.

Differ spec. *Onc.* scandens: *foliis* cordatis, subrotundis: *spicis* laxis. *Hab.* & note. *Frutex* scandens, teres, ramosus, inermis, acirrhous.

*Radix* tuber maximum, ovatum, inaequale, farinosum, edule. *Folia* cordata, subrotunda, acuminata, alterna. *Flos* pallidus, spicis laxis tenuibus, longis, subterminalibus.

*Habitat* in sylvis Cochinchinae.

*Observ.* Puto *Dioscoreæ* adscribi non debere, maximè ratione pericarpii, tum etiam calycis, corollæ, & floris hermaphroditæ a *Dioscoreæ* differentium.

GE-

## GENUS V. CANARINA.

Char. Gener. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* 6-fida, campanulata. *Stigmata* 6.  
*Capit.* infera, 6-locularis, polysperma. Lin. sy. pl. G. 480.

† Sp. 1. CANARINA ZANGUEBAR. γ  
Differ. spec. Canar. scandens : *capitulis* 6-locularibus : *foliis* hastatis, alternis.

Hab; & notæ. *Caulis* fruticosus, scandens, teres, laevis, ramosus.  
*Folia* cordato-hastata, integerrima, glabra, venosa, alterna, petiolata.  
*Flos* solitarius, lateralis, pallidus: *corolla* campanulata, 6-fida : *staminibus* 6. *Capitula* infera, sub-ovata, basi acuta, 6-nervis, 6-locularis, polysperma, basi dehiscentia. *Semina* cordata, compressa, ala turbinata cincta, odora.

Habitat inulta in orâ Africâ Zanguebar.

## GENUS VI. LORANTHUS.

Char. Gener. *Germen* inferum. *Cal.* o. *Cor.* 6-fida, revoluta. *Stamina* ad apices petalorum. *Bacca* 1-sperma. Lin. sy. pl. G. 478.

† Sp. 1. LORANTHUS COCHINCHINENSIS. α Nhánh goi nhọn lá.  
Differ. spec. Lor., *pedunculis* polyfloris, congestis : *foliis* acutis.  
Hab; & notæ. Planta parasitica, perennis, *caule* lignoso, tortuosus, brevi, ramosissimo. *Folia* ovato-lanceolata, integerrima, opposita, densa, glabra, incurva, reflexa. *Flos* viridi-luteus, axillaris, *pedunculis* polyfloris, congestus. *Perianthium* inferum, 3-phyllum, minimum. *Corolla* supera, 1-petala : tubo ampio, hexagono : limbo profundè 6-partito, lacinias lanceolato-linearibus, elasticè dehiscentibus, revolutis. *Stamina* 6. *Stylus* longior staminibus : *stigma* sphæriideo. *Bacca* inter calycem, & corollam, luteo-rubra, coronata : *semine* 1, ovato, 6-sulcata.  
Habitat in ramis arborum hortensium in Cochinchinâ.

## † GENUS VII. HEXANTHUS.

## Descriptio Naturalis.

*Cal.* Communis, 6-phyllus, patens, coloratus, foliolis subrotundis, concavis : continens 6 flosculos æquales. *Perianthium* proprium o.  
*Cor.* Monopetala, infundibuli-formis, infera : tubo infra medium imperforoso : limbo 6-partito, lacinias oblongis, tubo subæqualibus, patentibus,

Bb ii

Stam.

Stam. Filamenta 6, filiformia, sterilia, ori tubi insistentia, limbo subæqualia. Antheræ 6, ovatae, subfessiles, ad basim filamentorum sterilium insistentes.

Pist. Germen ovatum, supra medium tubi corollæ impositum. Stylus filiformis, corollâ longior. Stigma emarginatum.

Peric. Bacca ovata, 1 - sperma.

Sem. subrotundum.

Nom. Hexanthus a flosculis 6, calyci 6-phyllo inclusis.

Char. Gener. *Cal.* communis 6-phyllo : proprius o. *Cor.* 6-partita. *Bacca* 1 - sperma.

<sup>†</sup> Sp. 1. HEXANTHUS UMBELLATUS. a Cây Ngát.

Differ. spec. Hex. *foliis* oblongis : umbellis axillaribus.

Hab ; & notæ. *Arbor* mediocre, *ramis* patentibus. *Folia* ovato-oblonga, acuminata, integerrima, subtus venosa, pilosa, alterna, magna. *Flos* albo-viridis, *umbellis* parvis, axillaribus.

Habitat in montibus Cochinchinæ.

Us : ligni pro ædificiis.

### GENUS VIII. DRACÆNA.

Char. Gener. *Cor.* 6-partita, erecta. *Filam.* medio sub-crassiora. *Bacca* 3 - locularis, 1 - sperma. Lin. sy. pl. G. 458.

Sp. 1. DRACÆNA FERREA. a Cây phất dau. b Tsiết tsiao.

Differ. spec. Drac. *arborea*, *foliis* lanceolatis, acutis. Lin. sp. 2.

Hab ; & notæ. *Caulis* fruticosus, sub-simplicissimus, 8-pedalis, pollicem crassus, erectus, teres, nodosus, nodis approximatis, ex foliorum casu protuberantibus. *Folia* lanceolata, integerrima, sesquipedalia, erecta, glabra, petiolis amplexicaulinibus, colore fusco-rubra. *Flos* rubro-purpureus, subterminalis : *spadix* diffuso : *spatha* longa subulata, persistente. *Perianthium* proprium 3-fidum, cynthiaforme, parvum, persistens. *Corolla* campanulata, 6-partita, infera : lacinias oblonga, obtusis, patentibus. *Filamenta* 6, subulata, corollæ lacinia inservientia : *antheris* sagittatis, spice acuto, 2-fido. *Germen* ovatum. *Stylus* subulatus, crassus, 3-fidus, aquælis staminibus : *stigmatibus* simplicibus. *Pericarpium* *Bacca* ovata, rubra, parva, 3-locularis, 1-sperma, plerumque abortiens.

Habitat in Cochinchinæ. & Chian tam culta, quam agrestis.

Terminalis Rubra. Rumph. Amb. I. 6. c. 39. t. 34. f. 2.

Obser. Icon Rumphiana cum nostris cohæret : sed non secundum omnia descriptio. Eandem esse speciem præsumo, quam in Sinis observa-

servavit Osbeckius. Neuter illorum, nec aliis, quem sciam, veram, & accuratam descriptionem dedit; ideo præcedentem omittere non debui: ex quâ videtur ad familiam Palmarum accedere.

## Sp. 2. DRACÆNA ENSIFOLIA. a Cây huong lão.

Differ. spec. Drac. *herbacea*, subcaulescens: *foliis ensiformibus*. Lin. sp. 4.

Hab; & note. Planta herbacea, perennis, subcaulescens. *Radix horizontalis*, repens, sub-lignosa, odorifera, simplex. *Folia radicalia congesta*, ensiformia, crassa, striata, nitida, reflexa, 1-pedalia. *Scapus* 3-pedalis, inferius foliosus, superioris nudus, teres tenuis, declinatus: *floribus terminalibus*, sub-umbellatis. *Cal.* nullus. *Corolla* campanulata, patens: *petalis* 6, lanceolatis, exteriorius cœruleis, interiorius albis, parvis. *Filamenta* 6, patentia, basi dilatata. *Bacca* subrotunda, cœrulea, 3-sulcata, 3-locularis, polyperma, minuta.

Habitat in locis agrestibus Cochinchinæ.

*Gladiolus Odoratus*, Indicus. Rumph. Amb. I. 8. c. 25. t. 73.

Observ. Celeb. Linnei sententiam lecutus hanc plantam Dracæna adjunxi: proprio judicio ductus illam potius Ornithogalo adscriberem. Ulus. Ex radice contusa, simul cum aliis aromatibus formantur pastilli, & bacilli, qui fumum efflant odoratum, indiginis gratum. De coctum ejus in Medicinâ prodest contra dysuriam, gonorrhœam, & fluorem album.

## GENUS IX. CRINUM.

Char. Gener. *Cor. infundibuliformis*, 1-petala, 6-partita: laciniis tribus alternis uncinatis. *Germen* fundo corollæ tectum. *Stamina* distantia. Lin. sy. pl. G. 438.

## Sp. 1. CRINUM ASIATICUM. a Cây chua narc. à Mán sý lin.

Differ. spec. Crin. *foliis carinatis*. Lin. sp. 2.

Hab; & note. *Radix* bulbus solidus, turbinatus, radiculis longis, ramosis undique septus. *Caulis* brevis, crassus, tunicatus, albus, cœpæformis, perennis, simplicissimus. *Folia* 3-pedalia, 3 pollices lata, subulato-linearia, erecta, carinata, striata, crassa, imbricata. *Scapi* axillares, nudi, teretes, foliis æquales. *Flos* albus magnus, umbellâ simplici, planâ. *Involucrum* commune umbellæ oblongum: *calyx* proprius nullus. *Corolla* 1-petala, tubo longo, tenui: *limbo* 6-partito, laciniis subulato-linearibus, longis, reflexis. *Filamenta* 6, basi declinata, superioris erecto-curva, filiformia, corollæ æquales: *antheris* acutis, incumbentibus. *Carolle* laciniæ omnes æquales,

les, nec uncinatae. *Capsula* infera, subrotunda, incomptè lobata, 3-locularis, polysperma. *Stamina* distantia.

Habitat loca humida in Cochinchinâ.

*Radix Toxicaria*. Rumph. Amb. I. II. c. 45. t. 69.

Virtus hujus plantæ mihi non experta: a Rumphio magnis laudibus extollitui; tanquam promptissimum remedium contra ictus quoslibet venenatos, tam telis toxico imbutis, quam morsu animalium infictos. Masticata radix debet topicè applicari vulneri, & pars aliqua deglutiri, sic enim per vomitum venenum expellitur, & a vulnera pariter exhalatur. Tumens abdomen, & ædematoſos pedes etiam curari asserit, si plantæ hujus folia ad ignem calefacta tumori imponas, & comprimas.

Sp. 2. CRINUM ZEYLANICUM. ✱ Toi loi. & San toit.

Differ. spec. Crin. foliis scabro-dentatis: *scapo* compressiusculo. Lin. sp. 3.

Hab; & notæ. *Caulis* nullus. *Radix* bulbus magnus, subrotundus, tunicatus, albus. *Folia* lanceolato-linearia, 1-pedalia, sub-incurva, reflexa, crassa, glabra, nec dentata. *Scapus* polyflorus, brevis, compressus, umbellâ terminatus. *Flos* albus, involucro universali 2-valvi: *spatha* partiali 1-flora, simplici, lineari. *Corolle* tubus cylindricus, longus, limbus 6-partitus, reflexus, lacinias lanceolatis, nec uncinatis. *Filamenta* rubra, filiformia distantia, corolla aequalia: *antheris* linearibus, nutantibus. *Stylus* longior staminibus. *Stigma* simplex.

*Tulipa Javanica*. Rumph. Amb. I. 8. c. 80. t. 105. Lilio-narcissus, Zeylonicus, latifolius, flore niveo, linea purpurea striato. Commel. hort. I. p. 73. t. 73.

Habitat loca arenosa in Cochinchinâ, & China.

Virt. radicis. Incidens, Pellens, Diuretica. Frequenter usus sum loco Scilla, quam in Afîa non vidi, & similem virtutem habere cognovi. Heroicè operatur in tumore, duritate, & dolore ventris post partum, quando simul cum Circumâ rotundâ contusa, & calefacta, addito aceto, ventri apponitur, & lochia solvit.

#### GENUS X. PONTEDERIA.

Char. Gener. *Cor.* 1-petala, 6-fida, bilabiata. *Stam.* 3, apici, si-ve tubo corollæ inserta- *Caps.* 3-locularis. Lin. sp. pl. G. 431.

Sp. 1. PONTEDERIA CORDATA. ✱ Boung mac cay.

Differ. spec. Pont. foliis cordatis: floribus spicatis. Lin. sp. 3.

Hab; & notæ. Planta sub-acaulis. *Folia* cordato-sagittata, longa, glabra:

bra : petiolis subulatis , 2 - pedalibus. *Scapus* nudus , 4 - pedalis. *Flos* cæruleus , spicis longis , erectis , terminalibus. *Corella* patentissima 6 - partata , laciniis 3 interioribus ovatis , exterioribus oblongis , omnibus longitudine æqualibus. *Cal.* spatha. *Caps.* 3 - locularis.

Habitat in paludibus Cochinchinæ.

Burm. Ind. p. 80. Sagittariae similis planta palustris , Virginiana , spicæ florum cæruleæ. Morif. hist. 3. p. 618. t. 4. f. 8.

Sp. 2. PONTEDERIA HASTATA. a Roung mac la.

Differ. spec. Pont. *foliis* hastatis : *floribus* umbellatis. Lin. sp. 4.  
Hab ; & notæ. *Planta* sub-acaulis. *Folia* sub-hastata , glabra : petio-  
lis Crassis , diffusis , 2 - pedalibus. *Scapus* nullus. *Flos* cyaneus , um-  
bellæ sessili , prope apicem petioli in membranam dilatati erumpen-  
te. *Cal.* spatha. *Pedunculi* partiales longi. *Corolla* supera , 6 - parta-  
ta , inæqualis. *Capsula* ovata , 3 - locularis , polysperma. *Filamen-*  
*ta* 6 , corollæ insuffitrix.

Habitat prope ripas fluminis interfluentis metropolim Cochinchinæ.

Sagittaria Zeylanica , floribus e medio caulis prodeuntibus. Burm.  
Zeyl. p. 208. Sagittæ quodammodo similis planta Maderaspatana ,  
floribus medio caule , quasi ex utriculo prodeuntibus. Morif. hist. 3.  
p. 618. t. 4. f. 7.

### GENUS XI. LEUCOIUM.

Char. Gener. *Cor.* campaniformis , 6 - partita , apicibus incrassata. *Stig-*  
*ma* simplex. Lin. sy. pl. G. 434.

† Sp. 1. LEUCOIUM CAPITULATUM. a Hùynh ton.

Differ. spec. Leuc. *spathis* 1 - floris : *capitulis* radicalibus : *foliis* pli-  
catis.

Hab ; & notæ. *Planta* herbacea , perennis , sub-acaulis. *Radix* bulbus  
solidus , fusca , inæqualis. *Folia* lato-lanceolata , magna , duriuscula ,  
integerrima , in longitudinem plicata : *petiolis* crassis , 3 - que-  
tris , 1 - pedalibus , basi imbricatis. *Flos* capitulo magno subro-  
tundo : *pedunculo* communis radicali , ancipiti , brevi , crasso , refle-  
xo. *Calyx* spatha partialis , 1 - flora. *Corella* petala 6 , basi cohæ-  
rentia , subovata , inæqualia , apicibus , incrassata , interius coloris  
aurei , exterius fusca , pilosa. *Capsula* infera , 3 - gona , 3 - locula-  
ris , polysperma. *Stamina* 6 , brevia , æqualia. *Stigma* simplex.

Habitat inculta , non frequens , in Cochinchinæ.

## GENUS XII. AMARYLLIS.

Char. Gener. Cor. 6-petala, campanulata. *Stigma* 3-fidum. Lin. sy. pl. G. 439.

Sp. 1. AMARYLLIS SARNIENSIS. § Hiüien thao. x Tuyen thao.  
Differ. Spec. Amar. *spatba* multiflora: *corollis* revolutis: *genitalibus* erectis. Lin. sp. 8.

Hab; & noxae. *Radix* bullus ovatus, tunicatus. *Folia* radicalia, ensiformia, striata, glabra, reflexa. *Scapus* sesquipedalis, teres, nudus, foliis longior. *Spatba* multiflora, oblonga, obtusa: *floribus* paniculatis, 12 circitur. *Corolla* 6-petala, campanulata, revoluta: *petalis* lanceolatis, luteis, intus rubro punctatis: *staminibus* 6, longis, erectis. *Capsula* infera, 3-locularis, polylperma. *Stigma* 3-fidum.

Habitat, ob pulchritudinem culta in Sinis.

Thunb. Jap. p. 131. *Narcissus Japonicus rutilo flore*. Kaempf. Amæn. p. 872. Tourn. Inst. p. 386. t. 207. *Lilio-Narcissus Japonicus*.

## GENUS XIII. HYPOXIS.

Char. Gener. Cor. 6-partita, persistens, supera. *Caps.* basi angustior. *Cal.* gluma 2-valvis. Lin. sy. pl. G. 450.

## † Sp. 1. HYPOXIS AUREA. . . .

Differ. Spec. Hyp. acaulis, pilosa: *scapo* 1-floro: *capsulis* oblongis. Hab; et. Planta acaulis, annua. *Folia* subulata, canaliculata, reflexa, semipedalia, conserua. *Scapus* nudus, teres, tenuis, foliis æqualis, 1-florus. *Corolla* campanulata, 6-partita, æqualis, intus aurea, exterius sub-viridis, pilosa. *Stamina* 6. *Capsula* infera, oblonga, triquetra, pilosa, 3-locularis, polylperma. *Cal.* Ipatha parva, 2-valvis?

Habitat in colle arenoso, Son Koung in Cochinchinâ.

## † GENUS XIV. LIRIOPE.

*Descriptio Naturalis.*

*Cal.* Spatha 1-valvis, ovata, incurva, 1-flora, parva, persistens.

*Cor.* Campanulata, infera, 6-partita, patens: laciniis oblongis, reflexis, carnofisis, æqualibus.

Stam.

Stam. Filamenta 6, subulata, erecta, æquilia, corollæ breviora, re-  
ceptaculo insidentia. Antheræ oblongæ stantes.

Pist. Germen subrotundum, superum. Stylus crassus, sulcatus, reflec-  
tus, æqualis staminibus. Stigma simplex.

Peric. Bacca ovata, glabra, carnosæ, 1-sperma.

Sem. 1, ovatum.

Nom. (Liriope Nympha mater Narcissi) ex florum qualicumque co-  
gnatione, similiisque colore cœruleo. Cœrulea Liriope. Ovid. Metam.  
l. 3. v. 342.

Char. Gener. Cor. 6-partita, infera. Spatha ovata. Bacca 1-sperma.

† Sp. 1. LIRIOPE SPICATA. a Tròc tien. & Mac lán.

Differ. spec. Lir. foliis ensiformibus, glabris : spicâ tereti.

Hab. Planta acaulis, perennis. Radix bulbis oblongus, solidus, fus-  
cus septus radiculis serpentibus. Folia plurima, congesta, ensiformia,  
stricta, glabra, suberecta, 1-pedalia. Scapus nudus, teres,  
tenuis rectus, foliis subæqualis. Spica solitaria, longa, teres, sim-  
plex, terminalis, erecta. Flos minusculus, albo-cœruleus, inodorus.  
Habitat frequenter culta, incultaque in Cochinchinâ, & Chinâ.

Virt. Refrigerans. Foliorum decocto firmari dicuntur capilli.

### GENUS XV. ALLIUM.

Char. Gener. Cor. 6-partita, patens. Spatha multiflora. Umbella con-  
gesta. Capsula supera. Lin. sy. pl. G. 442.

Sp. 1. ALLIUM SATIVUM. a Cây toi. & Suôn.

Differ. spec. All. caule planifolio, bulbifero : bulbo composito : sta-  
minibus 3-cuspidatis. Lin. sp. 11.

Hab. ; & notæ. Caulis sesquipedalis, crassus, teres, simplicissimus :  
bulbo, composito, subrotundo-lobato, albo, stepe rubescens. Fo-  
lia plana, crassa, subulato-linearia. Flos rubescens, umbellâ capsu-  
liferâ, sub-rotundâ. Stamina 3-cuspidata.

Colitur ubique in Cochinchinâ, & Chinâ : hic quidem floret, non  
illuc, sed per bulbos multiplicatur.

Tournef. Inst. p. 383. t. 206. Berg. Mat. Med. p. 266.

Virt. Attenuans, Diaphoretica, Alexiteria, Pectoralis, Diuretica.

Ufus : cibarius, non alibi, quam in Sinis, frequentior.

Sp. 2. ALLIUM CEPA. a Cây hành. & Tium Xi.

Differ. spec. Al. scapo nudo, inferne ventricoso, longiore foliis ter-  
tibus. Lin. sp. 33.

Cc

Hab;

Hab ; & note. *Folia radicalia*, subteretia, tubulata, succosa. *Radix* bulbus tunicatus, subrotundus, magnus, exterius sœpus rubescens. *Scapus* nudus, teres, 2-pedalis, ad basim ventriculos. *Flos* albus, umbella magnâ, subrotunda : pedunculis longisculpis.

Colitur abundanter in Cochinchinâ, & Chinâ. Cum vero in Cochinchinâ non floreat, plantatur divisis bulbis, qui nasci solent congefti, parvi, & angulati : sapore autem, & odore Europæis excellunt, sicut etiam folia, quorum usus ad condimenta frequentior.

Tournef. Inst. p. 382. tab. 205. Berg. Mat. Med. p. 274.

Virt. Maturans, Pectoralis, Diaphoretica, Diuretica. In promovendâ Diaphoreft imprimis excellit ; ideoque Medici indignæ cepam recentem frequenter adhibent decoctis, quibus febres per perpirationem curare intendunt.

Sp. 3. ALLIUM TRIQUETRUM. a Kieu. à Kiâi : Kiao théu.

Differ. spec. Al. *scapo nudo*, *foliisque triquetris* : *staminibus simpli-cibus*. Lin. sp. 32.

Hab ; & note. *Folia radicalia*, triangularia, sub-pedalia. *Bulbus* oblongus tunicatus, parvus, albus. *Scapus* nudus, tenuis, teres, foliis subæqualis. *Flos* dilutè violaceus : *umbella* planâ : *staminibus simplicibus*.

Colitur in Cochinchinâ, & Chinâ.

Allium caule triangulo. Tournef. Inst. p. 385. Moly parvum, caule triangulo. Bauh. Pin. p. 75.

Uſus præcipius Culinarius. Præditum odore, & sapore debili, nec ingratu, vices Porri agit, & variis modis præparatum menſis appetitorum.

Virtus in re Medicâ. Emolliens, & Resolvens ; valetque iu tumore, & inflammatione mamillarum, si contusum cum paucō sale, & semiasum calidè applicetur.

Sp. 4. ALLIUM ASCALONICUM. a Cay nén.

Differ. spec. All. *scapo nudo*, tereti : *foliis* subulatis : *umbella* globoſa : *staminibus* 3-cuspidatis. Lin. 25.

Hab ; & note. *Radix* bulbus rotundus, sub-solidus, congestus, albicans, parvus, nuci avellanæ vix æqualis. *Folia* radicalia, subulato-linearia. *Scapus* nudus, brevis, teres. Florem non vidi.

Colitur in Cochinchinâ, nec ibi rarum. Existimo, quod non floreat, vel rarissimè.

Uſus : Esculentus. Odore, & sapore Omnia specierum gratissima : virtutem non probavi : puto, quod a Cepâ vix differat.

Cepa sterilis. Bauh. Pin. p. 72. n. 7. Cepa foliis subulatis, radicibus oblongis, conglobatis, Hort. Cliff. p. 136.

- Sp. 5. ALLIUM ODORUM.** a Kieu : Khio. a He tsai : Phi the.  
 Differ. spec. Al. *scapo* nudo, teretiifuscō : *foliis* linearibus canaliculatis, subtus angulatis : *umbellā* fastigiata. Lin. sp. 27.  
 Hab ; & notæ. *Folia* radicalia, linearia, canaliculata, subtus angulata. *Bulbus* oblongus, albus, tenuis. *Scapus* nudus, subteres, 8 pollices altus. *Flos* violaceus, *umbellā* pauciflora, fastigiata.  
 Habitat in Chinâ, & Cochinchinâ.  
 Uſus : ad conditios Cibos : potens nido, & sapore, inter allium sativum, & Cepam medio.  
 Thunb. Japon. pag. 132.

- Sp. 6. ALLIUM ANGULOSUM.** a Cay he, a Kieu tsai.  
 Differ. spec. Al. *scapo* nudo, ancipiiti : *foliis* linearibus, canaliculatis : *umbellā* fastigiata. Lin. sp. 28.  
 Hab ; & notæ. *Folia* radicalia, linearia, canaliculata, carnosâ, subtus subangulata, 6 pollices longa. *Radix* bulbus linearis, albus, tunicatus, tenuissimus, repens. *Scapus* nudus, anceps, *foliis* subæqualis. *Flos* albus, *umbellā* planiunculâ, pauciflora.  
 Colitur in Cochinchinâ, & Chinâ : amat loca humida.  
 Cepa *scapo* nudo, subangulato, farcto, *foliis* linearibus, subtus angulosis, staminibus corollâ brevioribus. Gmel. Sibir. I. p. 58. t. 14. f. 2.  
 Uſus. Odor, & sapor ferè idem, qui præcedentis. Dubitari licet ex ipâ descriptione Lin., an sint diversæ species, vel solum varietates ? In Cochinchinâ pro condimentis præscinduntur folia, quæ sensim renascuntur : bulbi enim vix notabiles.

### GENUS XVI. ALOE.

Char. Gener. *Cor.* erecta, ore patulo, fundo nectarifero. *Filamenta* receptaculo inferta. Lin. sy. pl. G. 464.

- Sp. 1. ALOE PERFOLIATA.** a Cay Nha dam : Lu hoi. a Lu hœi.  
 Differ. spec. Al. *floribus* corymbosis, cernuis, subcylindricis. Lin. sp. 1.  
 Hab ; & notæ. Planta subcaulis, perennis. *Folia* sesquipedalia, subulata, carnosâ, exterius convexa, interius sub-plana, glauca, glabra, amplexicaulia, imbricata, margine utrâque spinoso-dentata. *Scapus* teres, subnudus, *foliis* longior. *Flos* luteo-ruber, corymbo sub-cylindrico, terminali, cernuo. *Cal.* o. *Corolla* campanulata oblonga, 6-fida : limbo brevi, patente. *Stamina* 6, erecta, receptaculo insidentia, corollæ subæqualia. *Capsula* supera, 3-locularis, polysperma.

Habitat agrestis in vastis arenariis regni Champavæ.

Aloe Socotrina. Garc. Arom. I. 1. c. 2. Kadanaku, sive Catevala.  
Rheed. Malab. I. 11. cap. 7. tab. 3.

Virtus. Purgans, Emmenagogue, Anthelminthica, Antiputredinosa,  
Vulneraria. Extractum Aloes, quo utimur, fit ex hac plantâ. Ex  
foliis recentibus, & contulsi exprimitur succus, qui brevi tempore  
insipissatur ad solem, in Zonâ Torridâ ardentissimum. Ex puro suc-  
co fit Aloe Hepatica, & Sucotrina, quæ inter se vix differunt,  
nisi Velis Socotrinam dici quæ in insulâ Socotorâ paratur, & in-  
de exportatur. Caballina vero ex eâdem origine procedit, sed fæ-  
cibus inquinata.

Utuntur etiam Cochinchinenses Aloe, ut ex illâ parent gratum fer-  
culum, nec infalubre. Excoriata folia in longas taleolas dividunt,  
quas primo in aquâ aluminis macerant, postea in frigidâ: inde,  
addito modico saccharo, leviter coquunt, manentque albissime,  
& diaphanæ, teneræquidem, non tenaces, deposito omni virore,  
amaritie, & vi purgante, oculis, palato, & stomacho jucundæ.

### GENUS XVII. ALETRIS.

Char. Gener. Cor. infundibuliformis, rugosa. Stam. inserta laciniarum  
basi. Caps. 3-locularis. Lin. sy. pl. G. 462.

† Sp. 1. ALETRIS COCHINCHINENSIS. a. Cây Bouting bouting.  
Difer. Spec. Al. caulescens: foliis lanceolato-linearibus, reflexis, flo-  
re paniculato.

Hab; & note. *Caulis* fruticosus, 6-pedalis, simplicissimus, erectus.  
*Folia* lanceolato-linearia, integerrima, nitida, reflexa, alterna,  
amplexicaulia. *Flos* terminalis, viridi-luteus, rameo laxo. *Cal.* o.  
*Corolla* infera, rugosa: tubo cylindrico: limbo 6-fido, reflexo,  
laciis linearibus. *Stamina* 6, corollæ inserta. *Capsula* 3-gono-  
rotunda, 3-locularis, 1-sperma.

Habitat in Cochinchinâ in hortis culta: puto, quod etiam inculta.  
Uſus. Foliorum succo uruntur indigineæ ad tingenda liba colore viri-  
di: floribus elixis vesicuntur.

### GENUS XVIII. POLYANTHES.

Char. Gener. Cor. iufundibuliformis, incurva, æqualis. Filam. corol-  
lae fauci inserta. Germen in fundo corollæ. Lin. sy. pl. G. 460.

Sp. 1. POLYANTHES TUBEROSA. a. Hoa bút.  
Difer. Spec. Pol. floribus alternis. Lin. sp. 1.

Hab;

Hab; & notæ. *Radix* bulbus tunicatus, albus. *Folia* radicalia subulata, longa, curva, reflexa, glabra. *Scapus* 3-pedalis, teres, rectus, vestitus foliis ratis brevibus, aliquando ramosus. *Flos* albus, odoratissimus, alternus, spicâ longâ, terminali. *Cal.* nullus. *Corol.* la tubo crasto, longo, ad basim recurvo: limbo brevi, 6-fido; patente, lacinias rotundatis. *Filamenta* 6, brevia, corollæ fauci inherentia. *Capsula* 3-gono-rotunda, supera, 3-locularis, polyperra. *Planta* perennis, scapo annuo. Amboinensis folia, Rumphio teste, ulnam longa, nostræ vix ultra pedem, nec angustiflisma.

Habitat ubique in Cochinchinæ hortis; & quanquam ob eximiam fragranciam estimabilis, facillimè colitur, & propagatur per bulbos. Amica Nocturna. Rumph. Amb. I. 8. c. 69. t. 98. Hyacinthus Indicus, Tuberiferus. Tournef. Inst. p. 347.

### GENUS XIX. HEMEROCALLIS.

Char. Gener. *Cor.* campanulata: tubo cylindrico. *Stamina* declinata: Lin. sy. pl. G. 467.

Sp. 1. HEMEROCALLIS FULVA.  $\alpha$  Rau hién.  $\beta$  Kim châm hõa.

Differ. spec. Hem. *corollis* fulvis. Lin. sp. 2.

Hab; & notæ. *Caulis* 4-pedalis, erectus, simplicissimus, glaber. *Radix* fasciculata, bulbis subulatis. *Folia* subulata, longa, canaliculata, glabra, reflexa. *Flos* magnus, luteo-ruber, paniculâ terminali, pauciflorâ. *Cal.* o. *Corolla* infundibuliformis, infera, tubo cylindrico, longissimo: limbo amplio, 6-partito, patente, undulato. *Stamina* 6, declinata, corollæ æqualia. *Capsula* 3-gona, 3-locularis, polysperma.

Habitat culta in Cochinchinâ, & Chinâ.

Burm. Ind. p. 84. Thunb. Japon. p. 142. Lilium rubrum, Asphodeli radice. Bauh. Pin. p. 80. n. 2.

Uſus. Floribus istis tum recentibus, tum exiccatione conservatis, & cum carnis elixatis vescuntur libenter indigenæ.

Variat flore pleno, laciinis corollæ 10, staminium numero indeterminato, habitu, & colore similis.

### GENUS XX. ORNITHOGALUM.

Char. Gener. *Cor.* 6-petala, erecta, persistens, supra medium patent. *Filamenta* alterna basi dilatata. Lin. sy. pl. G. 451.

Sp. 1.

## † Sp. 1. ORNITHOGALUM SINENSE. g. Tien suón.

Differ. spec. *Orn.* *scapo* tereti, sulcato : *spicā* simplici, longā, erectā.  
*Hab.* & nota. *Radix* bulbus ovatus, tunicatus, sequipolicem longus. *Folia* radicalia, subulato-linearia, stricta, canaliculata, glabra. *Scapus* simplicissimus, 2-pedalis, rectus, teres, polysulcus, nudus. *Flos* parvus, violaceus : *spicā* simplici, longā, erectā : pedunculus proprius brevibus. *Cal.* communis o : proprius spatha lanceolata, parva, persistens. *Corolla* infera, profundè 6-partita, erecta. *Stamina* 6, æqualia, integra, alterna basi dilatata. *Capsula*, 3-gono-ovata, 3-locularis, 1-sperma.

*Habitat* Cantone Sinarum.

*Observe.* Hæc species magnam affinitatem habet cum Ornithogalo Japonico. Thunb. Jap. p. 137. Attamen in nostrâ, quam domi colui, flos in spicam nullatenus ramosam, sive racemosam attollitur. Petala nec sunt distincta, nec satis patentia. Folium, quod corollæ supponitur, illam involvebat, ideoque spatham voco, non bracteam.

## GENUS XXI. FRITILLARIA.

Char. Gener. *Corolla* 6-petala, campanulata, supra unguis cavitate nectariferâ. *Stam.* longitudine corollæ. Lin. sy. pl. G. 444.

## † Sp. 1. FRITILLARIA CANTONIENSIS. g. Lin ni hōa.

Differ. spec. *Frit.* *foliis* trinerviis, summis oppositis : *floribus* geminis, axillaribus.

*Hab.* & nota. *Caulis* annuus, simplicissimus, durus, tenuis, teres, erectus, 1½-pedalis. *Folia* 3-nervia, glabra, integerrima, basi rotundata, inde conica, acumine longo, inferiora alterna, suprema opposita. *Flos* axillaris, 2-natus, pendulus, fulco-purpureus totus, inodorus. *Cal.* nullus. *Corolla* 6-petala, crassa, 6-gona, erecta, subcausa : *staminibus* 6, corollæ æqualibus. *Stylus* sublongior, 3-fidus : *stigmatibus* simplicibus. Petalorum basis crenata, nectariferâ. *Capsula* supera, subrotunda, 3-loba, 3-locularis, polyperma : *seminibus* 3-4, inæqualibus.

*Habitat* Cantone Sinarum.

*Observe.* Colore convenit cum Frit. Serotinâ atropurpureâ. Bauh. Pin. p. 64. n. 8. Convenit etiam in situ variante foliorum cum Frit. Pyrenaica Linnaei sp. 5. ab utrâque tamen specie differt.

## GENUS XXII. LILIUM.

Char. Gener. *Cor. 6-petala*, campanulata : linea longitudinali, ne-  
ctariferâ. *Caps.* valvis pilo cancellato connexis. Lin. sy. pl. G. 443.

Sp. 1. LILIUM CANDIDUM. & Pé hō. & Béch hap hō.

Differ. spec. *Lil. foliis* sparsis : *corollis* campanulatis, intus glabris;  
Lin. sp. 1.

Hab ; & notæ. *Radix* bulbus squamosus, subrotundus. *Caulis* 3-pedalis, annuus, simplicissimus, rectus, teres, foliosus totus. *Folia* sparsa, radicalia subulata, caulinâ lanceolata, striata. *Flores* terminali-  
nales, pauci, magni, albissimi, inodori : *calyx* nullo : *corolla* reflexâ, campanulatâ, petalis 6, semirevolutis, intus glabris, linea longitudinali exaratis. *Stigma* 3-gonum. *Capsula* trigono-oblonga,  
3-locularis, polysperma.

Colitur in Chinâ, & Cochinchinâ.

Hall. Helv. n. 1231. *Lilium album*, floribus dependentibus. Bauh. Pin.  
p. 76. n. 2.

Virtus : radicis. Emolliens, Anodyna.

Sp. 2. LILIUM POMPONIUM. & Caón tân hō.

Differ. espec. *Lil. foliis* sparsis, subulatis : *floribus* reflexis. *Corollis* revolutis. Lin. sp. 3.

Hab ; & notæ. *Radix* bulbus squamosus. *Caulis* 2-pedalis, annuus,  
rectus, teres. *Folia* sparsa, subulata, striata. *Flos* terminalis, paucus,  
magnus, reflexus. *Calyx* nullus. *Corolla* 6-pétala, integrè  
revoluta, croceo-rubra, intus scabra, maculis nigris punctata. *Flos*  
pulcherrimus, inodorus. *Bulbi* globoſi, parvi, nigri, axillis folio-  
rum adnati.

Colitur Cantone Sinarum.

Thunb. Japon. p. 134. *Lilium montanum*, floribus reflexis ; rubris,  
maculis purpureis inscriptum, foliis angustioribus. Amman. Ruthen.  
p. 106. n. 139.

Sp. 3. LILIUM CAMSCHATCENSE. & Chū tân hō. & Lon sicc-tiu.

Differ. spec. *Lil. foliis* verticillatis : *flore* erecto, *corolla* campanu-  
lata, *petalis* sessilibus. Lin. sp. 8.

Hab ; & notæ. *Radix* bulbus subrotundus, squamosus, parvus. *Caulis*  
annuus, 1-pedalis, simplicissimus, teres. *Folia* sparsa, verticilla-  
taque, lanceolato-linearia, erecta, glabra. *Flos* terminalis, paucus,  
erectus, sesquiplicaris, coccineus. *Cal.* nullus. *Corolla* 6-pétala,  
campanulata, sub-erecta, nec revoluta, basi attenuata : *filamentis*  
*corol-*

corollâ brevioribus. *Stigma* 3-gonum. *Capsula* supera, trigono-oblonga, 3-loclaris, polysperma.  
Habitat in Chinâ: in Cochinchinâ rarius.  
*Lilium reflexum*, *montanum*, *humile*, *angustifolium*, *aurantium*, *Sarana Mungulis*. Amman. Ruthen. pag. 105. n. 138.

## GENUS XXIII. ORONTIUM.

Char. Gener. *spadix cylindricus*, *tectus flosculis*. *Cor.* 6-petalæ, nudæ. *Stylus nullus*: *folliculi* 1-spermii. Lin. sy. pl. G. 469.

† Sp. 1. ORONTIUM COCHINCHINENSE.  $\alpha$  Thuy xuong bo.  $\beta$  Xu châm pú.

Differ. spec. Or. *foliis ensiformibus*, *longis*, *carinatis*.

Hab; & notæ. *Planta* perennis, caule subnullo. *Radix horizontalis*; *simplex*, *repens*, *articulata*, *sulcis articularibus approximatis*, *radiculas* *emittentibus*, *compressa*, *exterius fusca*, *intus pallida*, *subaromatica*. *Folia* *ensiformia*, *dorso utrinque elevato*, 3-pedalia, *pollicem lata*, *glabra*, *ad basim equitantia*, *superius expansa*. *Scapus*, *pedunculi*, *calyx nulli*. *Spadix cylindricus*, 2-pollicaris, *solidus flosculis tectus*, *e latere folii supra medium erumpens*. *Corolla* 6-partitæ, *patentes*, *nudæ*. *staminibus* 6. *Stylus nullus*. *Stigma obtusum*. *Bacca* *subrotunda*, *exsucca*, *vel*, *si malis*, *folliculus* 1-spermus, *superus*.

Habitat in paludibus, & locis aquosis Cochinchinæ, & Chinæ, non fluctuans.

Acorum Palustre. Rumph. Amb. I. 8. c. 23. pag. 179. t. 72. f. 1. *Orontium Japonicum*. Thunb. Jap. p. 144.

Observ. Quamvis Amboinensis, & Japonica species non omnino cum nostrâ cohærent, multo magis ab omnibus differt Americana a Linnaeo exposita. Amm. Acad. 3. p. 17. t. 1. f. 3.

## GENUS XXIV. ACORUS.

Char. Gener. *Spadix cylindricus*, *tectus flosculis*. *Cor.* 6-petalæ, nudæ. *Stylus* o. *Caps.* 3-loclaris. Lin. sy. pl. G. 468.

Sp. 1. ACORUS CALAMUS.  $\alpha$  Thach xuong bo.  $\beta$  Xe châm pú.

Differ. spec. Ac. *foliis ensiformibus*, *brevibus*, *planiusculis*.

Hab; & notæ. *Planta* perennis, caule nullo. *Radix horizontalis*, *repens*, *simplex*, *tenuis*, *compressa*, *articulis multis*, *subrotundis*, *exterius fulvis*: *odore aromatico*, *fapore ardentí*, *amaricante*. *Folia* *ensiformia*, *vix pedalia*, *sub-plana*, *erecta*, *equitantia*. *Spadix* *digi-*

digitiformis, parvus, flosculis tectus, e folio prodicens infra apicem. Flosculos, & capsulam non vidi.

Habitat in montibus, & locis petrosis Cochinchinæ, & Chinæ.

Acorus Terrestris. Rumph. Amb. I. 8. c. 23. p. 178. Acorus Asiaticus, radice tenuiore. Burm. Zeyl. p. 6. Herm. Lugd. p. 9.

Virt. Rad. Attenuans, cedefaciens, Deobstruens. Vocem, auditum, & visum acuit. Prodest contra vertiginem, & melancholiam, ac anorexiam. Ufus apud Asiaticos praecipuus in decoctis.

Observ. Cum Oronium, & Acorus in Indiâ eadem ferme gaudeant formâ, & illius fructus, non istius a me observatus fuerit, adhuc dubius maneo, an genere differant? Oronio in Medicinâ vix aliquis utitur. Acoro multi, & efficaciter.

### GENUS XXV. CALAMUS.

Char. Gener. *Cal.* 6 - phyllus. *Cor.* o. *Bacca* exarida, 1 - sperma, retrorsum imbricata. Lin. sy. pl. G. 470.

Habitus communis Generi. *Caulis* perennis, simplicissimus, longus, teres, inermis, solidus, articulatus, procumbens, vel scandens, acirrus. *Frondes* magnæ, palmiformes, alternae, reclinatae, vaginantes, vaginis articulos vestientibus, spinosis: stipitibus pariter spinosis. *Folia* alterna, sub-lanceolata, integerrima, vix pedem longa, saepe 3 - nervia, pilis longis, duriusculis, raris. *Flor*s plerunque hermaphroditus, subterminalis: *spadix* uno, vel pluribus, ramosis, magnis diversæ formæ in diversis speciebus: *spathis* vel communi, vel partialibus, raro nullis. *Bacca* semper 1 - sperma, arida, subrotunda, parva, supera, retrorsum imbricata, iquamis plurimis, subrotundis, ordinatis, arctatis, coriaceis.

† Sp. 1. CALAMUS PETRAEUS. a May da.

Differ. spec. Cal. *caule* crassissimo, sulcato: *articulis* brevibus: *spinis* longis, rectis.

Hab; & notæ. *Caulis* 100 pedalis, brachium crassus, omniumque crassissimus: articulis 1 - pedalibus, cylindricis, sulcatis, maculatis, inaequalibus. *Frondes* spinis rectis, longis, densis. *Spadix* terminalis, longissimus. *Flos* calyce 6 - partito, corollâ o. Stamina 6. Stylos 3 - fidus. *Bacca* subovata, acuminata.

Palmijuncus Calaparius. Rumph. Amb. I. 7. c. 53. t. 51.

Ufus. Pro maiorum hastarum manubriis.

† Sp. 2. CÁLAMUS RUDENTUM a May Saong.

Differ. spec. Cal. *caule* longissimo, æquale: *spinis* inversis.

Hab; & notæ. *Caulis* 500, & utra pedes longus, pollicem crassus, Dd æqua-

*æqualis*, *tenacissimus*, *albo-cinereus*, *nec nitidus*: *articulis* *fusquipedalibus*, *teretibus*, *subæqualibus*: *frondibus* *brevioribus*: *spinis* *retroflexis*: *spadycibus* *sübterminatibus*, *laxis*, *amplis*. *Floribus* *regularibus*: *styllo* *3-fido*: *Bacca* *retro imbricata*, *parva*.

Habitat in sylvis Cochinchinæ: sicut etiam præcedens species.

Palmijuncus Albus. Rumph. Amb. I. 7. c. 55. t. 53.

Uſus. Pro navium rudentibus: ad magna onera trahenda, ad elephan-  
tos indomitos coercendos, & alligandos.

† Sp. 3. CALAMUS SCIPIONUM. *æ* Heò tau.

Differ. spec. Caul. *articulis* *longissimis*, *subulatis*, *nitidis*.

Hab; & notæ. *Caulis* *craſſus*, *longitude mediocris*, *nitidissimus*, *rutilus*, *maculis nigris ſepe distinctus*: *articulis* *3-pedalibus*, *ſubulatis*, *inæqualibus*: *frondibus spinofis*, *brevioribus*: *Spadycraſſo*, *ramoſo*, *ramulis brevibus*, *pauciſloris*: *calyee* *6-partito*: *styllo* *3-fido*. *Florem* recentem non vidi.

Habitat imprimis in sylvis Malaiorum, ex utrâque parte freti Malae-  
cenis: undè abundanter in Sinas, & in Eufòpam exportatur.

Arundo Rotang. Pif. Mant. p. 188. Icone ibi.

Uſus. Pro baculis ex dignitate, vel elegantiâ manu gestandis.

† Sp. 4. CALAMUS VERUS. *æ* May nuoc: May ra.

Differ. spec. Cal. *frondibus longissimis*, *spinis confertis*. *longis*: *spa- dyce* *brevi*: *corollâ* *3-petalâ*.

Hab; & notæ. *Caulis* *100* *pedalis*, *luteo-fuscus*, *æqualis*, *flexilifimus*, *digitum craſſus*: *articulis* *longis*, *teretibus*, *subæqualibus*.

*Frondes* *longissimæ*: *spinis rectis*, *longis*, *confertis*: *foliolis* *ova- to-lanceolatis*, *3-nerviis*, *majusculis*, *alternis*. *Spadix* *racemosus*, *brevis*: *spathâ* *oblongâ*, *aculeatâ*. *Cal.* *3-partitus*. *Corolla* *petala* *3*, *alba*, *acuta*, *patentia*, *calyce longiora*. *Bacca* *maiuscula*, *fuscâ*.

Habitat in sylvis tam montanis, quam planis Cochinchinæ.

Palmijuncus Verus. Rumph. Amb. I. 7. c. 56. t. 54.

Uſus. Ex caule in lora fillo, medullâ rejectâ, torquentur funes quilibet, etiam craſſissimi ad anchoras maiorum navium sustinendas. Eisdem colligantur tabulat domorum, & navium, in quibus, more gentis nullus clavus. Aptissimus quoque, & frequentissimus eft uius in Indiâ ad liganda, & conformanda pluriſima uenſilia tam do-  
mestica, quam ruralia.

† Sp. 5. CALAMUS AMARUS. *æ* May dâng.

Differ. spec. Cal. *spinis confertis brevibus*: *foliolis linearibus*: *spa- dyce* *remotis*: *spathis* *partialibus*.

Hab; & notæ. *Caulis* *longus* *60* *pedes*, *digitum craſſus*, *duriſcu- lus*,

*lus*, *lævis*, *pallidus*, *articulis longis*, *subæqualibus*, *teretibus*. *Frondes longæ*, *foliolis lanceolato-linearibus*: *spinis brevibus*, *congestis*. *Spadices sub-terminales*, *spicati*, *multi*, *longè ab invicem distantes*: *spatibus partialibus*, *Cal. 6 - partitus*. *Cor. o.* *Stylus 3-fidus*. *Stamina 6*. *Bacca 1 - sperma*, *imbricata*.

Habitat in sylvis Cochinchinæ.

Ufus. Idem, qui præcedentis speciei. Duratione constantior, duritie difficilior.

† Sp. 6. CALAMUS DIOICUS. a. May 1816.

Differ. spec. *Cal. caule* *cauissimo*: *frondibus*, & *spinis brevioribus*: *stipe dioico*.

Hab; & notæ. *Caulis* *tenuis*, *pennam anserinam crassus*, *20 pedes longus*, *æqualissimus*, *flexilissimus*, *pallidus*, *nitidus*: *articulus pedalibus*, *frondibus*, & *spinis omnium brevissimis*. *Flos masculus*, & *fæmina* in *diversis plantis*. *Cal. 3 - dentatus minimus*. *Corolla petala 3*, *ovato-lanceolata*, *striata*, *alba*. *Stamina 6*. *Stylus 3-fidus*. *Bacca squamosa*, *1 - sperma*.

Habitat in sylvis Cochinchinæ, prope flumina, & litora.

Palmijuncus Equestris? Rumph. Amb. I. 7. c. 58. t. 56. Palmijuncus Viminalis? Ibi cap. 57. t. 55. Aliquatenus cum nostro conveniunt, sed non in totum.

Ufus ad texenda, vel connectenda minora opera, & pulchriora.

Observ. Omnes prædictæ Calami plantæ inter se specie differunt; namque in locis distantissimis, abique illâ culturâ progenitæ semper eundem habitum, & proprios mores servant. Multas alias vidi in Cochinchinâ, Champâvâ, Cambodiâ, & fredo Malacensi; quas prætermitto lubens defectu akribiæ ad examen Botanicum requirita. Omnes rectè dicuntur a Rumphio Palmijunci, quia Palmis valde affines, & flexiles ut Juncus.

GENUS XXVI. FLAGELLARIA.

Char. Gener. *Cal. 6 - partitus*. *Cor. o.* *Bacca 1 - sperma*, *lævis*. Lin. Sy. pl. G. 486.

Sp. 1. FLAGELLARIA INDICA. a. May 1816.

Differ. spec. *Flag. caule* *tereti*, *scandente*: *foliis ovatis*, *cirrho terminatis*.

Hab; & notæ. *Caulis* *perennis teres*, *20-pedalis*, *scandens*: *ramis rarissimis*. *Folia simplicia*, *oblongo-ovata*, *acuminata*, *cirrho*, *terminata*, *3-nervia*, *glabra*, *alterna*, *petiolis vaginantibus*, *inerribus*. *Flos albus racemo laxo*, *terminali*: *calyce 6 - partito*: *corolla nula*.

- lā. Stamina* 8, brevia. *Stylus* 3-fidus. *Bacca* supera, subrotunda; *glabra*, *rubra*, 1-sperma, *lævis*, *succosa*.  
*Habitat* agrestis in locis planis Cochinchinæ.  
*Palmijuncus* *lævis*. Rumph. Amb. I. 7. c. 60. t. 59. f. 1. Panambu valli.  
 Rheed. Malab. I. 7. p. 99. t. 53.  
*Virt. Foliorum*. Astringens, Vulneraria.

† Sp. 2. FLAGELLARIA REPENS. a May baoc bo cay.

- Differ. spec. *Flag. caule* angulolo, repente: *foliis* articulato-geminis. *Hab*; & *notæ*. *Caulis* perennis, angulosus, 12-pedalis, ramosus; *inermis*, *subparasiticus*, ad arbores adspens, radice originariâ terrefricta. *Folia* linearia, medio articulo appendiculata, *glabra*, alterna, semiamplexicaulia. *Flos* terminalis, spadice, longo, fasciculato. *Spadix* communis linearis. *Calyx* nullus. *Corolla* nulla. *Stamina* 6, basi dilatata. *Stigma* sessile, 3-partitum. *Bacca* subrotunda, *glabra*, *rubra*, 1-sperma, *lævis*.  
*Habitat* agrestis in locis planis Cochinchinæ. Ex terrâ assurgit, & radiculis lateralibus per arbores repit.  
*Appendix* duplo folio, Tapinawa. Rumph. Amb. I. 9. c. 90. p. 490. tab. 184. f. 1. Duas alias plantas in eadem tabulâ simili folio glandentes non observavi.

G E N U S XXVII. C O R Y P H A.

Char. Gener. *Cat.* . Cor. 3-petala. Stam. 6. Pist. 1. Drupa 1-sperma. Lin. sy. pl. G. 1337.

† Sp. 1. CORYpha SARIBUS. a Cay Tlo.

- Differ. spec. Cor. frondibus in orbem polyfidis, plicatis: spadice racemofo, reclinato.  
*Hab*; & *notæ*. *Palma magna*, trunco recto, crasso, æquali. *Frondes* 3-pedales, in orbem plicatae, plurifidae: *lacinias* subulatis, glabris, filamentis nullis interjectis: *stipitibus* spinosis, crassis, longis, reclinatis. *Flos* Hermaphroditus, spadice racemofo, longo, demissio. *Petala* 3 patentia. *Stamina* 6. *Calicem* non observavi: fortasse deciderat. *Drupa* 1-pollicaris, subrotunda, *lævis*, cinerea, farinosa-carnosa: nucleo solido; subrotundo.  
*Habitat* in sylvis Cochinchinæ.

Saribus. Rumph. Amb. I. 1. c. 8. t. 8. Ipsem Rumphius judicat hanc palmam specie differre a Coddapana Horti Malabarici: proindeque dubium manet an sit Corypha Umbraculifera Linnæi. Nostra quidem quotannis floret in Cochinchinâ.

Uſus. Ex frondibus umbracula, & flabella ſunt. Utilissimæ quoque ſunt

sunt ad tegendas domos ; diutius enim durant , nec facile ignem concipiunt , ut alia stramina . *Drupæ* recentes muriā , vel aceto maceratæ embaumā præbent haud ingratum.

## † Sp. 2. CORYPHA AFRICANA. γ Μούλα.

Differ. spec. Cor. *frondibus* in orbem polyfidis , plicatis : *spadice* coarctato , suberecto : *floribus* Monoicis.

Hab ; & note. *Palma* mediocris , 12 pedes alta : *stipitibus* longis , spinosis . *Frondes* polyfidæ , in orbem radiate , laciniis basi plicatis , apice acutis . *Flos* Monoicus : *spatibæ* brevi : *spadice* ramofo , coarctato , linearī , suberecto : *squamis* strobiliformibus , singulos Masculum , & Fœminum includentibus . *Calyx* 3 - phyllus , membranaceus . *Corolla* 3 - petala , Calyx longior . *Stamina* 6 , subseffilia . *Drupa* subpyriformis , ovo anatis æqualis : cortice exteriore coriaceo , interiore putamine osseō , ovato : medullā albā , inani , Palmae Cocos simili.

Habitat in sylvis Africa Orientalis , nec alibi a me visa.

## † Sp. 3. CORYPHA PILEARIA. α Κάγι λίπ.

Differ. spec. Cor. *Frondibus* digitatis : *foliolis* linearibus , obtusis : *spadice* spicato , erecto.

Hab ; & note. *Palma* , caule , 4 - pedali , crassiuscule : *stipitibus* cretis , longis , paucis , inferius spinosis . *Frondes* in orbem digitatae : *foliolis* linearibus , longis , obtusis , præmorsis flexilibus , polyplacatis , levibus . *Flos* Hermaphroditus : *spadice* magno , erecto , lato , complicito spicis longis , simplicibus . *Calyx* 3 - fidus , laciniis acutis , brevibus . *Corolla* 3 - partita : laciniis ovatis , acutis , patentibus , calyx longioribus . *Stamina* 6 , corollæ breviora . *Stigma* file , acutum , 2 - fidum . *Drupa* subrotunda , monosperma , coriacea , fulco-viridis , minuta.

Habitat in sylvis Cochinchinæ.

Ligula , Saribus pumila . Rumph. Amb. I. I. p. 44. t. 9. ex Auctuario. Usus . Foliola hujus Palmæ solent Cochinchinenes subternere pileis , quos structurâ reticulatâ eleganter formant . Inde nomen vernaculum Palmam Pilorum indicans .

## GENUS XXVIII. JUNCUS.

Char. Gener. *Cal.* 6 - phyllus . *Cor.* o . *Capf.* 1 - locularis . Lin. sy. pl. G. 471.

## Sp. 1. JUNCUS BULBOSUS. α Κό μανγ χίου.

Differ. spec. *Junc. foliis* linearibus canaliculatis : *capulis* obtusis . Lin. sp. IO. Hab ;

Hab; & notæ. *Culmus* foliosus, 2-pedalis, erectus subanceps, geniculatus: *radice* repente, densa, tenacissimæ. *Folia* subulato-linearia, amplexicaulia, trigono-concava striata, glabra. *Flos* spicis secundis, tenuibus, longis, ad apicem culmi fasciculatis. *Calyx* 6-phyllo, foliolis distichè imbricatis. *Corolla* nulla. *Stamina* 6, calyce longiora. *Semen* 1, longiusculum, scabrum. De capsula nihil annotavi, nec modò memini.

Habitat pañim ad vias, & hortos Cochinchinæ minus cultos.

Virt. Rad. habetur Diuretica, Refrigerans.

## D I G Y N I A.

### GENUS XXIX. ORYZA.

Char. Gener. *Cat.* gluma 2-valvis, 1-flora. *Cor.* 2-valvis, subæqualis, semiñi adnascens. Lin. sy. pl. G. 483.

ORYZA SATIVA. a Lá. b Mén: Ho. Lin. sp. 1.

Hab; & notæ. *Culmus* ab 1 ad 6 pedes longus, annuns, erectus, simplex, teres, articulatus. *Folia* subulato-linearia, glabra, aspera, reflexa, amplexicaulia, nec carnoſa. *Flos* paniculæ terminali. *Calyx* 1-florus, 2-phyllo, minimus, foliolis lanceolatis. *Corolla* gluma 2-valvis, concava, longitudine æqualis: *valva* interiore, laevi, muticæ: exterioro duplo latiora, 4-tulcæ, hispidæ, aristatæ. *Filamenta* 6, capillaria, corollæ æqualia: *autberis* oblongis. *Stylus* unicus, 2-partitus: stigmatibus plumosif, longiusculis. *Semen* 1, oblongum, compressum, corollæ involutum.

Colitur per totam Cochinchinam, Champavam, Cambodiam, Siamum, Chinam Australem, imo per totam fere Indiam tam intra, quam extra Gangem, ubi est Indigenarum Cibus quotidianus.

Dioscor. l. 2. cap. 88. Matth. com. fig. ibi. Pomet. Drog. l. 1. p. 15. f. 16.

Observ. Agnosco inter plurimas varietates Oryze (quæ omnes lativæ sunt) dari etiam species, non tam culturæ, quam naturæ distinctas. Hoc suadent diversum tempus, quo libere nascuntur, diversum solum siccum, vel aquosum, quod exigunt, & precipue diversa semina, quæ unaquæ sibi propria vendicat, nec aliter tractari finunt. Notas quoque Botanicæ in quilibet specie inveniri non dubito: quamvis eas minus sedulò observaverim, præsertim, quia diverso tempore florent; ideoque ex recentibus inter se collatis differentias eruere non potui. Quatuor subsequentes species proponere visum fuit; non quidem ut jam certis, & constantibus notis stabilitas, sed ad viam aperiendam novis observationibus, quibus vel confirmantur, vel corrigantur.

Sp. 1.

† Sp. 1. ORYZA COMMUNISSIMA. *a* Luá chinh mui.

*Nota.* *Culmus* 4-pedalis. *Panicula* spicata, spicis plerumque simplicibus. *Fruktus* oblongus, pallidus: *aristis* longis. *Serotina*, metitur 6-8 mensibus a plantatione elapsis. Habitat in locis paludosis: siccitate, vel salugine modicâ flaccescit, auctâ perit.

Pady taun. Rumph. Amb. l. 8. cap. 30.

† Sp. 2. ORYZA PRÆCOX. *a* Luá thang thím.

*Nota.* *Culmus* 3-pedalis. *Panicula* spicata, spicis ramosis. *Fruktus* turgidus, fusco-ruber: *aristis* brevioribus. Quarto menfe maturecicit, & metitur. Habitat in locis padulosis: non laeditur inundatione salâ. Pady dijji. Rumph. Amb. l. 8. cap. 30.

† Sp. 3. ORIZA MONTANA. *a* Luá réy.

*Nota.* *Culmus* 3-pedalis, tenuior. *Fruktus* longiusculus: *aristis* omnium longissimis. Seritur in montibus, & locis aridis. Inundatione longâ putrescit: aquâ marinâ perit.

Pady baggea. Rumph. Amb. l. 8. c. 30.

Sp. 4. ORYZA GLUTINOSA. *a* Luá nep. *a* Nô.

*Nota.* *Culmus* 4-pedalis. *Folia* latiora, flavescens. *Panicula* magna, *aristis* brevioribus. *Semen* oblongum, maiusculum, glutinum, plerumque albissimum. Habitat in locis tam aquosis, quam siccis. Est varietas semine nigerrimo, sapidiore: est etiam rubro. *Oryza Glutinosa*, Bras Pulu. Rumph. Amb. l. 8. c. 31. p. 201. Berg. Mat. Med. p. 294.

Ufus. Omnes species, & varietates *Oryzæ* nutriunt non minus quam triticum. Neque comprobatum est, ut vult Bont. (Jav. l. 2. c. 16.) oryzam ex coctione adhuc calentem inducere cæcitatem: calidâ enim veluntur Sinenses, & Cochinchinenses, imo Europæi, nec tamen plures orbitate oculorum laborant, quam in reliquis nationibus. Glutinosa palato gravior, quam stomacho, in quo difficilius digeritur; ideoque bellarius potius infervit, quam communi cibo. Vinum ex eadem destillatum, vel simpliciter fermentatum est etiam sapidius, & dulcius, minimèque pravo odore inquinatum, ut solet esse vulgare *Sanshu* Contonense. In re Medicâ bonum dat. Conglutinans contra fluxum ventris, maximè dyfentericum. Ex feminis tostis, addito mele, fit lenimentum, quo ulcea sordida, & humida exsiccantur, & mundantur.

## TRIGYNIA.

## GENUS XXX. MELANTHIUM.

Char. Gener. *Cor. 6-petala. Filamenta ex elongatis unguibus corollæ. Lin. sy. pl. G. 489.*

† Sp. 1. MELANTHIUM COCHINCHINENSE. a. Thien mon doung.  
b. Tiên mèn túm.

Differ. spec. *Mel. petalis sessilibus : foliis triquetris : floribus solitariis, axillaribus.*

Hab; & notæ. *Caulis 6-pedalis, fruticosus, multiplex, teres, tenuis, ramotus, procumbens, aculeatus, aculeis sparsis, brevibus. Radix fasciculata, tuberibus oblongis, carnosis, fusc-rostris. Folia linearia, triquetra, stellato-terna, integerrima, glabra, minuscula, inaequalia. Flos albus, pedunculis 1-floris, axillaribus. Calyx 0. Corolla petala 6, oblonga, staminifera, sessilia. Capsula 3-locularis, 2-sperma : seminibus subrotundis, nigerrimis, scabris, quorum unum, vel alterum materescit, reliquis suffocatis. Pistillum trigynum.*

Habitat frequens in sepibus aridis in Cochinchinâ, &c. Chfnâ.

Observ. Affinitatem habet cum Melanthio Indico Koenigii a Linnæo Citati. specie 4.

Virt. Tuber. Humectans, Expectorans. Prodest in phrysi, siti, & calore febri. In usum etiam venit, & jucundè lapit saccharo conditum.

## GENUS XXXI. RUMEX.

Char. Gener. *Cal. 3-phyllo. Petala 3, conniventia. Semen 1. triquetrum. Lin. sy. pl. G. 485.*

Sp. 1. RUMEX CRISPUS. a. Cây dieo hoang.

Differ. spec. *Rum. floribus hermaphroditis : valvulis integris, graniferis : foliis lanceolatis, undulatis, acutis. Lin. spec. 5.*

Habitus, & notæ. *Caulis sesquipedalis, subrectus, teres, fulcatus, crassus, glaber. Folia lanceolata, integerrima, undulata, glabra, reflexa, ad basim congesta, densa. Flos flavo-viridis, spicis interrupte verticillatis. Corolla valvulis omnibus integerrimis, graniferis, 3-setis. Fores omnes hermaphroditi. Calyx 3-phyllo, brevis. Semen triquetrum.*

Gmel. Sibir. 3. p. 112. Tunb. Jap. pag. 148.

Habi-

H E X A N D R I A . T R I G Y N I A .

Habitat in Cochinchinā prope flumina.

Ufus. Esculentus.

Obs. Ratione valvularum setiferarum ad Ægyptiacum (sp. 7.) pertinere videbatur : sed in illo valvula unica granifera, in nostro omnes tres, reliquaque omnia ad Crispum abducunt.

† Sp. 2. RUMEX HOSTILIS. & Ciy dieb gai.

Differ. Spec. Rum. floribus dioicis : valvulis nudis : caule aculeato. Hab. ; & note. Caulis 3-pedalis, erectus, teres, aculeatus. Folia lanceolata, integerrima, plana, patentia. Flos dioicus, spicatus : valvulis omnibus nudis, integerrimis, glabris, inermibus. Semen triquetrum. Petala 3, virenscentia.

Habitat Agrestis in Cochinchinā.

T E T R A G Y N I A .

† G E N U S XXXII. S P A T H I U M .

*Descriptio Naturalis.*

Cal. Spatha 1-phyllo, subrotunda, patula, pedicellata, 1-flora, exotica.

Cor. Nulla.

Stam. Filamenta 6, brevia, receptaculo insidentia. Antheræ bilocularis, subrotundæ.

Pist. Germen subrotundum, 4-corne. Stylus nullus. Stigmaria 4, oblonga, reflexa.

Peric. Baccæ 4, ovatae, acuminatae, 1-spermæ.

Sem. Subrotunda.

Nom. ( $\Sigma\pi\alpha\theta\iota\sigma$  parva spatha) a Calyce spathiformi, exotico.

Char. Gener. Cal. spatha subrotunda, pedicellata. Cor. o. Baccæ 4, 1-sperma.

† Sp. 1. SPATHIUM CHINENSE.  $\beta$  Thong pin ngau.

Differ. Spec. spath. foliis cordatis, 5-nerviis : flore spicato.

Hab. ; & note. Caulis erectus, 3-pedalis, herbaceus, ramis diffusis, fulcatis, flacidis. Folia cordata, lanceolata, 5-nervia, glabra, sparsa : petiolis amplexicaulibus. Flos apetalus, spicis linearibus, subterminalibus.

Habitat in locis paludosis, prope Cantonem Sinarum.

Observ. Spathium nostrum, & Aponogeton (Lin. Jun. sup. pl. Clas. 7,

240

Ee

p. 32,

p. 32, & 214.) natalibus aquosis convenire videnter , nec charactere Generico longè distant. In Aponogetone classis est arbitraria , quia staminum numerus inconstans : in nostro vero constans est. Utrique propinquum est etiam Potamogeton. Lin. sy. pl. Cl. 4. G. 186. Suntne hæc tria in unum Genus reducenda ? An separatim servanda ? Potamogeton locatum fuit in Tetrandria , Aponogeton Heptandriae insertum , Spathium Hexandriam occupat. Hujus ego pericarpium dixi baccas : potuisse dicere folliculos. Capsulæ certè non sunt , quia evalves. Nec nuda semina potuisse dicere ; . siquidem duplice cortice gaudent , exteriore crassiore , & laxiore , quod nudi seminis proprium non judico.

chara-  
traria,  
. Utri-  
G. 186.  
servan-  
deptan-  
pericar-  
tè non  
quidem  
od nudi

## CLASSIS VII.

### HEPTANDRIA.

#### MONOGYNIA.

##### † 1. LAGUNEA.

*Cal. o. Cor. infera, campanulata, 5,  
partita. Semen 1, nudum.*

##### † 2. STYLEDIUM.

*Cal. o. Cor. infera, columnaris, 7-pe-  
tala. Drupa, nucula scabra.*

#### TETRAGYNIA.

##### † 3. ASTRANTHUS.

*Cal. o. Cor. infera, radiata, 14-fida,  
Semen 1, tubo corollæ rotundus.*

## MONOGYNIA.

## + GENUS I. LAGUNEA.

## Descriptio Naturalis.

- Cal. Squamae 3-4-flora, Perianthium proprium o.
- Cor. Monopetala, campanulata : tubo brevi : limbo 5-partito, lacinias ovatis. Nectarium glandulis septem.
- Stam. Filamenta 7, subulata, corollæ aequalia, nectario insidentia. Antheræ ovatæ, 2-loculares, incumbentes.
- Pilt. Germen subrotundum, superum. Stylus 2-fidus, aequalis staminibus. Stigmata crassiflaccida.
- Peric. nullum.
- Sem. 1, nudum, orbiculatum, acuminatum, nitidum.
- Nom. In memoriam Doct. Andreæ Lagunæ, qui Botanicam Dioscoridis in lingua Hispanicam transtulit, & illustravit.

Char. Gener. Cal. o. Cor. campanulata, 5-partita. Semen 1, superum, nudum.

- + Sp. 1. LAGUNEA COCHINCHINENSIS. a Cay Ngai b. g Pñ niu.  
Differ. spec. Lag. ramis postratis : foliis pilosis : paniculâ spicatâ. Hab ; & notæ. *Caulis* herbaceus, perennis, 6 pedes longus, suberectus, crassus, flacidus, tortuosus, geniculatus : *ramis* postratis, aliquando repentibus. *Folia* magna, subcordata, conica, integerrima, utrinque pilosa, costis crassis, arcuatis, parallelis : *petiolis* amplexicaulibus : *stipulis* vaginantibus, pilosis. *Flos* albus, terminalis, parvus, multus, paniculis in spicas desinentibus. Habitat frequenter prope fossas in Cochinchinâ, etiam in Chinâ. Virt. Totius herbae. Discutiens, Resolvens. Valet imprimis ejus usus tam externus, quam internus in genuum tumescientium curatione, qui morbus indigenis familiaris, & valde rebellis.

## + GENUS II. STYLEDIUM.

## Descriptio Naturalis.

Cal. nullus.

Cor. Infera, petala 7., linearia, erecta, in longum cylindrum mutuo adhaerentia : in senectute aliquando reflexa.

Stam. Filamenta 7, brevia, plana, subcoalta, receptaculo insiden-  
tia.

tia. Antheræ lineares, stantes, corollam excurrentes.  
Pift. Germen subrotundum. Stylus filiformis, corollam superans. Stigma ovatum, emarginatum.  
Peric. Drupa ovata, parva: nucula compressa, scabri, 2-loculari; nucleus subrotundis, solitariis.  
Nom. ( $\gtrless \tau u \lambda i \delta i o v$  parva column) ob corollam formam cylindricam contumeliam exhibentem.

Char. Gener. Cal. o. Cor. cylindracea, 7-petala. Drupa supera: nucula scabra, 2-loculari.

† Sp. 1. STYLEDIUM CHINENSE.  $\beta$  Pau trau.  
Differ. spec. Styl. ramis, & pedunculis dichotomis.  
Hab. Frutex 5-pedalis, erectus, ramosissimus: ramis dichotomis. Folia ovata, basi inaequali, apice acuminato, integerrima, glabra, alterna, petiolata. Flos luteus axillaris, pedunculis dichotomis. Habitat in cultum suburbia Cantoris Sinarum.  
Virt. Refrigerans. Decoctum radicis valet contra hematicam, & febres calidas, diuturnas.

## TETRAGYNIA.

### GENUS III. ASTRANTHUS.

#### Descriptio Naturalis.

Cal. nullus.  
Cor. Monopetala, hippocrateriformis: tubo brevi: limbo plano, 14-fido: lacinias lanceolato-linearibus, septem alternis brevioribus. Stam. Filamenta 7, filiformia, erecta, lacinias corollæ longioribus exqualia. Antheræ 3-loculares, subrotundæ.  
Pift. Germen superum, ovatum, subacutum. Styli 4, capillares, exuales staminibus. Stigmata simplicia.  
Peric. Nilum, præter tubum corollæ arescentis, semen vestientem.  
Sem. 1, parvum, ovatum, acuminatum.  
Nom. (A'st'ra stella,  $\alpha v \theta o s$  flos) ob lacinias floris in formam stellæ radiatas.

Char. Gener. Cal. o. Cor. hippocrateriformis, 14-fida. Semen 1, superum, tubo corollæ fotum.

~~CAD~~

Sp. 1.

Sp. 1. ASTRANTHUS COCHINCHINENSIS. *Cay Chay.*

Differ. spec. Alt. *foliis* ovatis, serratis: *spicis* axillaribus.

Hab. *Arbor* mediocris, *ramis* paucis, ascendentibus. *Folia* ovata, serrata, lanuginosa, petiolata, alterna. *Flos* pallidus, duriusculus, *spicis* longis, simplicibus, axillaribus.

Habitat agrelitis, non rara in Cochinchinâ.

Observ. Stamina saepissimè inveniuntur 7: aliquando 6, vel 8, & tunc totidem numerantur laciniarum paria, quarum alterne semper breviores, & in eodem plano radiatæ.

C L A S S I S V I I I .  
O C T A N D R I A  
M O N O G I N I A .

\* Flores completi.

- |                   |  |
|-------------------|--|
| 1. G AURA:        | <i>Cor.</i> 4 - petala. <i>Cal.</i> 4 - fidus , superis.<br><i>Nux</i> 1 - sperma.                               |
| 2. EPILOBIUM.     | <i>Cor.</i> 4 - petala. <i>Cal.</i> 4 - phyllus , superis.<br><i>Capf.</i> 4 - locularis. <i>Semina</i> papposa. |
| 3. DIOSPYROS.     | <i>Cor.</i> 4 - fida. <i>Cal.</i> 4 - partitus , inferis.<br><i>Bacca</i> 8 - sperma.                            |
| 4. OSBECKIA.      | <i>Cor.</i> 4 - petala. <i>Cal.</i> 4 - fidus , medius.<br><i>Capf.</i> 4 - locularis. <i>Antheræ</i> caudatae.  |
| 5. LAWSONIA.      | <i>Cor.</i> 4 - petala. <i>Cal.</i> 4 - fidus , inferis.<br><i>Bacca</i> 4 - locularis.                          |
| 6. AMYRIS.        | <i>Cor.</i> 4 - petala. <i>Cal.</i> 4 - dentatus , inferis.<br><i>Bacca</i> 1 - sperma.                          |
| 7. JAMBOLIFERA.   | <i>Cor.</i> 4 - petala. <i>Cal.</i> 4 - dentatus , inferis.<br><i>Filamenta</i> planiuscula. <i>Bacca</i> .      |
| † 8. GELA.        | <i>Cor.</i> 4 - petala. <i>Cal.</i> 4 - partitus , inferis.<br><i>Drupa</i> 1 - sperma.                          |
| 9. ALLOPHYLUS.    | <i>Cor.</i> 4 - petala. <i>Cal.</i> 4 - phyllus , inferis.<br><i>Stylus</i> 2 - fidus.                           |
| † 10. DIMOCARPUS. | <i>Cor.</i> 5 - petala. <i>Cal.</i> 5 - fidus , inferis.<br><i>Bacca</i> 2 , monospermæ.                         |
| † 11. EYSTATHES.  | <i>Cor.</i> 5 - petala. <i>Cal.</i> 5 - phyllus , inferis.<br><i>Bacca</i> 4 - sperma.                           |
| † 12. SCUTULA.    | <i>Cor.</i> 5 - petala. <i>Cal.</i> baccatus , integer.<br><i>Bacca</i> 8 - locularis.                           |

\*\* *Flor.*

## \*\* Flores incompleti.

## 13. DAPHNE.

*Cor.* 4 - fida, aequalis, stamina includens.  
*Cal.* o. *Bacca* pulposa.

## T R I G Y N I A.

## 14. SAPINDUS.

*Cor.* 4 - petala. *Cal.* 4 - fidus, inferus.  
*Bacca* connata, 1 - spermæ.

## 15. CARDIOSPERMUM.

*Cor.* 4 - petala. *Cal.* 4 - phyllus, inferus.  
*Capl.* 3, inflatæ, connatæ.

## 16. COCCOLOBA.

*Cor.* o. *Cal.* 5 - partitus. *Bacca* calycina, 1 - sperma.

## 17. POLYGONUM.

*Cor.* o. *Cal.* 5 - partitus, inferus. *Semen* 1, nudum.

## T E T R A G Y N I A.

## † 18. PYTHAGOREA.

*Cor.* 7 - 8 - petala. *Cal.* 7 - 8 - phyllus, inferus. *Capl.* 4 - locularis.

## † 19. HYDROGETON.

*Cor.* 4 - petala. *Cal.* o. *Foll.* 4, monospermii.

## MONOGYNIA.

## GENUS I. GAURA.

Char. Gener. *Cal. 4-fidus*, tubulosus. *Cor. 4-petala*, ascendens versus latus superioris. *Nux infera*, 1-sperma, 4-angula. Lin. sy. pl. G. 506.

• † Sp. I. GAURA CHINENSIS.  $\beta$  Sán si trão.

Differ. spec. Gau. *foliis lanceolatis*, ferratis, oppositis : *spicis* sub-terminalibus.

Hab; & notæ. *Caulis* suffruticosus, 1-pedalis, erectus, tenuis, 4-gonus, hispidus : *ramis* paucis, ascendentibus. *Folia* lanceolata, ferrata, sessilia, opposita. *Flos* luteus, spicis erectis, subterminalibus. *Calyx* 4-phyllo, foliolis acutis, incurvis, reflexis. *Cor.* petala 4, ovata, incurva, erecta. *Filamenta* 8, brevia : *antheris* longis, erectis. *Stigma* sessile. *Nucula* infera, subrotunda, scabra, 1-iperna, minima.

Habitat inculta Cantone Sinarum.

Observ. Chameenerii similis Lysimachia (Pluk. Amalth. p. 139. t. 428. f. 2.) quæ Linnae Gaura biennis, proculdubio specie differt a Chinensi

## GENUS II. EPILOBIUM.

Char. Gener. *Cal. 4-fidus*. *Petala 4*. *Capf.* oblonga, infera. *Semina* papposa. Lin. sy. pl. G. 507.

Sp. I. EPILOBIUM TETRAGONUM.  $\alpha$  Cây muồng nhão  $\beta$  Sòi hoàng teng.

Differ. spec. Ep. *foliis* lanceolatis, denticulatis, imis oppositis : *caule* tetragonon. Lin. sp. 5.

Hab; & notæ. *Caulis* herbaceus, 2-pedalis, tetragonon, simplex : *ramis* obliquis. *Folia* linear-lanceolata, integerrima, glabra, alterna, subfissilia. *Flos* luteus, axillaris, solitarius : *petalis* 4, emarginatis, æqualibus : *staminibus* 8, erectis : *stigmate* magno, subrotundo 4-fido. *Calycis laciniae* 4, patentes, permanentes. *Capula* infera, sub-cylindracea, longa, rubra, 4-locularis, polypompa : *seminibus* plurimis, sub-reniformibus, non papposis. Omnis floris partibus non raro additur quinta pars numero.

Habitat loca aquosa tam in Cochinchina, quam in China.

Lysimachia Indica, aquatica, glabra, flore flavo, siliqua angulosa, stellata.

stellatâ, Dyanilla Zeylonensis. Burm. Zeyl. pag. 146.

† Sp. 2. EPILOBIUM FRUTICOSUM.  $\alpha$  Cây muồng đất.

Differ. spec. Epil. caule fruticoso, ramosissimo : foliis integerrimis, alternis, hirsutis.

Hab ; & note. Caulis fruticosus, rectus, teres, 6-pedalis, ramosissimus : ramis ascendentibus, Folia lanceolata, utrinque acuta, integerrima, hirsuta, subpetiolata, alterna. Flos superus, luteus : petalis 4, subrotundis, emarginatis, pedunculis 1-floris. Capsula columnaris, 8-gona, 4-locularis, polysperma : calyce permanente, coronata : seminibus non papposis.

Habitat in arvis incultis Cochinchinæ.

Observ. Cogitavi hanc plantam adjungere Epilobio Hirsuto Linnæi, sp. 3, sed in illo folia opposita, ferrata, decurrentia, amplexicaulia nostro repugnant.

G E N U S III. D I O S P Y R O S .

Char. Gener. Cal. 4-fidus. Cor. urceolata, 4-fida. Stam. 8. Stylus 4-fidus. Bacc. 8-sperma. Lin. sy. pl. G. 1274.

Sp. 1. DIOSPYROS LOTUS.  $\alpha$  γ . . .

Differ. spec. Diosp. foliorum paginis discoloribus : floribus terminalibus. Lin. sp. 1.

Hab ; & notæ. Arbuscula 6-pedalis : ramis patentibus. Folia ovato-lanceolata, integerrima magna, alterna, glabra, paginis discoloribus, costis obliquis prominentibus. Flos pallidus, terminalis, solitarius : calyce foliaceo, maximo, 4-5-partito, piano, permanente. Bacc. rotunda, semipollicaris, lutea, lanuginosa, 1-locularis, 8-sperma : seminibus compresso-oblongis, oscis : pulpa vix ullâ.

Habitat agrestis ad litora ore Orientalis Africae.

Guaiacana. Tournef. Inst. pag. 600. tab. 371. Lotus Africana, latifolia, Diospyros Theophrasti. Bauh. Pin. p. 447. t. 2.

Sp. 2. DIOSPYROS KAKI.  $\alpha$  Cây Hoang  $\beta$  Sú xú.

Differ. spec. Diosp. foliis ovatis, acuminatis, subtus pubescentibus : pedunculis 2-floris, axillaribus.

Hab ; & notæ. Arbor mediocris : rami tortuosis, subascendentibus. Folia ovata, acuminata, integerrima, magna, sub-crassa, obscuror-viridia, subrus tomentosa, petiolata, alterna. Flos luteo-viridis, axillaris : pedunculis solitarius, saepe 2-floris. Cal. 4-partitus, lacinias ovatis, magnus, patens, persistens. Cor. urceolata, limbo

4-fi-

4-fido, brevi, piano, æquali. *Stamina* 8, siæpe 16, per paria in-sidentia ad basim urceoli corollæ. *Style* brevissimus: *stigmatibus* 4, oblongis, pilosis, erectis. *Bacca* 4-gono-rotunda, 1-locularis, 8-sperma, rubro-crocea, glabra, dulcissima, succosa, edulis, odoris non admodum grati. In aliquibus membranâ tenui dis-tinguntur loculi 8.

Colitur frequenter in Chinâ, & Cochinchinâ, aliisque locis Indiæ extra Gangem.

Lin. Jun. suppl. pl. pag. 439. Thunb. Japon. pag. 157. Est etiam varie-tas fructu ovato, pollicari: feminibus 3-4, siæpe nullis. In hac specie inveniuntur etiam arbores floribus omnibus masculis, sed raro.

† Sp. 3. DIOSPYROS LOBATA. ✕ Cây Cây.

Differ. spec. Dioisp. *foliis* ovato-lanceolatis, utrinque glabris: *pedunculis* 1-floris, axillaribus. *Baccis* 8-lobis.

Hab.; & notæ. *Arbor* parva, 8-pedalis: *ramis* patentibus. *Folia* ovato-lanceolata, parva, integririma, utrinque glabra, pallido-viri-dia, petiolata, alterna. *Stamina* semper 8, quodlibet antheris bi-nis. *Flos* albus, axillaris, solitarius, hermaphroditus: tubo *corolle* 4-gono-ventricoso: limbo parvo, 4-fido. *Style* vix ullus: *sti-gmate* oblongo, profundè 4-fido. *Bacca* pallide lutea, 1-pollicaris, compressa, 8-locularis, 1-sperma: pulpâ sub-dulei, sapore auftero, odore nullo, eduli tamen.

Habitat culta, incultaque in Cochinchinâ.

† Sp. 4. DIOSPYROS DECANDRA. ✕ Cây Thị. ✕ Hoàn H. )

Differ. spec. Dioisp. *foliis* lanceolatis, sparsis: *floribus* decandris, axillaribus: *baccis* subglobosis.

Hab.; & notæ. *Arbor* magna: *ramis* sub-patentibus. *Folia* ovato-lanceolata, integririma, lanuginosa, sparsa, petiolis brevibus. *Flos* albus, axillaris, 3-natus, pedunculis brevibus. *Cal.* 4-partitus, patens, parvus, persistens, lacinias acutis, crassis, pilosis. *Corolla* campanulata, tubo urceolato, fauce constrictâ: limbo parvo, 4-fido, obtuso, reflexo. *Filamenta* constanter 10, fundo corollæ af-fixa: antheris oblongis stantibus. *Germen* subrotundum, superum. *Style* subnullus. *Stigmata* 3, 3-fida, patentia. *Bacca* magna, sub-globosa, umbilicata, flavescentia, pulpa, austero-dulcis, 1-locularis, 6-8-sperma: *feminibus* osleis, compressio-ovatis. Odor fructus vehemens, parum gratus.

Habitat frequens in provinciis Borealibus Cochinchinæ: ubi fructus exponuntur venales in foro.

Hebenaster Lolin. Rumph. Amb. I. 4. c. 5. t. 6.

Ufus. Vetusæ arbores dant optimum lignum ad scripia, & opera ele-gan-

gantiora formanda. Est enim compactum tenuissimis fibris, æquale, grave, albissimum, venis multis nigerrimis distinctum: corde etiam aliquando nigro, non crasso.

Observ. Arbor ita, ni fallor, est eadem, quæ a Linnaeo Juniore (sup. pl. p. 440.) vocatur *Diospyros Ebenum*, ibidemque assertur eam esse verum Lignum Ebenum. Ego non ita sentio: mecumque stat accuranssimus Rumphius, qui legi potest capite superius citato, & præcedentibus, ubi diffusè agit, tam de hoc facto, quam de vero Ebeno, quas arbores observavit in Amboinâ, sicut ego in Cochinchinâ. De Ebeno Nigro vero alibi nobis sermo erit.

† Sp. 5. DIOSPYROS DODECANDRA. a Cay Thi trám.

Differ. spec. *Diosp. floribus dodecandris*, axillaribus: *baccis lenticularibus*.

Hab; & nota. *Arbor magna*, ramis sub-patentibus. *Folia* lato-lanceolata, integerrima, alterna. *Flos* albus, axillaris: tubo *corolla* subgloboso, magno: limbo 4-fido, brevi. *Stamina* 18 fundo tubi insidentia. *Bacca* pallida, compressa, leptiformis, 1-locularis, 3-sperma: seminibus compresso-ovatis, osseis, magnis: pulpâ modicâ, subdulci, astringente, eduli, nec sapidâ.

Habitat spontanea, cultaque in Cochinchinâ.

Usus. Lignum præcedentis simile, carens tamen venis illis in corde nigerrimis: albedine, densitate fibrarum, & laevitate eburis æmulum. Solet etiam in horis coli ad suffinendos frutices *Piperis Nigris*, quod per has arbores libentius scandit, & progerminat.

Observ. Cum in solâ *Diospyro Kaki*, & in hâc quidem raro, flores masculos seorsim observarem, & in aliis 4 speciebus omnes hermaphroditos, coactus fui a Celeb. Linnaeo discedere, qui Genus *Diospyrum* facit *Polygonum*, quia plures species non viderat, quæ *Polygonæ* non sunt.

#### G E N U S IV. OSBECKIA.

Char. Gener. *Cal* 4-fidus: lobis squamâ ciliari interstinctis. *Carolla* 4-petala. *Antheræ* rostratae. *Capsula* 4-locularis, calycis tubo truncato cincta. Lin. sy. pl. G. 503.

Sp. 1. OSBECKIA CHINENSIS. a Kám yong H. Lin. sp. 1.

Differ. spec. Osb. *foliis lanceolatis*, *subsessilibus*, 3-nerviis: *floribus* congettis terminalibus.

Hab; & nota. *Caulis* 2-pedalis, suffruticosus, 4-gonus, erectus, pilosus, ramulos. *Folia* lanceolata, 3-nervia, hispida, integriflora, opposita, subsessilia. *Flos* ruber, congestus, terminalis, peduncula-

OCTANDRIA. MONOGYNIA. 229

culatus : calyx 4-fido : corolla 4-petalā, patente : petalis ovatis. Stamina 8 : antheris oblongis, caudatis, non refractis, nec rostratis. Bacca subrotunda, exsucca, calyce vestita, 4-locularis : seminibus plurimis, minimis.

Habitat inulta Cantone Sinarum.

Osbec. It. p. 213. t. 2. Burm. Ind. p. 86.

GENUS V. LAWSONIA.

Char. Gener. Cal. 4-fidus. Petala 4. Staminum 4 paria. Capsula 4-locularis, polysperma. Lin. sy. pl. G. 251.

† Sp. 1. LAWSONIA SPINOSA. a Cay mǎo ng tay nhuom Lin. sp. 2.

Differ. spec. Law. ramulis in spinas desinentibus : racemis terminalibus.

Hab. & notæ. Arbuscula 8-pedalis : ramis longis, patentibus, paucis : spinis rectis, raris, ramulos terminantibus. Folia lato-lanceolata, integerrima, sessilia, opposita, submentofa, parva. Flos albus, corymbis racemosis, terminalibus. Calyx campanulatus, 4-fidus, laciniis acutis, coloratis. Corolla petala 4, crispato-plicata, calyci inserta, illo sub-longiora. Stamina 8, citò decidua. Capsula minima, subrotunda : loculis 4, valvis totidem : seminibus paucis, polygonis.

Cyprus Alcanna Rhumph. Amb. I. 6. c. 20. t. 17. Alcanna species Zeylanica, Manithondi Zeylonensis. Burm. Zeyl. pag. 9.

Habitat in hortis Cochinchinæ.

Ustis : Medicus. Astringens, Refrigerans. Folis convallis, admixta calce, utuntur Cochinchinenses ad tingendos unguis colore rubrimo : qui mos pro elegantiā invalidit non solum apud alios populos Indianos, sed etiam apud Turcas, Perfas, & Āethiopes. Circa virtutem ad curandam paronychiām, de quā Rumphius meminit, periculum non feci.

† Sp. 2. LAWSONIA FALCATA. z Cay Chám tháu : Cay méo.

Differ. spec. Law. foliis falcatis, subcrenatis.

Hab. & notæ. Arbuscula 6-pedalis, ramosissima. Folia falcata, acuminata, subcrenata, glabra, petiolata, sparsa, graveolentia. Flos albus, corymbo racemoſo, terminali : calyx 4-fido : corolla 4-petalā : staminibus 8. Pericarpium bacca supera subrotunda, parva, 4-locularis, polysperma. Numerus loculorum inconfans ; etenim non raro numerantur 3-2-1, aliis suffocatis

Habitat ubique in dumetis Cochinchinæ.

Adulterina, Daun Salawar. Rumph. Amb. I. 10. c. 42. t. 25. f. 1.

Aft

Ast Frutex incognitus (Bont. Jav. l. 6. p. 147.) a Rumph. incongruè citatur.

Virtus. Calefaciens, Deobstuens, Eumenenagoga, Nervina. Cataplasma foliorum prodest ad fovenda, & fuscitanda membra paralytica. Odor plantæ ingratus.

### GENUS VI. AMYRIS.

Char. Gener. Cal. 4 - dentatus. Petala 4, oblonga. Stigma tetragonum. Bacea drupacea. Lin. sy. pl. G. 516.

Sp. 1. AMYRIS AMBROSIACA.  $\alpha$  Tô bsp Binh Khang.

Differ. Spec. Am. foliis pinnatis petiolatis: paniculis confertis, axillaribus. Lin. Jun. suppl. pag. 216.

Habitat in montibus Cochinchinæ, in provinciâ Binh Khang, circa 14 gradum Latitudinis Borealis.

Notas afferre non potui indubias, imo de ipso genere adhuc dubius maneo, quia florem obtinere non potui. Ex relatione indigenarum, & propriâ observatione balsami ex istâ arbore mamantis suspicatus sum esse Amyrim Ambrosiacum, de qua Piso (Hist. Nat. p. 122.) & Aubletus (Guian. p. 337. t. 130.) locuti sunt, ac etiam in India Orientali nasci affirmat Linneus Junior. At, cum tam ista, quam Canarium Odoriferum Rumphii (Amb. l. 3. c. 4. t. 50, 51.) foliis similiter imparipinnatis arborescant, & præterea Ambonienses plantæ cum Cochinchinenibus plerumque convenient, determinare non potui cui potius nostram adscriberem, flore non viso. Et certè Rumphiana arbor nec flore, nec fructu cum Ambrosiacâ concordat. Cochinchinense balsamum, quod ex arbore agresti modicè stillat, colore cinereo, & fragrantia eximiâ non multum differt a flyrace liquidâ, que Liquidambar a Linnœo vocatur. An Nanarium Minimum Oleosum? Rumph. l. 3. c. 6. t. 54.

Uſus. Ad exaltanda quælibet odorifera, quibus cerebrum confortare inrenditur.

### GENUS VII. JAMBOLIFERA.

Char. Gener. Cal. 4-dentatus. Cor. 4-petala, infundibuliformis. Filamenta planiuicula. Stigma simplex. Lin. sy. pl. G. 513.

Sp. 1. JAMBOLIFERA PEDUNCULATA.  $\beta$  Jamboloens. Lin. sy. pl. sp. 1.

Differ. Spec. Jamb. foliis ovatis, emarginatis: corymbo terminali. Habet & notæ. Arbor supra mediocrem: ramis patentibus, minoribus

bus brachiatis. *Folia* ovata, emarginata, integerrima, glabra, du-  
riuscula, opposita, petiolata. *Flos* albus, terminalis, corymbis ra-  
cemosis: *calyce* 4-fido: *corollæ* 4-petalæ. *Bacca* ovato-oblonga,  
subteres, obtusa, umbilicata, nigra succosa, acerbodulcis, elcu-  
lenta: *scmine* 1, oblongo.

Habitat Macai in China, coliturque in multis Indiæ locis.

Acosta. Arom. c. 49. ap. Cl. p. 287. Jambolana. Rumph. Amb. I. I. c.  
37. t. 42. Prunus Indica, fructu nigro, olivæ magnitudine. Burm.  
Zeyl. p. 197.

† Sp. 2. JAMBOLIFERA ODORATA. a. Rus ton.

Differ. spec. Jamb. *foliis* ovatis, basi obliquè truncatis: *corymbo* ter-  
minali, distichè ordinato.

Hab. & nota. *Arbuscula* 5-pedalis, caule simplici, rectissimo: *ra-  
mis* brachiatis. *Folia* subovata, basi obliquè truncata, integerrima,  
crassa, glabra, inferius albicantia, punctata, odorem cumini ex-  
halantia. *Flos* terminalis: *corymbis* racemosis, distichis: *peduncu-  
lis*, *calyce*, & *corollæ* integrè albis. *Cal.* 4-fidus, *corolla* 4-pe-  
tala, *stamina* 8. *Bacca* supera, ovata, parva, alba, 1-sperma,  
punctata, glabra.

Habitat in hortis Cochinchinæ.

Ufus. Folia, cum tenera sint, & odora, nec gustui injucunda, im-  
miscentur saepe acetariis.

Observ. Ob similem cumini odorem dubitaret aliquis, an esset Myr-  
tus Cumini Lin. sp. 6., sive Jamboea Ceramica Rumphii? (I. I.  
c. 36. t. 41.) sed in nostrâ præter alia, quæ hic notantur, *stamina*  
inveniuntur semper 8. Nonne potius Foliæ Inflinctus? Rumph.  
Amb. I. 5. cap. 47. pag. 202.

† Sp. 3. JAMBOLIFERA REZINOSA. a. Sín Cây.

Differ. spec. Jamb. *foliis* oblongis: *pedunculis* lateralibus.

Hab. & nota. *Arbor* mediocris, *ramis* patentibus: *cortice* rezinofo-,  
tenacissimo. *Folia* ovato-oblonga, integerrima. *Flos* albus, pedun-  
culis polyfloris, axillaribus. *Calyx* 4-dentatus. *Corolla* 4-petala,  
campanulata. *Bacca* subrotunda, parva, nigra, 4-locularis. *Sta-  
mina* 8. *Stylus* 1.

Habitat in dumetis Cochinchinæ.

Ufus. Decocto crasso radieis imbunt pescatores sua retia, & funes,  
ut rezina indurati humiditatem repellant, ac diutius a putredine ser-  
ventur immunes.

Observ. Sulpicor esse Tenarium Maiorem negligenter descriptum a  
Rumphio. Amb. I. 5. c. 38. t. 122.

## † GENUS VIII. GELA.

## Descriptio Naturalis.

Cal. Perianthium 4-partitum, inferum, brevissimum: lacinis subrotundis.

Cor. Petala 4, linearia, patentia.

Stam. Filamenta 8, subulata, planiuscula, exerta, corollæ æqualia. Anthereæ subrotundæ, nutantes.

Pist. Germen subrotundum. Stylus filamentis brevior. Stigma acutiusculum, leviter 2-fidum.

Peric. Drupa subrotunda, parva, glabra.

Sem. Nucula subrotunda, 1-locularis.

Nom. ( $\gamma\epsilon\lambda\alpha$  splendor solis) ex foliorum nitore.

Char. Gener. Cal. 4-partitus, inferus. Cor. petala 4, linearia. Drupa subrotunda, 1-sperma.

† Sp. 1. GELA LANCEOLATA. a Cây Bái bái.

Differ. spec. Gel. foliis lanceolatis, oppositis: corymbo racemoso.

Hab. Arbuscula 5-pedalis: ramis patentibus. Folia ovato-lanceolata, integerrima, margine recurva, glabra, nitida, opposita, odora. Flos, corymbo-racemosus, luteo-viridis, axillaris.

Habitat agrestis in Cochinchina.

## GENUS IX. ALLOPHYLLUS.

Char. Gener. Cal. 4-phyllo: foliolis orbiculatis, oppositis minoribus. Petala 4, calyce minora. Germen didymum. Stigma 4-fidum.

Lin. sy. pl. G. 511.

† Sp. 1. ALLOPHYLLUS TERNATUS. a Cây Chánh ba.

Differ. spec. Al. foliis ternatis, ferratis: racemis longis, terminalibus.

Hab; & notæ. Arbuscula 5-pedalis, ramis patentibus. Folia ternata, inaequilatera ferrata, magna: petiolo communi longo. Flos parvus, albus, racemis longis, terminalibus: calyce 4-phyllo, rotundo: petalis 4, minimis, pilosis: nectario glandulis 4. Stylus 2-fidus. Germen didymum: maturum non vidi. Stamina 8.

Habitat ad ripas fluminum in Cochinchina.

Virtus. Cataplasma foliorum prodest in contusionibus, & dislocationibus.

† GE-

## † GENUS X. DIMOCARPUS.

## Descriptio Naturalis.

Cal. Perianthium 5-fidum, inferum, patens, pilosum: lacinias rotundatæ.

Cor. Rotata, petala 5, oblonga, pilosa, calyci subæqualia.

Stam. Filamenta 8, subulata, corollæ breviora, receptaculo insidentia: nectario corollæ lenticulari, crenato constricta. Antheræ 2 - loculares, subrotundæ.

Pist. Germen 2-lobum, pilosissimum. Stylus crassus, 3-fidus, æqualis staminibus. Stigmata, oblonga, reflexa.

Peric. Baccæ 2, 1-loculares, subrotundæ, pulposæ.

Sem. 1-nitidum, magnum.

Nom. ( $\Delta\delta\mu\mu\sigma$  geminus: Καρπος fructus) ob plantæ fructum, germen.

Char. Gener. Cal. 5-fidus, inferus. Cor. petala 5, oblonga. Baccæ 2, monospermæ.

† Sp. 1. DIMOCARPUS LICHI. 3 Ly chi. a Cây lắc.

Differ. Spec. Dim. foliis pinnatis: baccis cordatis, squamosis.

Hab; & notæ. Arbor mediocris, ramis patentibus. Folia imparipinnata, sub-quadriflora: foliolis lanceolatis, glabris, subintegerrimis, subus glaucis. Flos pallidus, terminalis, racemis oblongis, laxis. Baccæ pollicaris, cordiformis: cortice squamofo, tenui, diurnuscculo, hinc fusco-rubro, inde viridi: pulpa albâ, dulci, sub-acidâ, sapidissimâ: semine fusco, nitido, æquale, subovato, magno. Descriptio præcedens Generis huic speciei imprimis convenit.

Colitur abundantissime in provinciis Australibus imperii Chinensis, & in Borealibus regni Cochinchinae; sicut enim a magno frigore abhorret, ita magnos calores non sustinet. Ut Imperator Sinensis quotannis hoc deliciose fructu potiatur, coguntur ejus subditi iniano labore, & expensis has arbores, cum primum florent, ex Cantone Pekinum conducere per flumina: ita opportunum tempus metientes, ut eò pervenientes fructus maturi habeantur, quod in Pekinensi climate non obtinetur.

Li-chi. Du Halde, Navarrete, & alii scriptores historiæ Chinensis.

† Sp. 2. DIMOCARPUS LONGAN. 3 Lám yến. a Cây Nhón: Laong nhon.

Differ. Spec. Dim. foliis pinnatis: baccis globosis, sub-lævibus.

Hab; & notæ. Arbor supra mediocrem: ligno durissimo: ramis pa-

Gg ten-

tentibus. *Folia* impari-pinnata, nunc opposita, nunc alterna, lanceolata, glabra, sub-integerrima, subitus flavescens. *Flos* terminalis, pallidus, racemis vasis: *filamentis* brevissimis, 8, saepe 9, 10: *corollâ* patente, subrotata: *antheris* oblongis. *Bacca* globosa, 2-nata, parva, semipollucaris, sub-levis, pallide rufa: *pulpâ* dulcissimâ, eduli: *semine* globofo, fusco, nitido, a *pulpâ* libero.  
Habitat culta in Chinâ, & Cochinchina.

Longan. Apud eosdem Historiographos rerum Sinenium.

† Sp. 3. DIMOCARPUS CRINITA. a Cay Chom chom.

Differ. spec. Dim. *baccis* sub-ovatis, crinitis: *pulpâ* femini coalita. Hab; & note. Arbor mediocris, *ramis* expanjis. *Folia* imparipinnata, inordinata: *foliolis* lanceolatis, glabris, fuscō-viridibus. *Flos* terminalis, racemis coarctatis. *Bacca* subrotunda pollucaris, integrè rubra, villis plurimis, longis, coloratis circumdata, 2-nata: *semine* longiusculo, tenaciter adhaerente *pulpâ* aliae acerbo-dulci, eduli.

Habitat in sylvis Cochinchinæ, & Javae.

Ramponian. Bont. Jav. L. 6. C. 23. f. 109. fig. ibi.

† Sp. 4. DIMOCARPUS INFORMIS. a Nhon. Cat det.

Differ. spec. Dim. fructu tuberculofo, irregulari.

Hab; & note. Arbor agrestis, mediocris, *ramis* patentibus. *Folia*, & flores fere ut secundæ speciei: *racemis* terminalibus, pauci floris. *Germen*, & fructus gemini. *Bacce* carnosæ, folidae, in sequales, tuberculis multis circumdatae, quasi ex multis aggregatae, acerbae, inedules, eandem irregularitatem continuo servantes. *Lignum* omnium specierum optimum, grave, durum, fusco-rubrum.

Habitat in sylvis Cochinchinæ.

† GENUS XI. EYSTATHES.

*Descriptio Naturalis.*

Cal. Perianthium 5-phylum, inferum, foliolis ovatis, concavis.

Cor. Petala 5, ovata, patentia, calyci æqualia.

Stam. Filamenta 8, subulata, erecta, receptaculo inhærentia. Anthers ovatæ, 2-loculares, stantes.

Pist. Germen subrotundum, pilosum. Stylus filiformis, subæqualis staminibus. Stigma obtusum, emarginatum.

Peric. Bacca globosa, carnosæ, 2-locularis, 4-sperma.

Sem. Ovata, compressa.

Nom.

Nom. (*Eustathia stabilis*) ab arboris ligno duratione firmo, &c. stabili.  
 Char. Gen. *Cal. 5* - phyllus, inferus. *Cor. petala 5* - ovata. *Bacca 1* -  
*locularis*, *4* - sperma.

† Sp. 1. EYSTATHES SYLVESTRIS. & Cay Tiam.

Differ. spec. *Eyst. foliis oblongis*, alternis : *racemis subfusimeticibus*.  
 Hab. *Arbor magna*, ramis patentibus. *Folia ovato-oblonga*, acuminata,  
 integerrima, glabra, venosa, alterna. *Flos albus*, *racemis oblongis*,  
 subfusimeticibus, subterminalibus. *Bacca glabra*, *corticosa*, *intus carnosa*, *mediocris*, *non edulis*.  
 Habitat in altis montibus Cochinchinae.  
 Uſus. Lignum subruberum, æquale, vaſtum, firmum, ad ædificandum aptum.

### GENUS XII. SCUTULA.

#### *Descriptio Naturalis.*

Cal. Perianthium truncatum, patens, scutiforme, carnosum, coloratum, exterius lœve, intrinsecus 8 cellulis distinctum.

Cor. Petala 5, subrotunda, acuminata, conniventia, margini Calycis insidentia.

Stam. Filamenta 8, subulata, inflexa, calyci infra marginem inserita, corollæ subæqualia. Antheræ oblongæ, curvatae, flexu conve-  
 xo cellulis calycis incubantes.

Pist. Germen nullum a calyce distinctum. Stylus filiformis, subæqualis staminibus. Stigma simplex.

Peric. Bacca calycina, 8 - locularis, 1 - sperma, formata ex ipso calyce incrassato, præstinam formam scutellæ servante.

Sem. Solitaria, compressissimula.

Nom. Scutula ex figurâ baccae parvum scutum, sive scutellam designans.

Char. Gen. Cal. *baccatus*, integer. Cor. Petala 5. *Bacca 8* - locularis.

† Sp. 1. SCUTULA SCUTELLATA. & Cay Ran.

Differ. spec. Scut. *pedunculis polyfloris* : *baccis compressis*.

Hab. *Arbor parva*, 8 - pedalis, *ramis* patentibus. *Folia lanceolata*,  
 integerrima, glabra, opposita, margine tumida. *Flos lateralis*, *pe-  
 dunculis solitariis*, *polyfloris*. *Corolla*, *stamina*, *pistillum*, *bacca*  
 omnia coloris violacei.

Habitat agrestis in Cochinchina,

† Sp. 2. SCUTULA UMBELLATA. a Cay Maöe com.

Differ. Spec. Scut. floribus umbellatis : baccis subrotundis.

Hab ; & notæ. *Arbuscula* 4-pedalis, ramosissima. *Folia* ovato-lanceolata, integerrima, crassa, opposita, glabra, sessilia. *Flos* parvus, terminalis, versicolor, albo, & cæruleo maculatus, umbellis, seu potius Cymis magnis : *pedunculo* communi longo, partitibus brevibus. *Calyx* truncatus, baccatus, 8-locularis. *Corolla* sparsus 4-petala, calyci inferta. *Filamenta* 8 : antheris curvatis, cæruleis.

Habitat in dumetis Cochinchinæ.

Virt : baccarum. Adstringens, Corroborans, Myrti æmula.

### GENUS XIII. DAPHNE.

Char. Gen. *Cal.* o. *Cor.* 4-fida, Calycina, marcescens, *stamina* includens. *Bacca* 1-sperma. Lin. Sy. pl. G. 526.

† Sp. 1. DAPHNE TRIFLORA. a U si feng.

Differ. Spec. Daph. floribus sessilibus, axillaribus, congestis : *Calycibus* 3-floris : *foliis* lanceolatis, sparsis.

Hab ; & notæ. *Arbuscula* 3-pedalis : *caule* simplici, *ramis* ascendentibus. *Folia* lanceolata, integerrima, glabra, sparsa, petiolis brevibus. *Flos* flavescens, axillaris, congestus, sessilis. *Calyx* communis 3-phyllo, 3-florus : proprius nullus. *Corolla* tubulosa, 4-5-fida : *staminibus* 8 tubo inclusis. *Bacca*, 1-sperma.

Habitat suburia Cantoniensia Sinarum.

† Sp. 2. DAPHNE CANNABINA. a Cay Deö niet.

Differ. Spec. Daph. Umbellis terminalibus : *foliis* lanceolatis, oppositis.

Hab. & notæ. *Arbor* 10-pedalis : *ramis* ascendentibus : *cortice* Cannabino, tenacissimo. *Folia* ovato-lanceolata, integerrima, glabra, opposita. *Flos* luteus, umbellis sub-terminalibus. *Cal.* nullus. *Corolla* hippocrateriformis, tubo longo, limbo parvo, 4-fido, lacinias ovatis. *Filamenta* 8, brevia, bino ordine intra tubum : *antheris* oblongis. *Germen* oblongum, superum. *Stylus* crassus, brevissimus : *sigmate* rotundo. *Bacca* ovata, 1-sperma, rubra, parva.

Habitat sylvas Cochinchinæ.

Virt. Corticis, & radicis. Cathartica, Deobstruens, Sialagogia. Prodest in hydrope ascite ejus decoctum. Pituitam fauicibus adhaerentem dif-

dissolvit, atque educit. Absque noxā operatur prudenter adhibita, quod de aliis Daphnes speciebus dici nequit.  
 Uſus. Ex cortice contuso, & macerato fit charta scriptoria apud indigenas optima. Intra truncum prope radicem inventuntur ſepe in hac arbore fructa lignea rezinosa, fulva, gravia, informia, ligno Aloe ſimilia, & ejus odorem in igne quomodo cunque imitata.

## † Sp. 3. DAPHNE INDICA. § Lu ha fin.

Differ. spec. Daph. Capitulo terminali: foliis oppofitis, oblongo-ovatis, glabris. Lim. fp. 9.

Hab; & nota. Arbuſcula 3-pedalis: ramis ascendentibus. Folia oblongo-ovata, ſapio acuta, integerima, glabra oppofita. Flos albus, rubro confpersus, Capitulo terminali, peduaculato. paucifloro. Filamenta plerumque 10, tubo occulta, eidem inſiſtientia bino ordine, ſuperiori 6, inferiori 4. Baccă 1-sperma.

Habitat Cantone a Naukino oriunda, vulgoque audit frutex Nan-kinensis.

Osbek. itin. p. 216. Burm. Ind. pag. 38.

## † Sp. 4 DAPHNE ODORA. § Nhuc moi: Nán mué.

Differ. spec. Daph. floribus aggregatis, fefillibus, terminalibus: foliis ovatis, alternis, glabris: Thunb. Japon. p. 159.

Hab; & nota. Arbuſcula 3-pedalis, caule crasto: ramis multis diffuſis, ſepe divaricatis. Folia oblongo-ovata, ſubacuta, integerima, glabra, ſubeffilia, ad apicem ramorum Congesta. Flos Congestus, terminalis, ſubeffilis: Calyx nullo. Corolla infundibuli formis, 4-fida, carnoſa, parva, exterius rubra, intrinſecus alba: laciniis acutis, tubo equalibus. Stamina 8, intra tubum, bino ordine. Baccă minuscula, ovata, 1-sperma.

Colitur studioſe Cantone ſinarum: ubi magni fit ab indigenis propter odorem floris, tenuem quidem, fed iſpis gratum.

## TRIGYNIA.

## G-E N-U-S. XIV. SAPINDUS.

**Char.** Gen. *Cal.* 4. *phyllus*. *Petala* 4. *Capsicle carnosæ*, Connatae, ventricosæ Lin. sy. plant. G. 541.

**Sp. 1.** SAPINDUS SAPONARIA. a Cây bón hòn.

Differ. Spec. *Sap. foliis* impari-pinnatis : *caule* inermi. Lin. sp. 1.  
**Hab.** & note. *Arbor magna*, *ramis* patentibus, inermibus. *Folia* impari-pinnata, sub-10-juga, inordinata : *foliolis* oblongis, acutis, sub-salicatis, integerrimis, glabris. *Flos* albus, racemis compotis, magnis, terminalibus. *Calyx* 5-*phyllus*, *Corolla* 5-*petala*, calyce longior : uterque campanulatus : *staminibus* 8, subulatis, pilosis. *Germen* 3-lobum. *Baccæ* 3, rotundæ, connatae, glabrae, ab uno latere carinatae, 1-*spermæ*: femine globose, nigro.

Habitat agrestis, cultusque in Cochinchinâ.

Tournef. Inst. p. 659. t. 440. Saponaria Burm. Ind. p. 91. Saponaria Rarak Rumph. Amb. I. 2. c. 51. p. 134.

**Ufus.** Baccæ leviter contusæ, & aquâ maceratae præstant saponem optimum ad linea, & veltes lavandas, ac dealbandas : nec obstat, quod de vi corrosiva notentur, hæc enim similiter invenitur in quolibet abstergente, quando imprudenter tractatur.

† Sp. 2. SAPINDUS ABRRUPTUS. a Mu-jian su.

Differ. Spec. *Sap. foliis* abruptè pinnatis, integerrimis : *caule* inermi.

**Hab.** & note. *Arbor magna*: *ramis* patentibus, inermibus. *Folia* abruptè pinnata : *foliolis* lanceolatis, integerrimis, glabris. *Flos* pallidus, racemis magnis, subterminalibus : *calyx*, & *corolla* ex qualibus, campanulatis 4-*phyllis*. *Stylus* 1, 3-sulcatus : *stigmatibus* tribus. *Baccæ* 3, connatae, sub-globose, 1-*spermæ*, rufæ.

Habitat Cantone Sinarum.

**Ufus:** detergens, idem, qui præcedentis speciei.

**Obser.** Hanc plantam observavi recentem Cantone, ubi nascitur : nullatenus vero inveni caulem spinosum, aut foliola laciniata, quæ propria sunt specierum 2, & 4 Linnæi. Unde statuendum putavi, vel plantam nostram esse diversam, vel notas illas non esse constantes.

## GENUS XV. CARDIOSPERMUM.

Char. Gen. *Cal.* 4 - phyllus. *Petala* 4. *Nectarium* 4 - phylum, inaequale. *Caps.* 3, connate, inflatae. Lin. sy. pl. G. 540.

Sp. 1. CARDIOSPERMUM HALICACABUM. a Cây tam phoung.  
Differ. spec. Card. foliis levibus. Lin. sp. 1.  
Hab; & notæ. *Caulis* herbaceus, volubilis, striatus, inermis, tenuis, longus, ramosus. *Folia* lato-lanceolata, sinuato-incisa, glabra, 2 - ternata. *Flos* axillaris, solitarius, parvus, albus, pedunculis longis: *calyce*, & corollæ 4 - phyllis. *Capsula* triplex, membranacea, inflata, 3 - gona, in unum coacta: *feminibus* solitariis, globosis, nigris, ab basi excentriâ albâ, 3 - lobâ notatis. *Stamina* semper 8.

Habitat incultum in Cochinchinâ.

*Pisum* vesicarium, fructu nigro, albâ maculâ notato. Bauh. Pin. p. 343.  
*Hallicacabus* peregrinus. Rumph. Amb. I. 10. c. 44. pag. 61. t. 24. f. 2. Hæc autem figura Rumphiana non satis cohæret cum nostris tum caule, tum pedunculis polyfloris.

Sp. 2. CARDIOSPERMUM CORINDUM. s . . .

Differ. spec. Card. foliis subtilis tomentosis. Lin. sp. 2.

Hab; & notæ. *Caulis* suffruticosus, tenuis, longus, striatus, scandens cirrhis solitariis, lateralibus. *Folia* 2 - ternata, pubescentia, acuta, incisa, parva. *Flos* lateralis, albus, pedunculis sub-trifloris, solitariis: *calyce* patulo, 4 - phyllo, foliolis alternis maioribus. *Pericarpium* *capsula* 3 - locularis, 3 - gona, membranacea, inflata: *feminibus* solitariis, nigris, globosis, cicatrice cordata notatis. Habitat incultum in suburbis Cantonensis Sinarum.

## GENUS XVI. COCCOLOBA.

Char. Gen. *Cal.* 5 - partitus, coloratus. *Cor.* o. *Bacca* calycina, 1 - sperma. Lin. sy. pl. G. 538.

† Sp. 1. COCCOLOBA ASIATICA. a Cây Muồng chuông.

Differ. spec. Coc. scandens: foliis oblongo-ovatis, venosis: racemis terminalibus.

Hab; & notæ. *Caulis* suffruticosus, scandens, ramosus. *Folia* oblongo-ovata, sub-acuminata, integerrima, coriacea, venosa, alterna. *Flos* albus, racemis laxis, terminalibus. *Calyx* campanularius, albus, 5 - partitus, lacinias oblongis, concavis. *Cor.* nulla. *Stamina* 8.

Sty-

*Stylus* semitrifidus , calyci subæqualis : *stigmatibus* 3 , subrotundis . *Barea* subrotunda , 5 -loba , ex 5 laciniis calycis coalescens , subnigra , pellucida , parva : *semine* 1 , triquetro , acuminato .  
Habitat in lepibus , ac dumetis Cochinchinæ.

† Sp. 2. COCCOLoba CYMOSA. a Muong chuong chum.  
Hab ; & nota. *Caulis* , & *folia* ut praecedentis . *Flos* cymis sessilibus , vel , si velis , congestus , multus , axillaris , & terminalis . *Calyx* , *stamina* , *pistillum* , *bacca* ut praecedentis .  
Habitat similiter in sepibus Cochinchinæ.

## GENUS XVII. POLYGONUM.

Char. Gen. *Cal. o. Cor. 5. partita* , calycina . *Semen* 1 , angulatum .  
Lin. sy. pl. G. 537 .

Sp. 1. POLYGONUM HYDROPIPER. a Rau ram nha tho . a Xuei leao .  
Differ. spec. Pol. *floribus* hexandris , *lemidigynis* : *foliis* lanceolatis : *stipulis* submuticis . Lin. sp. 8 .

Hab ; & nota. *Planta aquatica* , caule 2 - pedali , suberecto , subsimplicissimo , tereti , inaequali . *Folia* lanceolata , integerrima , subsefilia , pallide viridia , margine pilosa : *stipulis* longis , submuticis . *Stamina* 6 . *Stylus* 2 - fidus . *Spicæ* subterminales , congestæ , 3 - 4 , rubescentes , teretes , reflexæ . *Semen* 1 , angulatum .  
Habitat in paludibus , & infra ripas fluminum , in Cochinchinæ , & Chinæ : ubi ex illo formantur sepes ad olera aquatica continenda .

Virtus. Acris , stimulans , urens .

Perficaria urens , sive Hydropiper . Bauh. Pin. pag. 101. n. 2. Perficaria , florum staminibus senis , stylo bifido . H. Clif. pag. 46 .

Sp. 2. POLYGONUM PERSICARIA. a . . .

Differ. spec. Pol. *floribus* hexandris , *digynis* : *spicis* ovato oblongis : *foliis* lanceolatis : *stipulis* ciliatis . Lin. sp. 9 .

Hab ; & note. *Caulis* 2 - pedalis , multiplex , diffusus , procumbens . *Folia* ovato-lanceolata , integerrima , alterna , glabra , magna , macula fusca in medio notata : *stipulis* ciliatis . *Flos* spicis oblongis , parvus . *Stamina* spicis 6 . *Stylus* duplex .  
Habitat incultum in hortis , & pratis humidis Cochinchinæ .

Perficaria Mitis maculosa , & non maculosa . Bauh. Pin. p. 101. n. 1 .

Sp. 3. POLYGONUM BARBATUM. à Leio Xi Hung hoang Xeng.  
 Differ. spec. Pol. floribus hexandris, trigynis: *stipulis* truncatis, se-  
 ratoe-ciliatis: *foliis* lanceolatis. Lin. sp. 10.  
 Hab; & notæ. *Caulis* herbaceus, rubescens, sub-quadrangularis, 1-  
 pedalis, multiplex, erectus: *stipulis* trifoliatis, ciliatis, pilis lon-  
 gis. *Folia* lanceolata, integerrima, glabra, alterna. *Flos* rubro-vi-  
 ridis, *spicis* simplicibus, ablongis, sub-terminalibus, sub-folitariis.  
*Stamina* 6. *Stylus* 3 - fidus. *Cor.* 5 - partita. *Semina* triquetra, fus-  
 ca, nitida.

Habitat in Chinâ, Cantone, & alibi.

Gmel. sibir. 3. pag. 52. Burm. Ind. pag. 89. Thunb. Jap. pag. 165.

† Sp. 4. POLYGONUM TINTORIUM. à Rö Lam.

Differ. spec. Pol. floribus hexandris, semitrigynis: *spicis* ramosis: *fo-*  
*lliis* crassis, ovatis: *stipulis* membranaceis.

Hab; & notæ. *Caulis* herbaceus, perennis, teres, 2 - pedalis, mul-  
 tiplex, sub-erectus: *stipulis* membranaceis, vaginantibus. *Folia* ova-  
 ta, integerrima, glabra, crassa, succosa, alterna, lètè viridia. *Flos*  
 ruberrimus, *spicis* longis, ramosis, subterminalibus. *Corolla* 5 - par-  
 tita connivens. *Stamina* 6. *Stylus* semitrifidus.

Habitat Cantone Sinarum.

Uf. Ad tingendas telas pulchro colore cæruleo, aut viridi. In eun-  
 dem finem coluntur in Japonia Polygonum Chinense, Barbatum, &  
 Aviculare, teste Thunbergio, quem usum apud Sinaros non audi-  
 vi: & certè istorum folia colore differunt a Tinctorio Chinensi.

Sp. 5. POLYGONUM AVICULARE. B. z. Vies sic.

Differ. sp. Pol. floribus octandris, trigynis, axillaribus: *foliis* lan-  
 ceolatis: *caule* procumbente herbaceo. Lin. sp. 14.

Hab; & notæ. *Caulis* herbaceus, multiplex, procumbens, ramosus,  
 diffusus: *radice* simplici, articulato-nodosa. *Folia* lanceolata, in-  
 tegerrima, glabra, minucula, alterna. *Flos* axillaris, rubescens,  
 subsolitarius. *Corolla* 5-partita. *Stamina* 8. *stylis* 3. *semen* trique-  
 trum, nudum.

Habitat in Chinâ, & Cochinchinâ.

Thunb. Jap. p. 166. Gmel. Sibir. 3. p. 40. 0. 52.

Sp. 6. POLYGONUM CHINENSE. à F6 than mò.

Differ. spec. Pol. floribus octandris, trigynis: *pedunculis* scabris: *fo-*  
*lliis* ovatis: *bracteis* cordatis. Lin. sp. 19.

Hab; & notæ. *Caulis* herbaceus, subrectus 3-pedalis, teres, de-  
 bilis: *stipulis* lanceolatis, glabris, vaginantibus. *Folia* ovata, acu-  
 minata, subcordata, alterna, glabra, margine subentia, sub-crif-  
 pata.

pata. *Flos* terminalis, albus, racemis subdivisis, expansis. *Corella* 5-partita. *Stamina* 8. *styli* 3. *Semen* 1. *Habitat* prope Cauponam Sinarum. *Burm. Ind.* p. 90. t. 30; f. 3. *Thunb. Jap.* p. 166.

**Sp. 7. POLYGONUM-PERFOLIATUM.** Rer. Soing chua dei: Elm bim gaia. *Differ. spec.* Pol. *foliis* triangularibus: *caule* aculeato: *stipulis* perfoliato-foliofis, patentibus, subrotundis. *Lin. sp.* 22. *Hab.* & notæ. *Caulis* fruticosus, scandens, acirrius, angulatus, 15 pedalis, ramosus, aculeatus, aculeis multis, inversis: queis etiam armant petioli, & pedunculi. *Stipulae* perfoliatae, subrotundæ, plane, integerim. *Folia* triangularia, integerim, glabra, colitis, & margine aculeatis: *petiolis* longis, alternis. *Flos* albicans, in aliis cæruleus: *spicis* simplicibus, solitariis, brevibus, terminibus. *Cal. o.* *Corolla* membranacea, campanulata, 5-paritia, lacinias ovatis. *Filamenta* 8, subulata, tenuissima; medio tubo corollæ inherentia: *antheris* subrotundis, minimis. *Germen* ovatum, superum. *Seylus* filiformis, 3-fidus, corollæ aequalis: *stigmatibus* 3, crassiusculis. *Semen* 1, subrotundum, nigrum, nitidum, corolla permanente fotum.

*Habitat* in sepiibus Cochinchinæ. *Burm. Ind.* p. 90. t. 31. f. 2. *Thub. Jap.* p. 168. *Obser.* Est ibi varietas habitu simili, flore cæruleo, quæ simul gaudet calycem, & corollam, ambobus 5 fidis, corolla autem carnosâ, subclausâ.

*Virtus.* Incidens, Abstergens, Emolliens. Cataplasmata tumores resolvit: lavatio scabiem mundat. Preterea unus est aconiticus frequens, & mechanicus ad emolliendum ebur, & ossa, ut sic aptiora reddantur ad imprimendas varias formas, & retinendos varios colores.

**Sp. 8. POLYGONUM-TATARICUM.** Tataro mæ.

*Differ. spec.* Pol. *foliis* cordato-sagittatis: *caule* inermi, erecto: *seminibus* sub-dentatis. *Lin. sp.* 23.

*Hab.* & notæ. *Caulis* herbaceus, 2-pedalis, erectus, inermis. *Folia* cordato-sagittata, integerim, glabra, paucæ, alterna, petiolis longis. *Flos* albus; *pedunculis* polyphyleris, axillaris, & terminalibus: *involutris* communibus, oblongis, curvis. *Calyx* proprius nullus. *Corolla* campanulata, 5-partita. *Stamina* 8. *styli* 3. *Semen* 1, triquetrum, rubrum. Non observavi, an effet dentatum.

*Helxine*, caule erecto, inermi, foliis cordato-sagittatis, feminum angulis dentatis. *Hort. Cliff.* p. 151. *Fagopyrum* erectum, fructu aspero. *Anman. Ruth.* p. 168, n. 142.

Corella  
Habitat Cantone Sinarum.

## † Sp. 9. POLYGONUM CILIATUM. &amp; Ho Xin Kia.

Differ. spec. Pol. floribus octandris, trigynis: *stipulis striatis*, obtusis, ciliatis: *spicis brevissimis*.

Hab. & notæ. *Caulis* herbaceus, simplex, 4-gonus, erectus, tenuis, sesquipedalis: *stipulis ciliatis*, obtusis, striatis, amplexicaulibus. *Folia* ovato-lanceolata, integerrima, glabra, alterna, subsessilia. *Flos* terminalis, dilutè ruber: *spicis brevissimis*. *Cor.* campanulata, 5-fida. *Stamina* 8. *Styli* 3. *Semen* 1, triquetrum nudum. Habitat Cantone Sinarum.

## † Sp. 10. POLYGONUM ODORATUM. &amp; Rau Ram.

Differ. spec. Pol. floribus octandris, trigynis: *spicis longis*, terminalibus: *radice* repente.

Hab. & notæ. *Caulis* herbaceus, 1-pedalis, sub-erectus, geniculatus, simplex: *radice* repente: *stipulis obtusis*, ciliatis. *Folia* lanceolata, integerrima, glabra, alterna, subsessilia: odore acuto, grato: sapore ardenti, piperato. *Flos* minutus, ruber: *spicis terminalibus*, longis, strictis. *Cal.* nullus. *Corolla* infundibuliformis, 5-partita. *Filamenta* 8, corollâ breviora: *antheris* incumbentibus. *Styli* 3, filiformes, longitudine corollâ: *stigmatibus globolis*, minimis. *Semen* 1, sub-trigonum, utrinque acuminatum, corollâ marcescente fotum.

Colitur in toto Regno Cochinchinæ: amat loca humida.

Uſus. Planta ista dat optimum Condimentum carni, & pīcībus, pīcipē affīs.

## TETRAGYNYA.

## † GENUS XVIII. PYTHAGOREA.

## Descriptio Naturalis.

*Cal.* Perianthium Campanulatum, 7-8-phylum: foliolis linearibus, hirsutis, coloratis.

*Cor.* Campanulata, petala 7-8, lanceolata, concava, hirsuta, calyci longitudine æqualia.

*Stam.* Filamenta 8, subulata, corollâ longiora. Antheræ subrotundæ, didymæ.

*Pist.* Germen medium inter calycem, & corollam, subovatum, pilosum. *Styli* 4, subulati, reflexi, breviores staminibus. *Stigmata* acuta.

Hh ii

Peric.

Peric. Capsula ovata, 4-locularis, polysperma.  
Sem. subrotunda.

Nom. Ab antiquo Botanico Pythagorā, cuius opera a Theophrasto,  
& Plinio saepè laudantur.

Char. Gen. Cal. 7-8-phyllos, inferus. Cor. 7-8-petala, supera.  
*Capsula* 4-locularis, polysperma.

† Sp. 1. PYTHAGOREA COCHINCHINENSIS. « Xuong cát nhô lá.  
Differ. spec. Pyt. foliis lanceolatis, serratis: racemis axillaribus.  
Hab. Arbor parva, ramosissima. Folia ovato-lanceolata, serrata,  
glabra, subsessilia: nervis longitudinalibus ad apicem rubris. Flos  
albus, axillaris, racemis longis, subsimplicibus, pedunculis partia-  
libus brevibus.  
Habitat agrestis in Cochinchinā.

### † GENUS XIX. HYDROGETON.

#### *Descriptio Naturalis.*

Cal. Nullus.

Cor. Infera; petala 4, subrotunda, inflexa: ungue tenui, brevi, in-  
curvo.

Stam. Filamenta nulla. Antheræ 8, ovatae, receptaculo affixæ.  
Pist. Germina 4, ovata. Stylus nullus. Stigmata 4, oblonga, erecta.

Peric. Folliculi 4, ovati, 1-spermī.

Sem. ejusdem formæ ovatae.

Nom. (Τύπος aqua: γετώ proximus) Planta aquatica.

Char. Gen. Cal. o. Corolla petala 4 subrotunda, unguiculata. Follis-  
culi 4, 1-spermī.

† Sp. 1. HYDROGETON HETEROPHYLLUM. « Raong hai thú 14.  
Differ. spec. Hyd. foliis inferioribus subulato-linearibus, summis ova-  
tis, acuminatis.

Hab. Caulis procumbens, longus, ramosus, aquis innatans. Folia  
inferiora subulato-linearia, superiora ovata, apice acuta, omnia  
integerrima, glabra. Flos viridis, parvus, spicis oblongis, coar-  
ctatus, terminalibus, nudis.

Habitat in fluvii & paludiis Cochinchinæ.

Observ. Hæc planta solo numero staminum a Patamogetone differt;  
quare, si melius videtur in unum Genus conjungi, non repugna-  
bo:

bo: maximè, quia Clases Octandria, & Tetrandia quodammodo affines sunt. Pericarpium aperiri in valvas non vidi; ideo potius folliculos, aut baccas esse existimavi: nuda semina non licuit vocare, quæ laxo putamine includuntur. Vide supra Spathium. Genere 32. Hexandriæ Tetragynie.

C L A S S I S IX.  
E N N E A N D R I A.

*M O N O G Y N I A.*

- 1. CALODIUM. *Cal. 3 - fidus*, inferus. *Cor. 3 - fida*, baccata. *Filam. squamulâ suffulta*. *Bacca 1 - sperma*.
- 2. ANACARDIUM. *Cal. 5 - phyllus*, inferus. *Cor. 5 - petala*, reflexa. *Stamina uno castrato*. *Nux receptaculo carnofo*.
- 3. LAURUS. *Cal. 0. Cor. 6 - petala*, Calycina, infera. *Bacca 1 - sperma*. *Nectarii glandulæ bisetæ*.

*T R I G Y N I A.*

- 4. RHEUM. *Cal. 0. Cor. 6 - fida*, infera. *Semen 1*, triquetrum.

## MONOGYNIA.

## GENUS I. CALODIUM.

## Descriptio Naturalis.

*Cal.* Perianthium 3 - fidum , patens , inferum , minimum , persistens : foliolis acutis.

*Cor.* Monopetala : tubo ovato , carnosō : limbo 3 - partito , patente. Stam. Filamenta 9 , brevia , planiuscula : horum 3 medio trium laciniarum corollae imposita , squamulis singulis , acutiusculis suffulta : tria alia basi scissurarum insidentia , lquamulis totidem defensa : tria reliqua minora , tubo infra scissuras sine squamis nec glandulis adnata. Antherae totidem , 2 - loculares , acutae , erectae.

Pist. Germen subrotundum. Stylus o. Stigma subacutum.

Peric. Bacteria ovata , pertusa , subcarnosa , 1 - sperma : formata ex ipsam corollā germen laxè amplectente : in maturiscentia , limbo sèpius deciduo , truncata.

Sem. 1 , subrotundum , laxe , molliculum , quod antea germen.

Nom. (*Kαλωδίον* funiculus) ex habitu plantæ funiculari.

Char. Gen. *Cal.* 3 - fidus. *Cor.* 3 - fida. *Filamenta* squamis suffulta. *Bacteria* corollina , 1 - sperma.

† Sp. I. CALODIUM COCHINCHINENSE. *a* To haong Xanh.

Differ. spec. Calod. *caule* filiformi , intricato : *foliis* subnullis : *floribus* sparsis.

Hab. Caulis filiformis , tenuis , subangulatus , longissimus , intricatus , obscuro-viridis , inermis , ramosus. *Folia* nulla , nisi lquamis parvas , paucas , sparsas folia dicas. *Radix* e terrâ surgens nulla : fortasse parasitica , minima , repens per caules , & ramos aliarum plantarum , quibus innectitur. *Flos* , & *fructus* luteo-virides , sparsi , sessiles. *Corolla* a *Calyce* differt formâ , colore , & magnitudine.

Habitat ubique in sylvis Cochinchinæ : puto , quod etiam in Chinâ quamvis ibi non viderim.

Colluta. Rombut putri. Rumph. Amb. I. 9. c. 91. tab. 184. f. 4.

Observ. Ex habitu judicare licet eandem esse cum Cassyta Linnei : sed hujus Character in systemate plantarum , sicut etiam integra descriptio in Generibus plantarum adeo a nostra different pericarpio , collolla , & nectario , ut integrum descriptionem dare juxta propria obseruata superacaneum non sit.

## GENUS II. ANACARDIUM.

Char. Gen. *Cal.* 5 - partitus. *Petala* 5, reflexa. *Anther.e* 9: decimo castrato. *Nux* reniformis supra receptaculum carnosum. Lin. sy. pl. G. 546.

Sp. r. ANACARDIUM OCCIDENTALE. γ Caju.

Differ. spec. Anac. *foliis* ovatis, sparsis: *racemis*, laxis, terminalibus.

Hab; & note. *Arbor* mediocris: trunco brevi, turtufo: *ramis* multis, longis, expansis, reclinatis. *Folia* sub-ovata, integerrima, plana, glabra, petiolata, sparsa, nervis costalibus parallelis. *Flos* ruber, racemis magnis, laxis, terminalibus. *Calyx* foliola 5, lanceolata, suberecta, infera. *Corolla* calyce longior, petala 5, lanceolata, reflexa. *Filamenta* 10, corollæ breviora; omnia in tubum brevem basi coaila, longitudine inæqualia: *antheris* totidem, subrotundis. Additur aliquando (non semper) undecimum filamentum sine antherâ, alteri ex decem usque ad medium connatum, superius liberum, subulatum, brevius. *Stylus* longior staminibus, brevior corollâ: *stigma* obuso, 4-lobo. *Pericarpium* nux reniformis, lœvis, 1-locularis, nucleo simili: insidens *receptaculo* carnoso, pyriformi, magno, eduli, nitido, hinc flavo, inde rubro, edoro, dulci, astringente.

Habitat in orâ Orientali Africæ. Vidi quoque in Malabarâ, & in Benghalâ, sed ibi florem non examinavi.

*Castivum*. Rumph. Amb. I. I. c. 59. tab. 69. Acosta. Arom. cap. 24. de Caju, ap. Clus. Exot. p. 273. Fructum naturali magnitudine, & formâ optimè repræsentat Tournef. Inst. tab. 435.

Observ. Cum planta ita Africana vix aliquâ parte habitus differat ab Americana, ex quâ omnes originem duxisse fatus probatur, illas specie distingue non placet: at numerus staminum, & eorum concretio, si alibi comprobetur, Monadelphiæ Decandriæ adjudicari postulat.

Ulis. Fructus edules sunt, succulentæ, & mediocriter sapidi: nimis calidi habentur, adeoque in scabiem, & flegmone siue crumpunt. Spiritus vini ex illis paratus idem vitium habet: valet autem egregie ad quælibet fomenta calida applicanda, quorum virtutem exaltat, cum sit valde penetrans, & efficax. Nux, si torreatur, sit sapida, & esculenta.

## GENUS III. LAURUS.

Char. Gen. *Cal.* o. *Corolla calycina*, 6-partita. *Nectararium glandulæ* tribus, bisetis, germen cingentibus. *Filamenta interiora glandulifera*. *Drupa* 1-sperma. Lin. sy. pl. G. 545.

Sp. 1. LAURUS CINNAMOMUM. a Cay Quæ. 3. Kuti Xu. Differ. spec. Laur. *foliis* trinerviis, ovato-oblongis, nervis versus apicem evanescientibus. Lin. sp. 1.

Hab; & notæ. Arbor supra mediocrem: *ramis* patentibus. *Folia* oblonga, 3-pollicaria, utrinque subacuta, integerrima, plana, 3-nervia, nervis ad apicem evanescientibus, subvenosa, glabra, pallide viridia, petiolata, sparsa. *Flos* pedunculis polyfloris, longis, lateralibus, & terminalibus, hermaphroditus, albus: *corolla* 6-partita: *staminibus* 9, horum tribus interioribus 1-glandulosis. *Bacca* parva, ovata, nigricans, nitida, oleosa: *Semine* 1, ejusdem formæ.

Habitat agrestis in altis montibus Cochinchinæ, ad Occidentem, versus Laos: ubi quæcumque invenitur arbor truncatur, & excoartatur. Rami crassissimi dant vile Cinnamomum, quod plerumque absciditur, quia longi itineris expensæ pretium superant. Tenuior cortex, a supremis ramis avulsus, Zeylanico crassitie æqualis, odore, & sapore acerrimus non magni aestimatur, coque utuntur indigenæ ad condendos cibos. At mediorum ramorum cortex, linneam fere crassus, optimum, & pretiosum præbet Cinnamomum, quo utuntur in Medicinâ, & multo altiori pretio venditur, quam Zeylanicum, præcipue, quod in Tunkino nascitur, & raro inventur. Hujus oleum per destillationem abundantius extrahitur: color est rubro-fuscus, acritudo minus acuta, sapor multo dulcior Cinnamomo Zeylanico.

Canella. Garc. Arom. l. 1. c. 15. Acosta. l. Arom. cap. 8. pag. 262. apud Clusium. Cinnamomum foliis lati, ovatis, frugiferum. Burm. Zeyl. p. 62. t. 27. Canella Cuordo. Pl. Mant. p. 165. fig. ibi. Haec autem figura non satis cum Cochinchinensi cohaeret; nam in Burmanno folia videntur ovata: in Pisone nervis terminantibus.

Virtus. Calefaciens, Cordialis, Corroborens. Expertus sum admodum proficere in diabète senili, ex debilitate, & frigore ortâ.

Sp. 2. LAURUS CAMPHORA. a Lüm nō hiam. a Laong nō hiam. Differ. spec. Laur. *foliis* tripli-nerviis, lanceolato-ovatis. Lin. sp. 3. Hab; & notæ. Arbor magna: *ramis* ascendentibus. *Folia* lanceolato-ovata, 3-nervia, integerrima, glabra, pleraque alterna, opposita aliqua,

aliqua, petiolata, tergo ablicantia. *Flos* albus, pedunculis simplibus, longis, lateralibus. *Bacca* parva, ovata, 1 - sperma, rubro-fusca.

Habitat frequens, & inculta non minus in Chinâ, quam in Japoniâ. *Laurus Camphorifera*. Kämpf. Amoen. p. 770. t. 771. Thunb. Japon.

p. 172. Ibi legi potest modus extrahendi Camphoram per sublimationem in Japoniâ: qua methodus fere eadem apud Sinas.

**Uſus.** Optimum est lignum ad formandas ciftas, aut quelibet serina, non quidem pulchritudine, sed duratioue; nam coſſi, & formice albe in Indiis adeo infefte tales ciftas, & in eis contenta non audent attingere, odore Camphoræ præteritæ, & fugatæ.

**Virtus Medica.** Reſolvens, Antifeptica, Nervina, Sudorifera, Antheiminthica. Valet in infiamtionibus, Rheumatismo, Hysteriâ, Ophthalmiâ, Surditate, Odontalgia, Maniâ. Medicamentum certè heroicum, cum ſcītē tractatur.

**Observ.** Camphoram de Bornéo, ſive de Barus efficaciorem virtutem, vel a Sinensi diverſam habere non judico utrāque ſepiſſime uſus: quamvis illa in Sinis, & Japoniâ centuplo carius vendatur. Omnia rara pretioſa, nec ſemper ex vero merito! An ex eadem plantâ provenient, decidere non praefumo, cum Borneana arbor mihi non occurrerit. Confulatur ingenuus Author Wilhelmus Marsden in historiâ Samatrenſi, Anglice editâ Londini, an. 1784. pag. 120: qui citat Valentiniū utriusque arboris folia exhibentem in historiâ ſimplicium, pag. 488. tab. 7.

† Sp. 3. LAURUS CARYOPHYLLUS. a Quâ rābh.

Differ. spec. Laur. foliis trinerviis, alternis, opositisque: corymbis racemosiſ, terminalibus: ramis brachiatis.

Hab; & noſte. Arbor mediocris: ramis brachiatis, sub-patentibus. *Folia* ovato-lanceolata, integerrima, 3 - nervia nervis terminantibus, glabra, ſequipollicaria, ſuperne obſcu-ro-viridia, inferne glauca, petiolata, alterna, opositaque, odorifera, duriſcula. *Flos* albus, parvus, corymbifo-racemous, terminalis. *Cal.* o. *Corolla* petala 6, ovato-lanceolata, patentia. *Stamina* 9, quorum 3 interiora 2 - glandulofa, planiſcula. *Neclarium* glandulofum. *Stylus* longior thaninibus: ſtigmate obtuso. *Bacca* ovata, parva, fulvo rubra, 1 - sperma. *Cortex*, & *radix* rubro-fusca, odorem, & ſaporem Caryophyllorum Ambouinenſium imitatur.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

Ab hâc non longè recedit Laurus Culilaban (Lin. sp. 2.), quea eadem cum cortice Caryophylloide Rumph. Amb. l. 2. c. 22. t. 14. Idem quoque videtur eſſe Cinnamomum perpetuō florens, folio te-muore, acuto. Burm. Zeyl. p. 63, t. 28. Ubi hic Author citat alios,

quam-

quamvis de diversis plantis agentes, scilicet de Lauro *Cassia*, & de Lauro *Myrrha* (de quā nos infra) quae omnino diverse species sunt, & ibi confunduntur. Ad nostram proprius accedere videtur *Cassia Caryophyllata Pifonis*. Mant. pag. 169. quæ sapore, & odore *Caryophyllos* refert, & a Lusitanis vocatur *Caryophyllus Maranhonus*, ex nomine provinciæ Brasiliæ, unde exportatur. Florem hujus ipse non vidi.

Uuis in condimentis frequens. Virtus Medica Calefaciens, Corroborans, Stomachica. Cortex iste multo oleosior est, quam *Cinnamomum*; siquidem ex duabus libris extraxi olei essentia fere duas uncias, initio sub-flavi, postea rubescens, odore *Caryophyllorum*, sed minus grato.

† Sp. 4. LAURUS MYRRHA. α Δέα δίην. δ Υ γρ.

Differ. spec. Laur. *foliis* 3 - nervis, ovatis, acumine longo: *floribus* congestis, sessilibus, axillaribus.

Hab; & nota. Arbor parva, 5 - pedalis, ramosissima, trunco inermi, tortuoso. *Folia* ovata, acumine longo, crasso, integerrima, 3 - nervia, nervis terminantibus, glabra, alterna, superius obscurè viridia, inferius pallida, petiolata. *Flos* albus, axillaris, glomeratus, sessilis. *Calyx* communis 4 - phyllus, foliolis, subrotundis, concavis, binis exterioribus minoribus, pilosis: continens 5 flocculos pedunculatos. *Périanthium* proprium nullum. Corolla propria petala 6, ovata, concava, subæqualia. *Filamenta* 9, planula, corollâ breviora: 3 interiora bi-glandulosa: antheris compressis, obtusis. *Germen* ovatum, superum: *stylus* brevis. *Stigma* obtusum. *Pericarpium* Bæcca ovata, succosa, glabra, rubra, parva, 1 - sperma. *Radix* arbusti lignosa, crassa, verticalis, polyfida, fusca, oleosa. Tota planta amariſſima, sapore, & odore *Myrrhae* Officinalis prædicta.

Habitat frequens in dumetis Cochinchinæ.

*Canella Zeylanica*, *Sylvestris*, odore, & sapore *Myrrhae*, floribus verticillatis. Herman. Mus. Zeyl. pag. 26. *Cassia Cinnamomea*, *Myrrhae* odore, folio trinervio, subtus cælio. Pluk. Alm. pag. 89.

Virtus, præcipue radicis. Calefaciens, Diuretica, Eminenagoga, Antiputridinosa, Anthelmintica. Ex baccis exprimitur oleum rubrum, plantæ odore, & sapore præditum, quo utuntur indigentes contra icaciam, vulnera, pultulas, & ulcera putrida, vermesque, & infecta vel in illis, vel in quacunque parte corporis nata. Estne vera planta *Myrrhae* Officinalis, antea non satis cognita?

† Sp. 5. LAURUS POLYADELPHA. α Miêng sanh, bàng lá.

Differ. spec. Laur. *foliis* obsoletè trinerviis, lanceolatis: *floribus* polyadelphis, axillaribns. I ii Hab;

Hab; & notæ. *Arbor magna*: *ramis* patentibus. *Folia lanceolata*, integerrima, obsoletè 3-nervia plana, coriacea, venosa, petiolata, alterna, obscure viridia. *Flos* albo-ruber, corymbis racemosis, axillaris. *Calyx monophyllus*, cyathiaformis, coloratus, 6-partitus, laciinis oblongis, erectis. *Corolla nulla*, nisi calycem dicas. *Nectarium glandulis* 6, pedunculatis. *Stamina* 9, inæqualia, quorum tria appendiculata: omnia in tres fasciculos colligata. *Anthera* oblongæ, planiusculæ, truncatae, nec longitudinaliter dehiscentes, sed per 4 foramina pollen emitentes. *Germen* subrotundum. *Stylus* filiformis, æqualis staminibus. *Stigma* obtusum. *Pericarpium* baccæ subrotunda, carnofa, minima, 1-sperma.  
Habitat in montibus Cochinchinæ.

## † Sp. 6. LAURUS CURVIFOLIA. ✎ Miéng samb caong là.

Differ. spec. Laur. *foliis* obsoletè trinerviis, oblongis, incurvis: ramis parvis, subterminalibus.

Hab; & notæ. *Arbor magna*: *ramis* patentibus. *Folia oblonga*, acuminata, integerrima, obsoletè trinervia, venosa, pallida, odora, dura, nitida, incurva, reflexa, alterna. *Flos* albus, racemis parvis, laxis subterminalibus. *Calyx monophyllus*, carnosus, lobatus, acute 6-fidus, inferus, persistens. *Cor.* nulla, nisi calycem dicas. *Stamina* 9, plana, superius dilatata: ibique illorum quodlibet e 4 foraminibus emitens 4 filamenta tenuissima, antherulis totidem, oblongis, 2-loclaribus. *Nectarium glanduliferum*. *Bacca* oblongo-ovata, nigra, 1-sperma.

Habitat in sylvis montanis Cochinchinæ.

Observ. Hæc, & præcedens species magnam affinitatem habent cum Ocotea Guianensi. Aubl. Guian. p. 780. tab. 310.

## † Sp. 7. LAURUS CUBEBA. ✎ Ciay Mang tang. β . . .

Differ. spec. Laur. *foliis* enerviis, aeniis, lanceolatis: *floribus* congestis, pedunculatis.

Hab; & notæ. *Arbor* mediocris, ramosissima: *ramis* patentibus. *Folia* lanceolata, integerrima, enervia, plana, nitida, 2-pollicaria, alterna, petiolata. *Flos* albus, pedunculis monofloris, congestis, lateralibus. *Calyx communis*, 4-phyllo: foliolis subtundis, concavis, coloratis, deciduis: continens 5 flosculos. *Pteranthium* proprium nullum. *Corolla* partialis petala 6, subrotunda, patentia, inæqualia, limbo præmorfo. *Nectarium* glandulis 6, sessilibus, oblongis, reflexis. *Filamenta* 9, brevissima, quorum 6 ad 6 petala declinata, 3 interiora erecta, si bene memini, ablique glandulis, queis filamentorum brevitas locum non dabat. *Anthera* totidem, quarum 6 compressæ, subquadratae: loculis 4, obli-

obliquis. *Germen* subrotundum, superum. *Stylus* nullus. *Stigma* simplex. *Bacca* globosa, nigra, pedunculata, minima: semine globo.

Habitat culta, nec rara in agris, & hortis Cochinchinæ: puto, quod etiam in Chinâ.

Virtus: baccarum, corticis etiam, sed debilior. Corrobora, Cephalica, Stomachica, Carminativa. Ejus decoctum prodest in Vertigine, affectionibus Hystericis, Paralyticis, Melancolia, Memoriae imbecillitate. Utuntur indigenæ fructibus recentibus ad conditios pices. Odor fragrans. Sapor aromaticus, subfervidus, salivam elicens. Magnitudo, forma, & color Piperis Nigri: pedunculo semper annexatur tenui, longiusculo, unde haud inepte Piper caudatum diceretur.

Observ. Cum istius fructus forma, magnitudo, qualitas, virtus eadem omnino sint, quæ predicantur de Cubebâ, pronus eram ad asserendum arborem, ex quâ prodit, vulgarem esse Cubebam: sed obstant plerique Authores cum Garcâ I. 1. Arom. c. 23. dicentes Cubebam plantam esse scandentem, ac proinde fruticofam, quavis characteres proprios nullus exponat, preter Linnæum Juniorem, qui illos a Recentioribus acceperat, traditque in Suplemento planarum, pag. 90, veramque esse speciem Piperis decidit.

#### Sp. 8. LAURUS INDICA. *a* Eti loi dec.

Differ. spec. Laur. *foliis* venosis, lanceolatis, perennantibus, planis: *ramis* cicraticibus tuberculatis: *floribus* racemosis. Lin. sp. 7. Hab, & notæ. Arbor magna: *ramis* ascendentibus. *Folia* lanceolata, integerrima, enervia, venosa, plana, glabra, 4 - pollicaria, nitide virentia, sparsa, petiolata. *Flos* viridi-pallidus: racemis brevibus, subdivisis, terminalibus. *Calyx* 6 - phyllus, inferus, perfistens: foliolis ovato-oblongis, patentibus, tribus alternis minoribus. *Corolla* nulla. *Filamenta* 9, inæqualia, plana, calyci subæqualia. *Anterae* totidem compressa, 4 - loculares: *loculis* obliquis in codem plano sitis. *Germen* subrotundum. *Stylus* brevissimus. *Stigma* simplex. *Bacca* globosa, parva, fusca, 1 - sperma.

Thunb. Jap. pag. 173. Machilus? Rumph. Amb. I. 4. c. 37. tab. 42.

Habitat frequenter in sylvis montanis Cochinchinæ.

Uſus. Lignum hujus arboris subflavum, nec ponderosum, bonum est ad ædificia, & melius adhuc ad utensilia domestica formanda.

#### † Sp. 9. LAURUS PILOSA. *a* Eti loi leung: Eti loi Vang.

Differ. spec. Laur. *foliis* enervis, oblongis, pilosis: *racemis* amplis, terminalibus.

Hab, & notæ. Arbor magna: *ramis* patentibus. *Folia* ovato-oblonga,

ga , acuminata , integerrima , pilosa , enervia , sparsa , petiolata , 5 - pollicaria. *Flos* polygamus , luteo-viridis , uterque racemis vatis , subterminalibus. *Hermaphroditum* calyx campanulato-patens , 6 - fidus , laciniis acutis. *Corolla* nulla. *Filamenta* 9 , subulata , calyce breviora , pilosissima : *antheris* oblongis , 2 - locularibus , incumbentibus. *Germen* subrotundum. *Stylus* crassus , calyci aequalis. *Stigma* 2 - fidum , reflexum. *Bacca* globofa , coriacea , parva , 1 - sperma.

*Masculi* in distincta plantâ. *Calyx* 6 - phyllus : foliolis ovatis , convallis , lanuginosis. *Cor.* nulla. *Filamenta* 9 , brevia , pilosa : *antheris* planis , 4 - locularibus.

Habitat in sylvis montanis Cochinchinæ.

Ufus. Lignum flavum , longæ durationis , ad ædificandum , vel tornandum facile , & pulchrum est.

Sp. 10. LAURUS SASSAFRAS. a Cây Vàng dec. & Hoàn Châm.

Differ. fpec. Laur. *foliis* integris , trilobisque. Lin. sp. 12.

Hab ; & notæ. *Arbor magna* , trunco recto : *ramis* in vertice patentibus : *ligno* levi , cinereo , odorato : *cortice* exteriori tenui , flavescente , interiori crasso , fusco : *radice* polyfidâ , crassa , horizontali. *Folia* juniora ovato-oblonga , acuminata , integerrima , glabra , enervia , alterna , petiolata , pallide viridia , magna : seniora 3 - lobata. Vidi parvam arborem Sassafras foliis omnibus integris : an vero in senio 3 - loba emiserit , decidere non valeo. Florentem non vidi , dubiusque mansi , sitne diversa species ? Flores audivi esse flavos , pedunculis longis : baccas ovatas , 1 - spermas , cœruleo-fuscas.

Habitat in sylvis Gochinchinæ , ad Boream , prope Tunkinum.

*Cornus* mas , sive Sassafras , Laurinis foliis indivisis. Pluk. Amaith. pag. 66. Anhuyba Sassafras. Piso. Hist. Nat. Ind. I. 4. p. 145. fig. p. 146.

Ufus. Lignum est valde idoneum ad formandas arcas , quæ naturali arboris odore , quæcunque insecta , & vermes arcent , ne contenta ab illis corrumpantur.

Virtus Medica. Diaphoretica , Sudorifica , Purificans , Diuretica. Decoctum multum valet in Rheumatismo , & doloribus vagis : fitque efficacius , adjunctis ligno Ebeno , Smilace Chinæ , & Illicio Anisato. Ufus sum frequenter radice cum ejus cortice , quæ oleo maxime abundat. Ex libris 4 , absque digestione destillatis , facillimè operâ obtinui uncias 5 olei essentialis , ponderosi , flavi , nitidissimi , acris , fragrantis , quod post 30 annos easdem qualitates integras servat.

Observatio. In omnibus speciebus Lauri in Indiâ a me observatis , inveni semper flores hermaphroditos , baccas , non drupas , folia ubique

que perennantia. Hoc ultimum commune est omnibus fere arboribus in Zonā Torridā, ubi raro inveniuntur, quae foliis annuis spoliuntur, sicut in Europā.

## TRIGYNIA.

## GENUS IV. RHEUM.

Char. Gener. *Cal. o. Cor. 6-fida*, persistens. *Sem. 1. triquetrum*.  
Lin. sy. pl. G. 549.

Sp. 1. RHEUM PALMATUM. à Tá hoám. & Dai hoáng.

Differ. spec. Rh. *foliis palmatis*, *acuminatis*. Lin. sp. 3.

Hab; & notæ. *Planta perennis*, *acaulis*. *Folia magna*, *palmata*, *se-mipartita*, *lobis*, & *angulis acutis*, 5-7, *inæqualibus*, *inordinatae* *repandis*, *sub-scabris*: *petiolis erectis*, *teretibus*, *sesquipedalibus*, *craffis*: *stipulis radicalibus*, *conicis*, *magnis*, *erectis*, *pallidis*, *margine rubris*. *Scapus teres*, *nudus*, *foliis longior*: *spicula unicā*, *simplici*, *erectā*: *foliis floralibus binis*, *oppofitis*, *parvis*, *ovato-lanceolatis*, *integerrimis*. *Flos luteus*: *calyce nullo*: *corolla 6-fida*, *persistente*: *staminibus 9*: *semine 1*, *triquetro*. *Radice subrotunda*, *carnosa*, *magna*, *fusco-lutea*, *basi ſepe polyfida*.

Habitat in provinciis Borealis imperii Chinensis, *intra*, & *extra* celebrem murum.

Acta Angl. 1765. pag. 292. t. 12. Berg. Mat. Med. p. 346.

Virtus: *radicis*, *Purgans*, *Tonica*, *subastrigens*, *Antacida*. Prodeft in *Dysenteria*, *Ictero*, *Phthisi*, *Leucorrhœa*, *Febribus lentis*, *Cattarro antiquo*. Externè in *Odontalgia*, *excoriationibus*, *pultulis*, *inflammationibus levioribus*. *Medici Sinenses* qualitate frigidâ preditum censem: & ad acuendam ejus virtutem ſepe nitrum adjungunt. Utuntur ſepius in decoctis, nec inefficaciter.

Sp. 2. RHEUM BARBARUM. à Tá hoám: Tay hoang. & Dai hoáng.

Differ. spec. Rh. *foliis subvilloſis*: *petiolis æqualibus*. Lin. sp. 2.

Hab; & notæ. *Planta perennis*: *caule 3-pedali*, *simpliciflōmo*, *reteti*, *craffo*, *ſtriatō*, *erecto*: *radice oblongā*, *carnosā*, *magnā fulco-luteā*. *Folia lanceolata*, *integerrima*, *undulata*, *subvilloſa*, *alternata*: *petiolis longis*, *æqualibus*, *craffis*. *Flos pallidus*, *spicula terminali*, *longā*.

Habitat in multis locis imperii Chinensis: colitur etiam a curiosis in Cochininchina.

Rhabarbarum folio longiori hirsuto, crifo, florum thirso longiori, & tenuiori. Amman. Ruth. pag. 7. n. 9.

Virt.

Virt. Ferè eadem, quæ præcedentis.

Observ. Dum Cantone Sinarum residerem, Medicus Sinensis a me rogatus detulit recentem plantam, quam Rheum Barbarum dicebat, huic omnino habitu similem: sed cum flores examinavim, in omnibus numeravi stamina 6, corollas vero 3-fidas: adeoque erat planta media inter Rumicem, cui corolla 3-petala, & stamina 6, ac Rheum, cui corolla 6-fida, & stamina 9 debentur. Radix, cuius vim non probavi, erat carnoſa, oblonga, lutea, Rhei Barbari similiſ, ſicut etiam folia.

a me  
cebat,  
in  
ue erat  
ina 6,  
x, cu-  
barbari

259

## CLASSIS X. DECANDRIA.

### MONOGYNIA.

\* *Flores polypetali, irregulares, inferi.*

1. ANAGYRIS. *Cor. papilonacea : vexillo brevi, recto : Cari-*  
*nina alis longiore : Legumen.*
2. POINCIANA. *Cor. petalo summo maiore. Legumen compref-*  
*sum,*
3. CÆSALPINIA. *Cor. petalo infimo pulchriore. Legumen thom-*  
*beum : seminibus rhombeis.*
4. TOLUIFERA. *Cor. petalo infimo maiore. Cal. campanulatus.*  
*Bacca 1 - spermia.*
5. CASSIA. *Cor. inaequalis. Antherae rostratae. Legumen*  
*isthmis interceptum.*
6. GUILANDINA. *Cor. subæqualis, calyci insidens. Legum. rhom-*  
*beum. Semina olfsea.*
- † 7. BARYXYLUM. *Cor. subæqualis, plicato-crispa. Cal. 5 - phyl-*  
*lus, reflexus. Leg. rectum, polyspermum.*
- † 8. AIOEXYLOM. *Cor. inaequalis. Cal. 4 - phyllus : infimo duplo*  
*longiore. Leg. falcatum, 1 - spermum.*

\*\* *Flores polypetali, aequales.*

9. CYNOMETRA. *Cal. 1 - phyllus : laciniis oppositis maioribus :*  
*Leg. 1 - spermum, carnolum.*
10. MELIA. *Neclarium tubulosum, 10 - dentatum. Drupa*  
*nucleo 5 - loculari.*
11. RUTA. *Germen punctis 10 melliferis. Caps. 5 - fida,*  
*5 - locularis, polysperma.*
12. TRIBULUS. *Pistilli stylus nullus. Caps. 5, connexæ, po-*  
*lyspermae.*
13. CHALCAS. *Cor. petala 5, campanulata, patentia. Bacca*  
*1 - locularis, 2 - sperma.*

14. LIMONIA.

## DECANDRIA.

*Cor.* petala 5, carnosa. *Bacca*, loculis 1 - spermis.

† 15. QUINARIA.

*Cor.* petala 5, reflexa. *Cal.* 5 - fidus. *Bacca* 5 - locularis, 1 - sperma.

† 16. AULACIA.

*Cor.* petala 5, sulcata. *Cal.* 5 - dentatus. *Bacca* 5 - locularis, 2 - sperma.

17. MELASTOMA.

*Cor.* petala 5, calyci insidentia. *Antheræ* re- fractæ. *Bacca* 5 - locularis, calyce vestita.

18. QUISQUALIS.

*Cor.* petala 5, calyci filiformi insidentia. *Drupa* 5 - gona.

† 19. CUBOSPERMNM.

*Cor.* petala 6, emarginata. *Caps.* 5 - locula- ris : *seminibus* cubicis.

## \*\*\* Flores monopetali, aequales.

† 20. ACOSTA.

*Cor.* 5 - fida, urceolata. *Cal.* 5 - dentatus. *Bacca* 5 - locularis, calycina.

† 21. ENKIANTHUS.

*Cor.* 5 - fida. *Cal.* communis : proprius 5 - phyllus, inferus. *Bacca* 5 - locularis, polyperma.

† 22. CYRTA.

*Cor.* 5 - partita, campanulata. *Cal.* 5 - den- tatus, inferus. *Drupa* curva.

## \*\*\*\* Flores incompleti, inferi.

† 23. ANOMA.

*Cor.* 10 - partita, irregularis. *Cal.* o. *Sili- qua* 1 - locularis, longa.

† 24. OPHISPERMUM.

*Cor.* o. *Cal.* 6 - partitus. *Caps.* 2 - locularis. *Semina* alata.

## DIGYNIA.

25. SAXIFRAGA.

*Cor.* 5 - petala. *Caps.* 2 - rostris, 1 - locula- ris, polysperma.

26. DIANTHUS.

*Cor.* 5 - petala. *Cal.* tubulosus, basi squamo- fus. *Caps.* 1 - locularis, oblonga.

T R I.

TRIGYNA

- |                 |  |
|-----------------|--|
| † 27. BEMBIX.   | <i>Cor. 5-petala. Cal. 3-partitus, inferus.<br/>Bacca ovata: 3-locularis?</i>            |
| † 28. AUBLETIA. | <i>Cor. o. Cal. 5-partitus, inferus. Bacca leu-<br/>tiformis, 3-locularis, 1-sperma.</i> |

## TETRAGYNYA.

- f 29. THYSANUS.** *Cor. 5 - petala, infera. Drape 4 gibbose; ala polyfida.*

PENTAGYNYIA.

- |                |   |
|----------------|---|
| 30. CERASTIUM. | <i>Caps.</i> 1 - locularis. <i>Petala</i> 2 - fida, <i>Cal.</i> 5 - phyllus.                        |
| 31. OXALIS.    | <i>Caps.</i> 1 - locularis, angulata. <i>Cor.</i> basi sub-coherens.                                |
| † 32. HEDONA.  | <i>Caps.</i> 1 - locularis angulata : seminibus reniformibus. <i>Cal.</i> 1 - phyllus, ventricosus. |
| 33. COTYLEDON. | <i>Capsule</i> 5 ad nectaria. <i>Cor.</i> 1 - petala.   |
| 34. SEDUM.     | <i>Capsule</i> 5 ad nectaria. <i>Cor.</i> 5 - petala.   |
| 35. AVERRHOA.  | <i>Pomum</i> 5 - loculare. <i>Cal.</i> 5 - phyllus.   |

## ANNE DIAZ AND MARY

## MONOGYNIA.

## GENUS I. ANAGYRIS.

Char. Gener. *Vexillum*, & alaque carinâ breviores in corollâ papilonacea. *Legumen*. Lin. sy. pl. G. 552.

Sp. 1. ANAGYRIS FÖTIDA. a. P. pál. Lin. sp. 1.

Differ. spec. An. *foliis* pinnatis, *foliolis* lanceolato-ovatis: *racemis* laxis, terminalibus: *leguminibus* teretibus.

Hab., & nota. *Fruitex* arboreus, 8 - pedalis: *Ligno* duro, foetido: *ramis* demissis. *Folia* impari-pinnata, multijuga: *foliolis* lanceolato-ovatis, integerrimis, glabris, similiter odentibus. *Flos* albus paniculis terminalibus. *Cal.* cyathiformis, 5 - fidus, laciniis rotundatis, brevis. *Corolla* vexillum alis æquale: carina longior: *petala* omnia unguiculata. *Stamina* 10, distincta, ascendentia. *Legumen* sub-teres, polyspermum.

Habitat inculta prope Cantonem Sinarum.

Bauh. Pin. pag. 391. n. 1. Milléri. & Royeni Synonima a Linnæo citata, cum flores habeant laterales, a nostrâ discrepant. An diversa species judicanda?

<sup>†</sup> Sp. 2. ANAGYRIS INODORA. a. Cey. Bay.

Differ. spec. An. *foliis* pinnatis: *floruri* calycibus inflatis, coloratis. *Leguminibus* compressis, rectis: *racemis* terminalibus, oblongis.

Hab., & nota. *Fruitex* erectus, arbori mediocri æqualis: *ramis* demissis, saepe scandentibus. *Folia* impari-pinnata: *foliolis* oblongis, acuminatis, glabris, inodoris. *Flos* albus, *racemis* oblongis, terminalibus. *Calyx* 5 - dentatus, inflato-flaccidus, coloratus, brevis. *Corolla* carina longior vexillo, & alis. *Filamenta* 10, distincta. *Legumen* rectum, compressum, polyspermum.

Habitat in sylvis Cochinchinæ.

## GENUS II. POINCIANA.

Char. Gener. *Caul. 5 - phyllus*. *Petala* 5: summo maiore. *Stam.* longa, omnia fecunda. *Legumen*. Lin. sy. pl. G. 558.

Sp. 1. POINCIANA BIJUGA. γ . .

Differ. spec. Poinc. *aculeis* solitariis: *foliolis* emarginatis. Lin. sp. 1.

Hab., & nota. *Caulis* fruticosus, 6 - pedalis, suberectus: *ramis* paucis, diffusis: *aculeis* solitariis, aliquando binis, ternisve. *Folia* abru-

abruptè, & inordinatè pinnata, multijuga : *foliolis* ovatis, integerrimis, glabris, sepe emarginatis. *Flos* colore aureo, rubroque variatus, *racemis* simplicibus, terminalibus : *calyx* 5 - phyllo, inaequali : *corolla* 5 - petalà, summo maiore : *staminibus* 10, longis : *legumine* sublignoso, acuminato, compresso, polyspermio : *seminibus* offeis, subrotundis.

Habitat agrestis in orâ Africæ Orientali.

*Crista pavonis*. Rumph. l. 6. c. 24. tab. 20.

Sp. 2. POINCIANA PULCHERRIMA. *z* Hoa phung. *g.* . . .  
Differ. Spec. Poinc. aculeis geminis. Lin. sp. 2.  
Hab., & note. *Frutex* arboreus, 10 pedes altus : *ramis* longis, diffusis, debilibus : *aculeis* brevibus, plerumque geminis. *Folia* 2 - pinnata, multijuga, ovato-oblonga, obtusa, glabra. *Flos* aureus, coccineo maculatus, pedunculis longis, *racemis* simplicibus, terminalibus. *Calyx* luteus, patens, 5 - phyllus : *foliolis* 4 ovato-oblongis, planis, æqualibus, quinto longiore, incurvo, inflexo. *Corolla* petala 5, patentia, unguiculata, turbinata, margine crisparo-dentata : summo maiore. *Stamina* longissima, inæqualia, receptaculo arcto insidentia : *antheris* ovatis nutantibus. *Stylus* longior staminibus : *stigmate* crassifculo. *Legumen* compressum, sub-rhombeum, rostratum, lignosum : *seminibus* 6 circiter, compressis, subrotundis, offeis.

Habitat in Cochinchinâ, & Chinâ, multisque India locis.

*Frutex* pavoninus, sive *Crista pavonis*. Breyen. Cent. 61. t. 22. *Crista pavonis* flore elegantissimo, variegato. Burm. Zeyl. pag. 79. *Poinciana* flore pulcherrimo. Tourn. Inst. pag. 619. tab. 391.

Obser. Non videtur haec a precedenti specie sati distinguebitur ; cum in utrâque simili flos, & folia multijuga : quod autem haec siar, vel non emarginata, aculeique solitarii, vel gemini, non sati constanter procedit, prout etiam apud Rumphium videri potest.

Sp. 3. POINCIANA ELATA. *z* Cay Lye.

Differ. Spec. Poinc. *Caule* inermi. Lin. sp. 3.

Hab., & note. *Arbor* mediocris, inermis, *ramis* patentibus. *Folia* impari-bipinnata : *foliolis* oppositis, ovato-oblongis, multijugis, glabris. *Flos* dilutè ruber, *racemis* subdivisis, terminalibus. *Cal.* 5-fidius, patens. *Corolla* petala 5, unguiculata, conniventia, supernum manus, reliqua quatuor subæqualia. *Stamina* 10, subulata, longa, ascendentia, distincta, inæqualia : *antheris* omnibus fertilibus, nutantibus. *Stylus* subequalis staminibus : *stigmate* 2 - fido. *Legumen* oblongum, acuminatum, compressum : *seminibus* subrotundis.

Habitat in sylvis Cochinchinæ.

Forsk.

Forsk; Arab. pag. 86. Poinciana foliis duplicato-pinnatis, foliolis oppositis, oblongis, caule inermi. Hort. Cliff. pag. 158.

## GENUS III. CÆSALPINIA.

Char. Gener. *Cal.* 5 - fidus : laciniâ infimâ maiore. *Petala* 5 : infimo pulchriore. *Legumen*. Lin. sy. pl. G. 559.

Sp. 1. CÆSALPINIA SAPPAN. a Cay Vang : Tô mœuc s. Sû fám mõ. Differ. spec. *Cauli* aculeato : *foliolis* oblongis, ita quadrilateribus, emarginatis. Lin. sp. 3.

Hab., & nota. *Arbor* procula, mediocriter crassa : *aculeis* brevibus, sparvis, plurimis: ligni medullâ rubrâ, gravi, durissimâ : *ramis* longis, ascendentibus. *Folia* impari-bipinnata, 12 - juga : *foliolis* minusculis, oblongo-ovatis, emarginatis, glabris, scissilibus, basi obliquè truncatis. *Flos* flavus, suavè olens : *racemis* laxis, terminibus. *Cal.* 5 - partitus, laciniâ inferiori maior. *Corolla* petala 5, inæqualia, patentia, concava, subrotunda, unguiculata : infimo linea tubris radiato : *ßanina* 10, filiformia, corollâ longiora. *Legumen* rhombum, oblongo-turbinatum, compressum, lignosum, tuscum, glabrum : *rostro* subulato, longo, recurvo. *Semina* 3, turbinato-oblonga, cornæa.

Habitat in altis montibus Cochinchinæ : indeque a mercatoribus Sinenibus abundè exportatur.

Lignum Sappan. Rhumpb. Amb. I. 6. cap. 25. tab. 21. Tsiam pangam. Rheed. Malab. part. 6. p. 3. t. 2. Acacia maior, tinctoria, Zeylanica. Burm. Zeyl. pag. 3.

Ufus ligni : ad tingendum colore rubro, aut purpureo, pulchro quidem, sed inconstante.

Virtus Medica. Attenuans, Resolvens, Emmenagoga. Decoctum ligni probatur efficax ad dissolvendum sanguinem coagulatum ex contusionibus, vel causa internâ. Item ad promovenda lochia, & menes, & lenjendum dolorem inde ortum : in quem finem Medicis indigenis frequenter usuyent.

## GENUS IV. TOLUIFERA.

Char. Gener. *Cal.* 5 - dentatus, campanulatus. *Petala* 5 : infimo maximo, obcordato. *Stylus* nullus. Lin. sy. pl. G. 566.

† Sp. 1. TOLUIFERA COCHINCHINENSIS. a Cay Cam riu. Differ. spec. *Tol.* *foliis* ovatis, integerrimis : *pedunculis* polyfloris ; lateralibus, & terminalibus.

Hab.,

Hab., & notæ. *Arbuscula* 5-pedalis : *caule* erecto, ramosissimo, inermi. *Folia* ovata, obtusa, acuta aliqua, integerrima, obscure viridia, nitida, alterna, subpetiolata, 3 pollices longa, circum omentia. *Flos* albus, pedunculis polyfloris, axillaribus, & terminibus. *Calyx* 5-dentatus, campanulatus, brevis. *Corolla* petala 5, oblonga, conniventia, subæqualia, infimo maiore, nec obcordato. *Bacca* rotunda, albo-rubra, glabra, succosa, parva, 1-sperma, sub-diaphana, pulpa resinolo-tensi, sapore, & odore gratis. *Semina* rotunda: non raro inveniuntur 2 unico loculo, & tuſc quidem hemisphærica. *Stamina* 10, brevia. *Stigma* lenticulare, fessile, persistens. In totâ plantâ invenitur vis aromatica, suavis, dulcis. Estne verum Balsamum Tolutanum, seu Carthaginæ? Videatur Pomer. Dicr. des Drog. tom. 2. l. 1. pag. 59. f. 25: & si qui alii hujus plantæ characteres clarius expellere.

Habitat inculta in locis planis Cochinchinae.

Virtus. Calefaciens, Resolvens, Stomachica. Utuntur indigenæ radice, & baccis, non balsamo, quod non solent extrahere.

### GENUS V. CASSIA.

Char. Gener. *Cal.* 5 - phyllus. *Petala* 5. *Antberæ* supernæ 3 steriles: infimæ 3 rostratæ. *Legumen*. Lin. sy. pl. G. 557.

Sp. 1. CASSIA TORA. a Day muòng.

Differ. spec. *Caf. foliis* trijugis, obovatis: exterioribus maioribus: glandulæ subulatæ inter inferiora. Lin. sp. 5.

Hab., & notæ. *Caulis* suffruticosus 2-pedalis, erectus, ramosissimus, ramis diffusis. *Folia* abruptè pinnata, 3-juga: *foliolis* obovatis, sessilibus, utrinque lanuginosæ, exterioribus maioribus. *Flos* aureus, axillaris, binatus: *calyx* 5 - phyllo, inæquali, patente: *corolla* 5-petalæ, unguiculatæ, expansæ, inæquali, summo emarginato. *Filamenta* 10, inæqualia: *antberis* apice perforatis, tribus sterilibus, tribus rostratis. *Stigma* fessile, emarginatum. *Legumen* sub-tetragonum, sub-rectum, longum: seminibus sub-teretibus, oblique truncatis.

Habitat inculta ubique in Cochinchinâ.

Thunb. Jap. pag. 179. Senna Orientalis hexaphylla, Tala Zeylonenfium. Herm. Lugdb. pag. 557.

Sp. 2. CASSIA OBTUSIFOLIA. a Day ma. & Trão kit Lam.

Differ. spec. *Caf. foliis* trijugis, ovatis, obtusifolius. Lin. sp. 8.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, 3-pedalis, multiplex, semipostratus, fulcatus, durus, fætidus, ramosus. *Folia* abruptè pinnata, tri-

*trijuga*: foliolis ovalibus, acumine brevi. *Flos* luteus, axillaris, pedunculis paucifloris. *Legumen* rectum, obtusum, teres, longum: *seminibus* multis orbiculatis, longitudini leguminis verticalibus.

*Stamina* plerumque numerantur 9, inaequalia.

Habitat prope vias in Cochinchinā, & Chinā.

Burm. Ind. pag. 95. *Gallinaria rotundifolia*. Rhumph. Amb. I. 8. c. 68. tab. 97. f. 2.

Sp. 3. CASSIA FISTULA.  $\alpha$  Tíhi Xiém.

Differ. spec. *Caf. foliis* 5-jugis, ovatis, acuminatis, glabris: *petiolis* eglandulatis. Lin. sp. 12.

Hab., & note. *Arbor* supra mediocrem: *ramis* patentissimis. *Folia* abrupte pinnata, 4-6-juga: *foliolis* ovatis, acuminatis, glabris, maiusculis, petiolatis, inordinate pinnatis. *Flos* nitidè flavus: *racemis* longis, reclinatis, lateralibus, pedunculis propriis longis, pendulis. *Cal.* 5-phyllo, sub-equalis. *Cor.* petala 5, inaequalia: *seminibus* 10, quorum 3 multo longiora. *Fruetus* legumen 1-pedale, teres, digitum crassum, fuscum, rectum, obtusum: intus cellulis transversis, pulpā dulci, nigricante plenis.

Habitat in Cochinchinā ad Aultrum, prope Cambodiam.

Rumph. Amb. I. 2. c. 30. tab. 21. *Cassia solutiva*. Garc. Arom. I. 1. cap. 29.

Virtus. Purgans, Demulcens. In Cochinchinā, & in plerisque Asiae locis vix ullius est usus; cum habeant alia medicamenta flagmago-  
ga magis efficacia, & minus nauseosa.

Sp. 4. CASSIA SOPHERA.  $\beta$  Xý tñ tñ: Kiue mñm tñ.  $\alpha$  Thảo kuyet minh.

Differ. spec. *Caf. foliis* decem-jugis, lanceolatis: glandula baseos oblonga. Lin. sp. 23.

Hab., & note. *Caulis* suffruticosus, 3-pedalis, erectus, teres, ramulus. *Folia* abrupte pinnata, sub-decem-juga: *pinnis* lanceolatis, glabris, sub-sessilibus. *Flos* flavus, racemo erecto terminali. *Stamina*, & *petala* inaequalia: ista sub-unguiculata. *Legumen* rectum, tenuis, longum: *seminibus* sub-teretibus.

Habitat in Sinarum locis Australibus. Vidi etiam in Africā foliis, & floribus similem, sed caule fusco-rubro, subtetragono differentem. *Gallinaria acutifolia*. Rhumph. Amb. I. 8. c. 68. tab. 97. f. 1. *Senna vi-*  
*gintifolia*, siliquis teretibus. Burm. Zeyl. p. 213. t. 98.

Sp. 5. CASSIA PROCUMBENS.  $\alpha$  Cay me dñt.  $\beta$  . . .

Differ. spec. *Caf. foliis* multijugis, eglandulatis: *caule* procumbente. Lin. sp. 31.

Hab;

Hab., & note. *Caulis* fruticosus, sesquipedalis, multiplex, diffusus, undique in terram pronus, flexuosus. *Folia* impari-pinnata, plurimi-juga: *foliolis* ovato-oblongis, pilosis, imbricatis, minimis. *Flos* futeus, axillaris, solitarius. *Legumen* oblongum, rectum, comprefsum.

Habitat in Cochinchinâ per agros, & colles dispersa. Observata a me fuit in Chinâ pariter, & in Africâ, ubique constans, & sui similis, Thunb. Japon. pag. 179. Burm. Ind. pag. 98.

## GENUS VI. GUILANDINA.

Char. Gener. *Cal.* 1 - phyllas, hippocrateriformis. *Petala* calycis colo-  
lo inserta, sub-aequalia. *Legumen*. Lin. sy. pl. G. 560.

Sp. 1. GUILANDINA BONDUCELLA.  $\beta$  Nam sic lac.

Differ. spec. *Guil. aculeata*, pinnis oblongo-ovatis: *foliolis* aculeis  
geminis. Lin. sp. 2.

Hab., & note. *Caulis* fruticosus, teres, rectus, crus crassus: *ramis*  
longè scandentibus, vel procumbentibus: aculeis multis reflexis,  
sparsis. *Folia* 2 - pinnata, 10 - juga, sine impari: *foliolis* oblongo-  
ovatis, acuminatis, glabris, integerrimis, aculeis binis ad basim.  
*Flos* luteus, hermaphroditus, monogynus, racemo oblongo, terminali.  
*Legumen* 3 - pollicare, latum, compressum, echinatum:  
seminibus 6-7, oblongo-ovatis, cinereis, nitidis, durissimis. *Sta-  
mina* 10, libera.

Habitat in sylvis, prope Cantonem Sinarum.

Globuli maiores. Rhumph. Amb. I. 7. c. 50. tab. 49. f. 1.

*Acacia*, qui lobus echinatus Clusii, oculus Cati Lusitanis. Burm. Zeyl.  
pag. 4.

Virtus: foliorum. Deobstruens, Emmenagoga: sapore amaro. Radix  
adstringens, valet contra Dyfenteriam. Nuclei sunt Emeticæ: ho-  
rum oleum externe valet contra Convulsiones, & Paralysim.

† Sp. 2. GUILANDINA GEMINA.  $\alpha$  Cay Maoc med.

Differ. spec. *Guil. aculeata*, *foliis* pinnatis: *calyce* 5 - phyllo: *fru-  
ctu* gemino.

Hab., & note. *Caulis* fruticosus, magnus, suberectus: *ramis* mul-  
tis scandentibus: *aculeis* multis, recurvis, sparsis. *Folia* simpliciter  
pinnata, sine impari: *pinnis* ovatis, obtusis, integerrimis,  
glabris, aculeo solitario ad basim. *Flos* flavus, racemis compo-  
sitæ, laxis, terminalibus. *Calyx* inferus, 5 - phyllo: *foliolis* oblon-  
gis, obtusis, lanatis, campanulato-patentibus, deciduis, sub-aqua-  
libus. *Corolla* petala 5, calyce vix longiora, ejusdem formæ cum

illo, illique inserta. *Nectarium* glandulis 4, ovatis. *Filamenta* 10, subulata, pilosa, æqualia, corolla breviora, calyci insidentia: *antheris* sagittatis, stantibus. *Germina* 2, longiæcula. *Styli* totidem, crassi, staminibus longiores. *Stigmata* obusa. *Pericarpium* Legumina 2, sub-ovata, compressa, echinata, monolocularia, polysperma: feminibus 2-3, subrotundis, nitidis, cinereis, durissimis: nucleo amygdalaceo, oleoso, subrotundo.  
*Habitat* in sylvis planis Cochinchinæ, Guilandine Bonduc similius, quam Bonducellæ.  
*Virtus* eadem, quæ precedentis.

## † GENUS VII. BARYXYLUM.

*Descriptio Naturalis.*

**Cal.** Perianthium inferum, 5-phylum: foliolis ovato-oblongis, reflexis, æqualibus, deciduis.  
**Cor.** Petala 5, subrotunda, plicato-rugosa, patentia, subæqualia, calyce sub-longiora: unguibus brevibus, carnosis, pilosis, receptaculo insertis.  
**Stam.** Filamenta 10, subulata, inæqualia, corollâ breviora, receptaculo insidentia. Anthere oblongæ, 4-loculares, mutantes.  
**Pist.** Germen oblongum, compressum. Stylus filiformis, staminibus longior. Stigma horizontaliter oblongum, concavum.  
**Peric.** Legumen crassum, obtusum, subteres, subcurvum, glabrum, polyspermum.  
**Sem.** Sub-rotundo-angulata, 8 circiter.  
**Nom.** (*Baryx* gravis: ξύλον lignum) Hujus arboris lignum gravissimum, durissimum a multis ferreum dicitur.

**Char. Gener.** Cat. 5-phyllo, reflexus. Cor. 5-petala, subæqualis; plicato-crispa. Legumen polyspermum.

† Sp. 1. BARYXYLUM RUFUM. ✕ Cây Lim vàng. ✕ Tiếng lì mi.  
*Difer. spec.* Bar. *foliis* pinnatis, pauci-jugis: *racemis* terminalibus.  
*Hab.* Arbor magna: *ratis* ascendentibus inermibus: *ligno* gravi, durissimo, fusco-rubo. *Folia* pinnata pauci-juga: *foliolis* parvis, oblongis, obtusis, integerimis, glabris. *Flos* luteus, racemis laxis, terminalibus.  
*Habitat* in altis montibus Cochinchinæ ad Boream sitis.  
*Ufus.* Hoc lignum rectum, & firmum optimum est ad pontium sublicas, vel columnas ingentia pondera laturas.

Metro-

Metrosideros Amboinensis? Rumph. Amb. l. 4. c. 7. tab. 10.

## † GENUS VIII. ALOEXYLU M.

## Descriptio Naturalis.

Cal. Perianthium 4-phyllum: foliolis acutis, pilosis, deciduis, i-

simo falcato, incurvo, sub-duplo longiore.

Cor. Petala 5, inaequalia, calyce longiora.

Stam. Filamenta 10. Antheræ?

Pist. Germen longiusculum, curvum, compressum. Stylus filiformis.

Stigma?

Peric. Legumen lignosum, leue, falcatum, 1-spermum.

Sem. 1, oblongum, curvum, arillatum.

Nom. Αλοεξυλον (Aloexylon) idem est ac lignum Aloe, quod ab aliis Agallochum nominatur.

Char. Gener. Cal. foliola 4, acuta: infimum duplo longius. Cor. Pe-

tala 5, inaequalia. Legumen curvum: semine 1, arillato.

† Sp. 1. ALOEXYLU M AGALLOCHUM. a Cey Dte bau. & Chia Nam  
Nam biam.

Differ. spec. Aloe. foliis lanceolatis, alternis: pedunculis polyfloris,

terminalibus.

Hab. Arbor magna: trunco, & ramis erectis, altissimis: cortice can-

nabino, fusco, glabro, nec crasso. Folia lanceolata, 8 polycos

longa, integririma, plana, glabra, subcoriacea, alterna, petiolata.

Flos terminalis, pedunculis polyfloris.

Habitat in altissimis montibus Cochinchinæ prope magnum flumen

Layum, quod inter hoc regnum, & Laos interfluit.

Observ. Quamvis haec arbor a me sedulò quæsita fuerit, semel tan-

tum florentem ramum obtinui, recentem quidem, sed ob distantiam

itineris floribus contusis, & laceris: ita ut nec petalorum formam,

nec antheras, & stigma satis distinctè observare datum fuerit. Li-

gnum arboris est album, & inodorum. Aroma illud fit ex morbo,

quo, obstructis nutritionis viis, & exhalationis viis, oleose particulae

stagnant, & in rezinam crassiflent in interiori arboris trunco, &

ramis: quo fit, ut color, odor, & aliæ ligni qualitates mutentur,

ac tandem, incremente malo, arbor pereat: ex qua truncata, &

filla pretiosa illa fructa aromatica extrahuntur. Nulla pars arboris

lactescens, aut venenata est. Omnes veri Aloes ligni species ex hac

arbore procedunt; etiam pretiosissima, qua dici solet Calambac,

queaque in solis montibus Champáve, ad Cochinchinam pertinetibus, circa decimum tertium gradum latitudinis Borealis sitis inventur. Inferiores species ( seu potius varietates ) non ita raro sunt, & ex diversis locis habentur, aliquando in segmentis triginta libras, aut amplius ponderantibus. Dantur alia ligna odorata, quae ab imperitis vocantur Agallochum, & Aloe lignum: sunt autem validè diversa, & in diversis plantis gignuntur.

Agallochum. Rumph. Amb. l. 2. c. 11. t. 10. Garc. Arom. l. 1. c. 16. Berg. Mat. Med. pag. 961. Inter multos Authores, qui de Agallocho scripserunt, tres ita plura veritati consona dixerunt, non omnia; siquidem ex relatu aliorum, quorum fortasse nullus verum Aleoxylum flore, & fructu gravidum viderat. Figura Rumphiana circa folia non longè aberrat: sed fructus prossus discrepantes, & flores nullos repreäsentant.

Uſus. Ligni hujus suffimenta inter omnia maximè astimantur apud nationes Orientales. Ex arboris cortice fit vulgaris charta, in qua Cochinchinenses scribunt, sicut in Japonia fit ex cortice Mori.

Virtus Medica. Excitans, Corroborans, Cephalica, Cardiaca. Suffitus valet contra Vertiginem, & Paralysim. Pulvis cohíbet vomitum, & fluxus ventris, præcipue Lientericos, quod non propriè altingendo, sed corroborando agit.

#### GENUS IX. CYNOMETRA.

Char. Gener. Cal. 4 - phyllus. Antheræ apice 2 - fidæ. Legum. carnosum, lunatum, 1 - spermum. Lin. sy. pl. G. 562.

Sp. 1. CYNOMETRA PINNATA. a Cay Rang.

Differ. spec. Cyn. foliis impari-pinnatis: racemis terminalibus.

Hab., & note. Arbor magna, ramis ascendentibus. Folia impari-pinnata: foliolis lanceolatis, integerimis, glabris, oppositis. Flos racemis terminalibus: calyx 5-partito, sub-æquali: corolla 5-petalæ: staminibus 10. Legumen lunatum, luteum, carnosissimum, 1 - spermum, acuminatum, tuberculis nullis: semine oblongo-ovato, rubro.

Habitat in sylvis Cochinchinæ.

#### GENUS X. MELIA.

Char. Gener. Cal. 5 - dentatus. Petala 5. Nectararium cylindraceum; ore Antheras gerens. Drupa nucleo 5-loculari. Lin. sy. pl. G. 576

Sp. 1.

Sp. 1. MELIA AZEDARACH. *a* Cây Sáu dâu : Xuyen luyen. *g* Xán lién.  
Differ. Spec. Mel. foliis bipinnatis. Lin. sp. 1.

Hab., & notæ. *Arbor* mediocris : *ramis* patentibus. *Folia* impari-  
bipinnata, multijuga : *foliolis* parvis, ovatis, acuminatis, crenati-  
s, glabris. *Flos* parvus, albo, rubro, & caeruleo versicolor : *pa-  
niculis* magnis, sparsis, sub-terminalibus. *Calyx* 5 - dentatus. *Peta-  
la* 5, oblonga, patentia : *nectario* cylindrico, petalis longiore,  
ore 10 - dentato. *Stamina* 10, minima, apici *nectarii*-*inserta*. *Dru-  
pa* subrotunda, supera, flava, parva : *nucula* obtuse 5 - gonā,  
5 - loculari. Tota planta amarissima.

Habitat inculta, cultaque in Cochinchinâ.

Thunb. Jap. pag. 180. Azedarach sempervirens, & florens. Tourn.  
Inst. pag. 616 tab. 387. Azedarach. Burm. Zeyl. pag. 40.

Virtus. Incidens, Deobstruens, Anthelmintica. Internè cautè utenda,  
quia nimiè dosi vertiginem, & convulsiones afferit. Sinenses Medi-  
ci druparum carne corticosa imprimis utuntur ad necando vermes,  
cujus suspectam vim ut mitiorem reddant, in vino diu coctam, &  
exsiccatam, iterum in aquâ coquunt, decoctumque infirmis ministrant  
absque noxæ periculo. Externè tam folia, quam radix valent  
contra scabiem, pruritum ferinum, & lepram. Eadem folia minutim  
incisa, & super antiqua ulcera cerebro imposita, irritis omnibus  
aliis remedii, sœpe sanârunt.

### G E N U S XI. R U T A.

Char. Gener. *Cal.* 5 - partitus. *Petala* concava. *Receptaculum* punctis  
melliferis decem cinctum. *Caps.* lobata. Lin. sy. pl. G. 565.

Sp. 1. RUTA CHALEPENSIS. *a* Kuu li huong. *g* São tsão.

Differ. Spec. Rut. foliis supra decompositis : petalis ciliatis. Lin. sp. 2.  
Hab., & notæ. *Caulis* suffruticosus, 3 - pedalis, erectus, teres, al-  
bicans, ramosissimus. *Folia* supra decomposita, oblongo-ovata, mi-  
nuscula, cinerea, glabra, gravis olentia. *Flos* luteus, panicula ter-  
minata : *calyx* 4 - partito, lacinias acutis, patentibus. *Corolla* pe-  
tala 4, ovata, concava, ciliata. *Nectarium* poris 10. *Stamina* 8.  
*Capsula* 4 - loba, scabra, 4 - locularis, polyperma.

Habitat culta in hortis Cochinchinæ, & Chinae.

Ruta Chaleensis, angusti-folia, petalis villis secentibus. Moris. hist.  
2. pag. 508. tab. 35. f. 8. Tourn. Inst. pag. 257. tab. 132.

Virtus. Refolvens, Pellens, Sudorifica, Alexiteria, Emmenagogia.  
Prodest in Hysteria, Epilepsia, Contagio, Suppressione mensium.

## GENUS XII. TRIBULUS.

Char. Gener. *Cal.* 5 - partitus. *Petala* 5, patentia. *Stylus* o. *Caps.* 5; gibbae, spinosae, polyspermæ. Lin. sy. pl. G. 580.

Sp. 1. TRIBULUS TERRESTRIS. a Gai ma Vuong: Bach tát le. & Cây li trù.

Differ. spec. Trib. *foliolis sex-jugatis*, *sub-equalibus: seminibus quadri-cornibus*. Lin. sp. 3.

Hab., & nota. *Caulis* annuus, 2 - pedalis, teres, procumbens, multiplex, undeque diffusus, rubescens. *Folia* pinnata, 5 - 6 - juga: *foliolis* ovatis, integerrimis, pilosis, cinereis, parvis, subequalibus. *Flos* flavus, axillaris, solitarius, pedunculo longo. *Calyx* 5 - partitus. *Corolla* 5 - petala, expanfa. *Stamina* 10. *Stigma* sessile, 5 - partitum, lacinia oblongis, deorsum appressis. *Capsulae* 5, osseæ, 4 - cornes, polyspermæ.

Habitat in Cochinchinâ, & Chinâ ad maris litora. Vidi etiam in qâ Coromandeliâ, prope Pondichery.

Tribulus Terrestris Indiæ Orientalis, foliis vicis sub-rotundis, & villosis. Tourn. Inst. pag. 266. t. 14t. Tribulus Terrestris. Matth. in Diose. I. 4. c. 14. fig. ibi. Tribulus Terrestris, Zeylanicus. Burm. Zeyl. pag. 226. t. 106. f. 1.

Observ. Quamvis in istâ plantâ foliola sint lanuginosa, nec semper sex-juga, judicavi tamen associandam esse potius Terrestris, quam Lanuginoso Tribulo, quia fructum ejus semper quadricornem inveni.

Virtus: seminum. Astringens. Prodest in Hæmorrhagiâ narium, Dysenteriâ, & aliis sanguinis profluviis. Gargarisma valer in flacciditate gengivarum, ulceribus, & inflammationibus óris, & gutturis.

## GENUS XIII. CHALCAS.

Char. Gener. *Cal.* 5 - partitus. *Cor.* campanulata, petalis unguiculatis. *Stigma* capitato-verrucosum. Lin. sy. pl. G. 569.

Sp. 1. CHALCAS PANICULATA. a Cây Nguyệt quí. & Cây li yòng. Lin. sp. 1.

Differ. spec. Ch. *foliis* ovatis, acutis: *baccis* bispermis.

Hab., & nota. Arbor mediocris, trunco erecto, diametro 10 - pollicari: *cortice* albicante, tenui: *ramis* multis, patentibus. *Folia* ovato-lanceolata, integerrima, undulata, glabra, nitida, alternatim pinnata, sub-septem-juga cum impari. *Flos* albus, odorifer, panicu-

niculis terminalibus, parvis, plurimis. *Cal.* inferus, acutè 5-fidus, brevis, erectus, persistens. *Petala* 5, sub-campanulata, ovato-oblonga, unguiculata, patentissima, reflexa. *Filamenta* 10, subulata, planiuscula, quorum 5 alterna breviora: *antheris* sub-rotundis. *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, aequalis staminibus longioribus. *Stigma* obtusum, emarginatum. *Bacca* oblongo-conica, succosa, rubra, 1-locularis, 2-sperma. *Semina* sub-rotunda, lanuginosa.

Habitat agrestis in Cochinchinâ, & Chinâ: colitur etiam frequenter ob florum fragrantiam, grata quidem, & intensam, sed non gratissimam. Arbor foliolis parvis, & denissimis aspectum, & umbram præbet amoenam. In Cochinchinâ semper est arbor, nunquam frutex, sicut in Amboinâ, & Java.

Burm. Ind. pag. 104. Camunium. Rumph. Amb. l. 7. c. 15. t. 17.

† Sp. 2. CHALCAS JAPONENSIS. ✧ Nguyen qui nă.

Differ. spec. Ch. *foliis* ovatis, obrusis: *baccis* monospermis.

Hab., & note. *Arbor* parva, 8-pedalis, *ramis* patentibus. \**Folia* oblongo-ovalia, obtusa, integerrima, plana, impari-pinnata, 6-8-juga. *Flos* albus, odoratus, pedunculis polyfloris, terminalibus: *corolla* 5-petalâ, campanulata: *staminibus* 10, alternis longioribus. *Bacca* rubra, ovata, apice acuta, 1-sperma.

Colitur in Cochinchinâ, & Chinâ.

Camunium Japonicum. Rumph. Amb. l. 7. pag. 29. t. 18. f. 2.

#### GENUS XIV. LIMONIA.

Char. Gener. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5. *Bacca* 3-locularis. *Semina* solitaria. Lin. sp. pl. G. 582.

Sp. 1. LIMONIA MONOPHYLLA. ✧ Cây Cam dâng. ✧ Sio peng. lie.

Differ. spec. Lim. *foliis* simplicibus: *spinis* solitariis. Lin. sp. 1.

Hab., & note. *Arbuscula* 4-pedalis: *ramis* tortuosis, diffusis: *aculeis* axillaribus, longis, rectis, solitariis. *Folia* ovata, emarginata, sub-crenata, glabra, sub-sessilia, alterna, odora. *Flos* albus, sessilis, congestus. axillaris. *Bacca* nigra, dulcis, aquosa, edulis, parva. *Calyx* inferus, 5-fidus, erectus, persistens. *Corolla* petala 5, ovato-oblonga, carnosa, concava, aequalia, sub-patentia, calyce longiora. *Filamenta* 10, brevia, in medio dilatata: horum 5 alterna breviora. *Antheræ* omnes sub-rotundæ. *Germen* sub-rotundum. *Stylus* crassus, brevior staminibus. *Stigma* ovatum, emarginatum. *Bacca* sub-rotunda, 2-locularis, 1-sperma: *seminibus* hinc planis, inde convexo-ovatis.

Habitat

Habitat in dumetis Cochinchinæ, & Chinæ. A Sincensibus solet etiam vocari *Xie may tsie*, lingua Cantonensi.

*Limonum pumili*, Zeylanici, sylvestres. Burm. Zeyl. pag. 143. tab. 65. fig. 1.

Virtus: radicis. Calefaciens, Resolvens, Excitans. Vinum ex ejus infusione prodest in convolutionibus dolorosis, præcipue crurum.

† GENUS XV. QUINARIA.

*Descriptio Naturalis.*

*Cal.* Perianthium 5 - phylum, breve, sub-erectum, inferum: foliolis acutis.

*Cor.* Petala 5, lanceolata, æqualia, incurva, reflexa.

*Stam.* Filamenta 10, subulata, erecta: quorum 5 corollæ subæqualia, quinque alia alterna breviora: omnia receptaculo insidentia. Anthere ovata, compressæ.

*Pist.* Germen 5 - gonum, pilosum. Stylus filiformis, crassus, brevior staminibus. Stigma crassiusculum.

*Peric.* Bacca sub-rotunda, 5 - locularis, 1 - sperma.

*Sem.* ovato-oblonga, comprella.

*Nom.* A numero quinario partium Calycis, Corollæ, Germinis, & loculorum Baccæ.

*Char. Gener.* *Cal.* 5 - phyllus, inferus. *Cor.* petala 5, lanceolata, reflexa. *Bacca* 5 - locularis, 1 - sperma.

† Sp. 1. QUINARIA LANSIUM. & *Uan pi chü*.

Differ. Spec. *Quin. foliis* ovato-lanceolatis, pinnatis: *racemis* vastis terminalibus.

Hab. *Arbor* mediocris, *ramis* parentibus. *Folia* ovato-lanceolata, undulata, sub-dentata, glabra, alternatiim pinnata, multi-juga, cum impari maiori. *Flos* albus, sub-terminalis, *racemis* compo:is, magnis, laxis. *Bacca* sub-ovata, semipollicaris, edulis, pulpâ albâ, acri-dulci: *cortice* flavo, tenui, glabro, lactesciente.

Colitur Cantone Sinarum, ubi fructus prostant in foro venales.

*Lansium sylvestre*. Rumph. Amb. I. 1. c. 46. tab. 55. *Fructus Lance.*

Bont. Jay. I. 6. c. 23. fig. ibi. pag. 109.

## † GENUS XVI. AULACIA.

## Descriptio Naturalis.

Cal. Perianthium 5 - dentatum , inferum , erectum , breve.  
 Cor. Petala 5 , oblonga , erecta , crassa , exterius punctata , interius  
 4 - sulcata.  
 Stam. Filamenta 10 , subulata , quorum 5 alterna longiora corollas  
 aequalia. Antherae ovatae , 2 - loculares , stantes.  
 Pist. Germen oblongum , pilosum. Stylus filiformis , crassus , brevior  
 staminibus. Stigma convexum , integrum.  
 Peric. Bacca ovata , parva , 5 - locularis , 2 - sperma.  
 Sem. sub-ovata.

Nom. ( *Aulæc* sulcus ) Aulacia dicitur a sulcis , quibus petala exarantur.

Char. Gener. *Cal.* 5 - dentatus , inferus. *Cor.* petala 5 , sulcata , crea-  
 ta. *Bacca* 5 - locularis , 2 - sperma.

## † Sp. 1. AULACIA FALCATA. &amp; Cây Chanh tía thang.

Differ. spec. Aul. *foliis lanceolato-falcatis* , alternis : *racemis* terminalibus.

Hab. *Arbor* 8 - pedalis : *ramis* ascendentibus. *Folia* lanceolato-falcata , sub-crenata , glabra , alterna , petiolata. *Flos* albo-viridis , terminalis : *racemis* sub-divisis , laxis.

Habitat in sylvis Cochinchinæ.

Virtus : foliorum. Emmenagogue. Bacca non edulis.

## GENUS XVII. MELASTOMA.

Char. Gener. *Cal.* 5 - fidus , campanulatus. *Petala* 5 , calyci inserta.  
*Bacca* 5 - locularis , calyce obvoluta. Lin. sy. pl. G. 589.

## † Sp. 1. MELASTOMA SEPTEMNERVIA. &amp; Cây Mun.

Differ. spec. Mel. *foliis septemnerviis* , integerrimis , lanceolato-ovatis , hispidis.

Hab. , & nota. *Caulis* fruticosus , 6 - pedalis , erectus , teres , hispidus , *ramis* patentibus. *Folia* lanceolato-ovata integerrima , 7 - nervia , utrinque pilosa , scabra , opposita , petiolata. *Flos* magnus , rubro-purpureus *pedunculis* polyfloris , erectis , terminalibus. *Cal.* 5 - fidus. *Corolla* petala 5 , rotundata , expansa. *Stamina* 10 , ful-

ca , refracta , caudâ longâ demissa. *Bacca* calycina , ovata , hispida , exfusca , 5 - locularis , polyperma ; *fructibus* plurimis , ovatis , minimis : pulpa nulla.

Habitat in Cochinchina , ubique obvia per colles , & agros minus cultos.

Observe. *Fragaria* *Niger* (Rumph. Amb. l. 6. c. 78. t. 72.) qui a Linneo *Melastoma Malabathrica* dicitur , vix a nostra differt præterquam nervorum numero. Est etiam nostra valde affinis *Melastoma Grandiflora* Aubleti (Guian. pag. 414. tab. 160.) quæ septem-nervia est , dilcrepat vero foliorum basi cordata , ac staminibus inæquilibus.

Virtus. Alstringens. Folia , *Bacca* , & Radix apud indigenas in usu sunt ad cohibendos fluxus ventris , & uteri.

† Sp. 2. MELASTOMA DODECANDRA. a Pe giē hōng. a Cây mua tháp.  
Differ. Spec. Mel. *foliis* 5 - nervis , integerrimis , glabris : floribus dodecandris.

Hab. & note. *Frutex* pusillus , 10 pollices altus , erectus , laevis. *Folia* ovata , integerrima , glabra , 5 - nervia , opposita. *Flos* coloris rolei , pedunculis paucifloris , terminalibus. *Stamina* 12 , quorum 6 refracta , caudata : 6 alia interiora erecta , mutica , omnia fertilia. *Bacca* sub-rotunda , laciniis calycis coronata , 5 - locularis , polysperma.

Habitat inculta in Cochinchinâ , & Cantone Sinarum.

Observe. A *Mel. Lavigata* , & *Discolore* (Lin. sp. 9 , & 10.) magis differt staminibus , quam foliis.

### G E N U S XVIII. Q U I S Q U A L I S.

Char. Gener. *Cal.* 5 - fidus , filiformis. *Petala* 5. *Drupa* 5 - angulatis. Lin. sy. pl. G. 587.

Sp. 1. QUISQUALIS INDICA. a Cây Tlun : Sú cuõa tû. a Xi kiûn tû.  
Differ. Spec. Quisq. scandens : *foliis* ovatis , oppositis : *corymbis* terminalibus.

Hab. & note. *Frutex* magnus , inermis : *caule* crassio , sub-erecto : *ramis* scandentibus. *Folia* ovata , apice acuta , integerrima , glabra , opposita , petiolata. *Flos* albo-ruber : *corymbis* terminalibus , bracteis parvis , folii-formibus , floribus intermixtis. *Calyx* tubus filiformis , longissimus : *limbus* brevis , patulus , 5 - dentatus. *Petala* 5 , oblongo-ovata , plana , æqualia , patentia , margini calycis inserta. *Filamenta* 10 , brevia , bino ordine intra tubum calycis insidentia : *antheris* oblongis , incumbentibus. *Germen* oblongum ,

5-gonum. *Stylus* filiformis, sublongior staminibus. *Stigma* concavum, integrum. *Drupa* oblonga, utrinque attenuata, acutè 5-gona, pollicem longa: nuce oblonga, crispà, 1-loculari.

Habitat prope sepes, & ripas fluminum in Cochinchinâ, & Cantone Sinarum.

Rumph. Amb. l. 7. c. 38. tab. 38. Burm. Ind. pag. 104. tabl. 28. f. 2. &c. tabl. 35. f. 2.

Observ. Haec planta semper est ejusdem speciei, quamvis habitu aliquantulum differat secundum diversa loca, & tempora: quod diligenter observavit acuratissimus Rumphius loco supra citato.

Virtus. Astringens, Roborans, Anthelmintica, Nephritica. Nuclei præcipue commendantur, quotidiano usu probati contra Vermes, & Rachitem puerorum: unde illis vernaculum nomen *Fructus Vermium*.

### † GENUS XIX. CUBOSPERMUM.

#### Descriptio Naturalis.

Cal. Perianthium superum, hippocrateriforme, 5-fidum: laciniis levatis, periflensis.

Cor. Petala 6, ovata, obtusa, emarginata, patentia.

Stam. Filamenta 10, tubulata, quorum 5 alterna breviora: omnia erecta, corollâ breviora.

Pist. Germen cylindricum, inferum. Stylus filiformis, longior staminibus. Stigma sub-rotundum, 5-crenatum.

Peric. Capsula cylindrica, 5-valvis, 5-locularis, polysperma.

Sem. Multa, sub-cubiça.

Nom. Cubospermum propter semina cubica.

Char. Gener. Cal. 5-fidus, superus. Cor. petala 6, emarginata Caps. 5-locularis, polysperma.

#### † Sp. I. CUBOSPERMUM PALUSTRE.

Differ. Spec. Cub. *Caule* repente: *foliis* oblongis: *pedunculis* solitariis.

Hab. *Herba* palustris: *caule* longo, tereti, crasso, repente. *Folia* ovato-oblonga, integerrima, glabra, alterna. *Flor* albus, basi fuscus: *pedunculis* solitariis, longis teretibus 1-floris.

Habitat in locis aquosis Cochinchinæ.

## † GENUS XX. ACOSTA.

## Descriptio Naturalis.

**Cal.** Perianthium sub-rotundum, 5-dentatum, coloratum, villosum.  
**Cor.** Monopetala, calyce triplo longior: tubo urceolato 15-gono, magno: limbo brevissimo, 5-fido, patente.  
**Stam.** Filamenta 10, calyci æqualia, pilosa, crassa, receptaculo insidentia. Antheræ oblongæ, incumbentes: apicibus bifidis, subtilibus, longis.  
**Pist.** Germen sub-rotundum, calyce clavatum. Stylus filiformis, corollæ æqualis. Stigma crassifuculum.  
**Peric.** Bacca calycina, parva, globosa, coronata, 5-locularis, polysperma.  
**Sem.** Plurima, sub-rotunda, minima.  
**Nom.** Acostam vocavi, in memoriam Doct. Christophori a Costæ, Indæ Aromatum scriptoris.  
**Observ.** Convenit cum Andromedæ numero partium: cum Ericâ antheris bifidis: bacca calycinæ ab utrâque discrepat.

**Char. Gener.** **Cal.** superus, 5-dentatus. **Cor.** urceolata, 5-fida. **Bacca** 5-locularis, polysperma.

**Sp. 1. ACOSTA SPICATA.** a Cey. Mea.  
**Differ. Spec.** Ac. foliis ovato-lanceolatis, oppositis: spicis terminalibus.  
**Hab.** Arbuscula 5-pedalis: ramis ascendentibus. Folia ovato-lanceolata, leviter, & æquilateriter ferrata, crassa, plana, glabra, opposita. Flor albus spicis filiformibus, erectis, terminalibus.  
**Habitat** in fylvis planis Cochinchinæ.

## † GENUS XXI. ENKIANTHUS.

## Descriptio Naturalis.

**Cal.** Communis, 6-phyllo: foliolis sub-rotundis, concavis, acuminatis, coloratis.  
**Cor.** Communis, petala 8, oblonga, plana, patentia; continens 5 flosculos pedunculatos, pedunculis longis, reflexis.  
**Perian.** Proprium 5-phylum, corolatum, parvum, persistens: foliolis acutis.  
**Cor.** Propria 1-petala, campanulata: tubo ampio: limbo brevi, 5-fido, laciinis rotundatis.

Stam.

Stam. Filamenta 10, subulata, basi tumida, pilosa, fundo corolla inservientia, hujus limbo breviora.

Pist. Germen 5-gonum, superum. Stylus crassus, aequalis staminibus; Stigma simplex, coloratum, nitidum.

Peric. Bacca ovato-oblonga, 5-gona, 5-locularis, polysperma. Sem. Oblonga, parva.

Nom. (*Eryxos* praeclarus: *αἴθος* flos) Enkianthum vocavi plantam, cuius flores alii floribus gravidi sunt.

Char. Gener. *Cal.* communis: *proprietas* 5-phyllo, inferus, *Corolla* campanulata 5-fida. *Fruitus* 5-locularis, polypermus.

† Sp. 1. ENKIANTHUS QUINQUEFLORA. a Tsiu tung his.

Differ. spec. Enk. *Calycibus* 5-floris: *caule*, arboreo.

Hab. *Arbor* mediocris: *cortice* laevi: *ramis* patentibus. *Folia* oblonga, acuminata, integerrima, glabra, congesta. *Flos* solitarius, pulchrè ruber, fimbriâ albâ ad apicem terminatus, flosculos quinque intus continens.

Colitur Cantone Sinarum.

† Sp. 2. ENKIANTHUS BIFLORA. a San liu his.

Differ. spec. Enk. *Calycibus* bifloris: *caule* fruticoso.

Hab., & note. *Frutex* lignosus, erectus, 3-pedalis; *ramis* expansis. *Folia* lanceolato-ovata, integerrima, pilosa, parva, congesta, petiolis brevibus. *Flos* coccineus, terminalis, congestus, sessilis. *Calyx* communis 5-phyllo, coloratus: filiolis-ovatis, concavis, deciduus. *Cor.* com. o. *Flosculi* duo e communi calyce prodeunt. *Perianthium* proprium parvum, 5-partitum: lacinias lanceolatig, pilosis, patentibus. *Corolla* 1-petala, campanulata, patens: *tubo* 5-sulco-platico: *limbo* 5-partito: lacinias ovatis, magnis. *Filamenta* 10, filiformia, erecta, inaequalia, corollâ sub-breviora, receptaculo inservientia. *Antheræ* ovatae, incumbentes. *Germen* superum, ovatum, pilosissimum. *Stylus* filiformis, corollâ longior. *Stigma* crassiusculum, 5-fidum, hians. *Bacca*? (maturam non vidit) ovata, 5-locularis, polysperma; *seminibus* plurimis, subrotundis minimis.

Habitat Cantone Sinarum.

Observ. Planta hujus generis sunt mirabiles, præcigue primæ species, cuius flores calycibus, & corollis tam propriis, quam communibus simili gaudent; quod alibi me vidisse non recordor. Hujus rami floribus multis conspicui, nequum in folia expansi, solent a magnatibus Sinosibus domi servari in multis dies in vasis procelaneis aquâ plenis, spectabilis vix, odore nullo.

## † GENUS XXII. CYRTA.

## Descriptio Naturalis.

- Cil.** Perianthium cyathiforme, 5-dentatum, inferum, persistens.  
**Cor.** Monopetala, campanulata: tubo brevi, calyci aequali: limbo 5-partito, magno, patente: laciniis lanceolatis.  
**Stam.** Filamenta 10, brevia, basi dilatata, corollæ fundo inserta. Antheræ oblongæ, reflexo-curvæ, a tergo per totam longitudinem filamentis coalitæ.  
**Pist.** Germen subrotundum, acuminatum. Stylus subulatus, staminibus, & corollâ longior. Stigma simplex.  
**Peric.** Drupa oblonga, curva, utrinque attenuata, tomentosa, 1-sperma.  
**Sem.** Nucula oblonga, sulcata, apice attenuata.  
**Nom.** (*Kupros curvus*) a Drupâ curvâ.

**Char.** Gener. *Cal.* 5-dentatus, inferus. *Cor.* campanulata, 5-partita. *Drupa* curva, nuce sulcatâ.

## † Sp. I. CYRTA AGRESTIS. a Cay Gau' cäu.

Differ. spec. *Cyrt. foliis ovatis, alternis: pedunculis polyfloris, sub-terminalibus.*  
Hab. *Arbor* parva, 8 pedes alta: *ramis* patenibus. *Folia* ovata, acuminata, subserrata, glabra, alterna. *Flos* albus, subterminalis, pedunculis polyfloris.

Habitat in dumeris Cochinchinæ.

## † GENUS XXIII. ANOMIA.

## Descriptio Naturalis.

- Cal.** o.  
**Cor.** Monopetala, irregularis, profunde 10-partita: laciniis longitudine sub-aqualibus, oblongis, sub-turbinatis, partim obtusis, partim acutis, superioribus ascendentibus.  
**Stam.** Filamenta 10, subulata, quorum 5 alterna breviora, corollæ basi insistentia, corollâ breviora. Antheræ sub-rotundæ.  
**Pist.** Germen lineare, superum. Stylus longior staminibus. Stigma simplex.  
**Peric.** Siliqua longa, recta, pulposa, unilocularis, polyvalvis, polysperma.

Sem. Sub-rotunda, a valvis libera;

Nom. (Avos ex-lex, irregularis) a corollâ, & siliquâ irregularibus.

Char. Gener. Cal. o. Cor. 10-partita, irregularis. *Siliqua longa*, recta.

† Sp. 1. ANOMA MORINGA. J. Morioga.

Differ. spec. An. foliis alternis, bipinnatis: siliquis polygonis: seminibus triquetro-alatis.

Hab., & note. Arbor mediocris, ramis patentibus. Folia alterna, 2-pinnata cum impari, sub-trijuga: foliolis ovatis, glabris, petiolatis, integerimis, minutulis, inferioribus saepe ternatis. Flos albus, paniculis sparsis, sub-terminalibus, erectis: staminibus 10, omnibus ferrilibus: anteris sub-rotundis. *Siliqua longa*, recta, subulata, sub-octogona, 3-valvis: seminibus sub-rotundis, alis tribus membranaceis expansis, a futuris valvarum independentibus, recto, & simplici ordine dispositis. Cor. generis propria. Cal. o.

Habitat in multis Indiae locis: in Benghalâ a me observata.

Moringa. Acesta. Arom. apud Cluf. Exot. pag. 278. c. 35. Moringa Zeylanica foliorum pinnis pinnatis, flore maiore, fructu angulofo. Burm. Zeyl. pag. 162. tab. 75.

† Sp. 2. ANOMA MORUNGA. a. Ea dñi dei.

Differ. spec. An. foliis oppositis, bipinnatis: siliquis trigonis: seminibus triquetro-alatis.

Hab., & note. Arbor mediocris, ramis patentibus. Folia opposita, impari-bipinnata: foliolis ovatis, integerimis, glabris, minimis, oppositis, petiolatis. Flos pallidus, paniculis sub-terminalibus. Stamina 10, quorum 5 alterna sterilia: 5 alia longiora, anteris ovatis incumbentibus. *Siliqua ultra pedem longa*, trigona, 3-valvis, aliquando 4-gona, 4-valvis, 1-locularis: seminibus triquetro-alatis, uno ordine dispositis. Corolla generis propria. Calyx nullus.

Habitat agrestis in Cochinchinâ: vidi etiam Mozambici in Africâ.

Morunga: Kellor. Rumph. Amb. I. I. c. 73. tab. 74. 75.

Uſus. In Cochinchinâ nullus. Indigenæ Amboinenſes comedunt folia, Africani flores, Malabarici teneras siliquas elixas.

In Medicinâ utriusque speciei radix, cortexque dicuntur externè curare morbus venenosos, artus ædematæ, vel paralysi affectos: internè vero choleram morbum, & scorbutum: quarum virtutum ipsenam periculum non feci: nec etiam cum aliis judico Lignum esse Nephriticum, nisi forte de Americanâ loquatur, quam non

non vidi. Astaticam habere vim Diureticam, & Emmenagogam  
Censo.

† Sp. 3. ANOMA COCHINCHINENSIS. a. B. diu nbo It.  
Differ. Spec. An. foliis oppositis, bipinnatis: siliquis sub-compressis,  
bivalvibus: feminibus nudis.  
Hab., & note. Arbor 10-pedalis, ramis ascendentibus. Folia oppo-  
sita, impari-bipinnata: foliola sub-ovata, integerrima, tomentosa,  
minima. Flos albus paniculis sub-terminalibus, sparsis. Stamina 5 alterna  
sterilia: 5 alia antheris ovatis, magnis: omnia ascendentia.  
Siliqua oblonga, crassa, sub-compressa, utriusque attenuata, 1-lo-  
cularis, bivalvis: feminibus plurimis, sub-rotundis, ala nudis, in-  
ordinatis. Corolla generis propria. Calyx nullus.

Habitat in sylvis Cochinchinæ.

Observ. Omnes flores hujus generis a me in diversis admodum locis  
observatos inveni hermaphroditos, omnes fecundos: quamvis  
in solâ primâ specie stamina omnia cujusque floris fecunda sint,  
in aliis speciebus dimidia pars tantum, quinque numero. De his  
plantis adeo confusè loquuntur Authores, ut Linnaeus incertus pro-  
prii Characteris generici, putaverit speciem esse Guilandinæ, a qua  
penitus abhorrent. Monuit itaque, ut attentè flores examinent, qui  
vivos obtineant. Hoc diligenter præstiti.

#### † GENUS XXIV. OPHISPERMUM.

##### Descriptio Naturalis.

Cal. Perianthium campanulatum, 6-partitum: lacinias oblongo-ova-  
tis, sub-erectis, æqualibus.  
Nectarium lobi 10, ovati, tomentosi, ad basim laciniarum calycis  
in orbem positi.

Cor. o: nisi parvos lobos Nectarii Corollam dicas.  
Stam. Filamenta 10, brevissima, inter lobos nectarii assurgentia, re-  
ceptaculo insistentia. Antheræ oblongæ, parvæ, stantes.

Pist. Germen superum, compresso-ovatum. Stylus longior staminibus.  
Stigma 2-fidum.

Peric. Capsula lato-lanceolata, compressa, corticosa, 2-locularis, 1-  
sperma, apice dehiscens.

Sem. Solitaria, ovata, acuminata: ala longa, subtereti, sinuosa, la-  
teraliter adjuncta.

Nom. (Ophis anguis.) ab alâ sinuosa, anguiformi, seminis lateri ad-  
repente.

Char.

Char. Gener. *Cal.* 6 - partitus, inferus. *Cor.* o. *Caps.* 2 - locularis, 1 - sperma : *seminibus* alatis.

† Sp. 1. OPHISPERMUM SINENSE. a PI mōu yong.

Differ. spec. *Oph.* *foliis* lanceolatis : *floribus* solitariis.

Hab. *Arbor* magna, *ramis* patentibus. *Folia* lanceolata, *integerimā*, *undulata*, *nitida*, *alterna*. *Flos* terminalis, *solitarius* : *Calyx*, & *staminibus* cum *capsulā* persistentibus.

## D I G Y N I A.

### G E N U S XV. S A X I F R A G A

Char. Gener. *Cal.* 5 - partitus. *Cor.* 5 - petala. *Caps.* 2 - rostris, 1 - locularis, polysperma. Lin. sy. pl. G. 608.

† Sp. 1. SAXIFRAGA Chinensis. a Hō ngi tiao.

Differ. spec. *Sax.* *foliis* radicalibus, cordato-rotundis, interrupte crenatis : *paniculā* floribus irregularibus.

Hab., & notæ. *Planta* herbacea, acaulis. *Folia* aggregata, cordata, sub-rotunda, carnaea, interrupte crenata, pilosa, subitus rubescens-tia : *petiolis* longis. *Scapus* nudus, 6 - pollicaris : *paniculā* diffusa. *Corolla* alba, rotata, 5 - petala, quorum 2 exteriora duplo maiora. *Capsula* birostris, bilocularis, polysperma. *Styli* 2, flore bre-viores.

Habitat in agris, Cantone Sinarum.

Obi. Non obstantibus capsulis 2 - locularibus, cætera omnia ad Saxifragam revocant ; & quamvis farmentosa non sit, ad eam proxime accedit, quæ *Sax.* farmentosa dicitur. Lin. Jun. sup. sy. pag. 240. Thunb. Jap. pag. 182.

### G E N U S XXVI. D I A N T H U S.

Char. Gener. *Cal.* cylindricus, 1 - phyllus, basi squamis 4. *Petala* 5, unguiculata. *Caps.* cylindrica, 1 - locularis. Lin. sy. pl. G. 614.

Sp. 1. DIANTHUS CARYOPHYLLUS. a Hoang nhung hōa. a . . .

Differ. spec. *Di.* *floribus* solitariis : *squamis* calycinis sub-ovatis, bre-vissimis : *corollis* crenatis. Lin. sp. 7.

Hab., & notæ. *Caulis* suffruticosus, 1 - pedalis, sub-erectus. *Folia* subulata, crassa, semi-amplexicaulia, inferiora imbricata, superio-ra opposita. *Flos* plenus, solitarius, ruber, albusve, vix odorus :

Nn

ca-

*calyce cylindrico*, 5 - dentato, basi squamis 4, conicis, brevissimis. *Petala multa*, crenata, luxuriantia, unguiculata. *Stam.* 10. *Styli* 2, reflexi. *Capsula* teres, polysperma, 1 - locularis. Colitur in Chinâ, unde in Cochinchinam creditur delatum. Tunica ramis uni- & bifloris, peralis levibus, stipulis calycinis brevissimis. Hall. Helv. n. 896. Dianth. Caryophyllus. Tunb. Jap. pag. 184.

Sp. 2. DIANTHUS CHINENSIS. a Cam trâo hoa. & . .  
Differ. spec. Di. floribus solitariis: *squamis* calycinis subulatis, patulis, tubum æquantibus: *corollis* crenatis. Lin. sp. 11.  
Hab., & notæ. *Caulis* suffruticosus, sub-erectus, tenuis. *Folia* subulata, parva, glabra, opposita. *Flos* solitarius, simplex, 5 - petalus: *petalis* coccineis, margine crenato, albo: *squamis* calycinis subulatis, tubum æquantibus: aspectu pulcher, odore nullo.  
Habitat in viridariis Sinenibus, & Cochinchinensis.  
Burm. Ind. pag. 105.

## TRIGYNTA.

## GENUS XXVII. BEMBIX.

## Descriptio Naturalis.

*Cal.* Perianthium inferum, 3 - partitum: laciniis ovatis, concavis, erectis.  
*Cor.* Petala 5, ovata, concava, calyce paulo longiora.  
*Stam.* Filamenta 10, filiformia, quorum 5 alterna longiora, petalorum basi insistentia, ipsis breviora. Antheræ biloculares, stantes.  
*Fist.* Germen ovatum. *Styli* 3, oblongo-turbinati, bisulcati, crecti.  
*Stigmata* verticaliter compressa, emarginata.  
*Peric.* Bacca ovata, parva, trilocularis?  
*Sem.* Non observata.  
Nom. (Βεμβίξ turbo) ab stylis, & foliis turbinatis.

Char. Gener. *Cal.* 3 - partitus, inferus. *Cor.* 5 - petala. *Bacca* ovata; 3 - locularis.  
† Sp. 1. BEMBIX TECTORIA. a Lá trung cuon.  
Differ. spec. Bemb. foliis cuneiformibus: *caule* scandente.  
Hab. *Caulis* fruticosus, lignosus, durissimus, scandens, acerrhus, inermis, ramulosus. *Folia* cuneiformia, integerrima, glabra, plana, dura.

dura, magna, opposita, petiolata. *Flos* pallidus, racemis parvis, sub-terminalibus.

Habitat in fylvis Cochinchinæ.

Uſus. Ad tegendas cymbas, domos, & similia, quæ aeris mutatio-nes patiuntur expolita; namque iſis foliis defensa longissimo tem-pore fervantur indemnia.

### † GENUS XXVIII. AUBLETIA.

#### *Descriptio Naturalis.*

Cal. Perianthium inferum, campanulatum: tubo brevi, crassissimo: limbo 5-partito, lacinia triangularibus, æquilateris, patentibus, æqualibus, persistentibus.

Cor. Nulla.

Stam. Filamenta 10, reflexa, basi fissurarum calycis per paria infi-dentia: horum 5 brevissima, 5 alia triplo longiora. Anthere bre-viorum oblongæ, magnæ: longiorum parvæ, ovatæ.

Pist. Germen compressum. Stylus sub-nullus. Stigmata 3, ovata, re-flexa.

Peric. Bacca orbiculata, subtus convexa, superius plana, 3-locula-ris, 1-sperma.

Sem. Sub-lenticularia.

Nom. In memoriam Clarissimi Aubleti, qui plantis suis Guianensibus Botanicam largè ditavit.

Char. Gener. Cal. 5-partitus, inferus. Cor. o. Bacca lentiformis, 3-locularis, 1-sperma.

† Sp. 1. AUBLETIA RAMOSISSIMA. A An pñt pouc.

Differ. Spec. Aub. *foliis* ovatis, 3-nerviis, crenatis: *floribus* axilla-ribus.

Hab. *Arbor* mediocris, ramosissima, *ramis* tortuosis: *aculeis* sparsis, rectis, brevibus. *Folia* ovata, 3-nervia, minutè crenata, glabra, alterna, petiolata. *Flos* pedunculis polyfloris axillaribus.

Habitat Cantone Sinarum inculta.

## TETRAGYNIA.

## † GENUS XXIX. THYSANUS.

## Descriptio Naturalis.

Cal. Perianthium inferum, 5 - phyllum, coloratum, persistens : foliolis lanceolatis, concavis, pilosis, patentibus.

Cor. Petala 5, campanulata, parentia, oblonga, calyci aequalia.

Stam. Filam. 10, brevia, reflexa. Antheræ sub-rotundæ, 2 - loculares, stantes.

Pist. Germen tetragonum. Styli 4, filiformes, angulis 4 germinis a latere inserti. Stigmata totidem, leviter bifida.

Peric. Drupæ 4, oblongæ, gibbosæ, apice recurvæ : cortice lanuginoso a latere dehiscente.

Sem. Nuclei solitarii, oblongo-ovati, leves, inferius involuti tunica carnosâ, fimbriatâ, rubrâ, apice nudi.

Nom. (*Θυσανός* fimbria) ab involucro semenis fimbriato.

Char. Gener. Cor. 5 - petala. Drupæ 4, gibbosæ : nucleo arillato.

† Sp. 1. THYSANUS PALALA. a Decc. Kh.

Differ. spec. Thys. foliis pinnatis : pedunculis polyfloris, axillaribus. Hab. Frutex lignosus, magnus, sub-erectus, ramosus, inermis. Folia pinnatifolia, 10 - juga : foliolis oblongis, integerrimis, glabris. Flos lateralis, pedunculis polyfloris. Corolla alba. Nuclei alii rubrae. Calyx similiter ruber.

Habitat in fylvis Cochinchinae.

Palala secunda ? Rhumph. Amb. I. 2. c. 9. pag. 26. tab. 6.

Oblerv. Affinitatem habet cum Simabâ. Aubl. Guian. pag. 400. tab.

153.

## PENTAGYNIA.

## GENUS XXX. CERASTIUM.

Char. Gener. Cal. 5 - fidus. Petala bifida. Caps. 1 - locularis, apice dehiscens. Lin. sy. pl. G. 637.

Sp. 1. CERASTIUM REPENS. A kim tsao.

Differ. spec. Cer. foliis lanceolatis : pedunculis ramosis : capsulis sub-rotundis. Lin. sp. 9.

Hab. 2

Hab., & notæ. *Caulis* 1-pedalis, herbaceus, perennis, tenuis, multiplex, ramosus, procumbens, sœpe repens. *Folia* ovato-lanceolata, integerima, undulata, tomentosa, sessilia, opposita. *Flos* albus, axillaris, & terminalis, pedunculis sub-1-floris. *Calyx* 5-phyllos. *Petala* 5, profundè bipartita, lacinia lanceolatis. *Capsula* subrotunda, acuminata, 1-loocularis, polysperma, apice dehiscentia. Habitat in pratis, & hortis Cochinchinæ: etiam Cantone Sinarum. Ceratium perenne, procumbens. Hort. Cliff. pag. 174. Lychnis incana, repens. Bauh. Pin. pag. 206. n. 6.

## GENUS XXXI. OXALIS.

Char. Gener. *Cal.* 5 - phyllus. *Petala* unguibus connexa. *Capsula* 5-gona, angulis dehiscentia. Lin. sy. pl. G. 634.

Sp. 1. OXALIS SENSITIVA.  $\beta$  Chán tsú.  $\alpha$  Chua me lí me.  
Differ. spec. Ox. scapo umbellifero: foliis pinnatis. Lin. sp. 8.  
Hab., & notæ. Herba annua, caule 6-pollicari, erecto, tereti, simplicissimo. *Folia* ad apicem congesta, undeaque reflexa, pinnata, sine impari, sub-12-juga: foliolis oblongo-ovatis, plerumque oppositis, integerimis, glabris, subsessilibus. *Flos* luteus, terminalis, umbellatus: pedunculo communi longo: *calyx* 5-phyllo: corollæ 5-partitæ, erectæ. *Capsula* 5-gono-ovata, 5-loocularis, 5-valvis, polysperma, angulis dehiscentia. Planta vix pulcherrima, tactum refugens, & quasi sentiens retrò se colligens.  
Habitat Cantone Sinarum, & in Cochinchinâ per hortos, & prata. Herba sentiens. Rumph. Amb. I. 8. c. 79. t. 104. Bont. Jav. I. 6. cap. 32. f. pag. 120. Oxis Indica, Tamarindi foliis, floribus umbellatis. Burm. Zeyl. pag. 178.

Sp. 2. OXALIS CORNICULATA.  $\alpha$  Chua me ta chia.  $\beta$  Tiō tsian tsio.  
Differ. spec. Ox. pedunculis umbelliferis: caule ramoso, diffuso. Lin. sp. 13.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, annuus, multiplex, ramosus, teres, tenuis, diffusus, sœpe repens, 1-pedalis, & ultra. *Folia* ternata, sparsa, petiolis longis: foliolis obcordatis, sessilibus, glabris, acidis. *Flos* luteus, pedunculis polyflorisi (nec umbellatis) lateralibus. *Petala* emarginata, basi connexa. *Capsula* 5-gona, longa, hirsuta, polysperma.

Habitat sparsa per vias, & hortos in Cochinchinâ, & Chinâ. Thunb. Jap. pag. 187.

Oxis lutea, Indica. Rumph. Amb. I. 8. c. 64. pag. 277. Oxis flore luteo, vulgaris, minor, Zeylanica. Burm. Zeyl. pag. 179.

Vir-

Virtus: totius herbae. Refrigerans, Antiscorbutica.

+ GENUS XXXII. HEDONA.

*Descriptio Naturalis.*

Cal. Perianthium monophyllum, tubo 10-gono, sub-ventricoso: limbo 5-fido, lacinij acutis, erectis: bali suffultum squamis 4, subulatis, inaequalibus.

Cor. Petala 5, unguibus longis, a basi ad medium receptaculo elongato coailitis: limbo plano, magno, rotundato, crenato. Nectarium ad os tubi, lobis 10, ad planum limbi reflexis.

Stam. 10, filiformia, receptaculo inservientia, supra os tubi calycis reclinata. Antheræ oblongæ, nutantes.

Pist. Germin superum, oblongum, 5-gonum, sub-turbinatum. Styli 5, erecti, aequales staminibus. Stigmata simplicia.

Peric. Capsula 5-gona, oblonga, 1-locularis, polysperma.

Sem. Multa, sub-reniformia.

Nom. ( Hedon jucunditas ) a jucunditate, & elegantiâ floris.

Char. Gener. Cal. 1-phyllo, ventricosus. Corolla nectarium 10-lolum. Capsula 1-locularis, angulata, polysperma.

+ Sp. 1. HEDONA SINENSIS. a Yu mi.

Differ. Spec. Hed. foliis ovatis oppositis: flore axillari, solitario.

Hab. Caulis annuus, 1-pedalis, simplicissimus, erectus, teres. Folia ovata, sub-acuminata, integerrima, sessilia, glabra, opposita. Flos axillaris, solitarius, subsessilis, coccineus.

Colitur ob venustatem Cantone Sinarum.

Obser. Affinitatem habet cum Diantho: a quo differt non solum ordine, sed calyce angulato, sub-ventricoso, nectario 10-lobo, unguis corollæ receptaculo in longitudinem coailitis, capsula 5-gona.

GENUS XXXIII. COTYLEDON.

Char. Gener. Cal. 5-fidus. Cor. 1-petala. Squame nectariferæ 5, ad basim germinis. Capsulae 5. Lin. sy. pl. G. 628.

Sp. 1. COTYLEDON LACINIATA. a Truong sinh rach la.

Differ. spec. Cot. foliis laciniatis: floribus quadrifidis. Lin. sp. 6.

Hab., & noæ, Caulis perennis, teres, crassus, sub-erectus, 2-pedalis, ramosus, succulus: radice repente. Folia carnosæ, glabra, infe-

inferiora laciñata, magna, summa lanceolato-linearia, integræ, parva, omnia opposita. *Flos* luteus, corymbis racemosis, magnis, terminalibus: bracteis lanceolatis, parvis, sessilibus, floribus mixtis. *Limbus corollæ*, & *calycis* 4-fidus: illius tubus 4-gonus. *Stamina* 8. *Capsula* 4, polyspermæ introrsum dehiscentes. *Squame* 4, ad basim germinant.

Habitat tam culta, quam inculta in Cochinchinâ, ubi quotannis fleret numero partium semper constans.

*Cotyledon Afra*, folio crasso, lato, laciñato, flosculo aureo. Boehr. Lugdb. 1. pag. & tab. 288. Planta anatis. Rumph. Amb. I. 8, cap. 62, tab. 95. Virtus. Refrigerans.

Sp. 2. COTYLEDON SERRATA. & Truong fish 157.

Differ. Spec. *Cot. foliis* ovalibus, crenatis: *caule* spicato. Lin. sp. 4. Hab., & notæ. *Caulis* perennis, erectus, teres, 3-pedalis. *Folia* ovata, serrata, magna, carnoſa, concava, opposita, periolata. *Flos* flavus corymbo terminali, bracteis nudo. In hâc etiam specie deest quinta pars calycis, corolla, staminum, & capsularum.

Habitat in horis Cochinchinæ.

*Cotyledon Cretica*, folio oblongo fimbriato. Dill. Elth. pag. 113, tab. 95, fig. 112.

### G-E N-U S XXXIV. S E D U M.

Char. Gener. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Squame* nectariferæ 5, ad basim germinans. *Caps.* 5. Lin. sy. pl. G. 629.

Sp. 1. SEDUM STELLATUM. & Chœu li.

Differ. Spec. *Sed. foliis* planiunculis, angulatis: *floribus* lateralibus, sessilibus, solitariis. Lin. sp. 6.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, teres, repens: *ramulis* erectis, 5 pollices longis. *Folia* stellato-tereta, lanceolato-linearia, integerima, planiuncula, subteretta, parva, passim linguae similia, unde vernaculum nomen Sinicum. *Flos* luteus, pedunculis monofloris, solitariis, lateralibus: *corolla*, & *calyx* 5-phyllos, subæqualibus, foliolis lanceolatis, incurvis. *Capsula* 5, acutæ, polyspermæ. *Squame* 5, nectariferæ.

Habitat Cantone Sinarum.

Hort. Cliff. pag. 176. *Cotyledon Stellata*. Bauh. Pin. pag. 285, n. 63.

Sp. 2. SEDUM ANACAMPSEROS. & Truong fish 158. & P. touc.

Differ.

Differ. spec. Sed. *foliis* cuneiformibus, integerrimis: *caulibus* decumbentibus: *floribus* corymbosis. Lin. sp. 3.

Hab., & no[n]e. *Caulis* perennis, teres, repens: *ramulis* sub-erectis, 4 pollices longis. *Folia* sub-cuneiformia, apice rotundata, emarginata, crassa, sparsa, oppositaque. *Flos* luteus corymbo terminali: *corollis* 5-petalis: *capsulis* 5.

Habitat in Cochinchinā, & Chinā. Hic florentem observavi non illic, quamvis non raro occurrat.

Sedum caule procumbente, foliis ovatis, integerrimis. Hall. Helv. n. 956. Telephium repens, folio diciduo. Bauh. Pin. pag. 287. n. 5.

Virtus. Refrigerans, Antiscorbutica. In Cochinchinā folia non decidunt.

### GENUS XXXV. AVERRHOA.

Char. Gener. *Cal.* 5-phyllo. *Petala* 5, supernè patentia. *Pomum* 5-gonum, 5-loculare. Lin. sy. pl. G. 626.

Sp. 1. AVERRHOA CARAMBOLA. a Gāy Khe. & Yam tso.

Differ. spec. Av. axillis *foliorum* fructificantibus: *pomis* oblongis, acutangulis. Lin. sp. 2.

Hab., & no[n]e. Arbor supra mediocrem: *ramis* expansis, comā densissimā. *Folia* impari-pinnata, 4-juga, superiora maiora: *foliola* ovata, acuminata, integerrima, glabra, petiolata, opposita. *Flos* lateralis, sparsus, racemis brevibus, sèpius e ramis minoribus, aliquando a maioriibus, aut a trunco pullulantibus. *Calyx* inferus, 5-partitus, erectus, ruber. *Corolla* campanulata, petala 5, oblongo-ovata, minuscula, colore albo, & purpureo variata. *Stamina* semper 5, corollā breviora, angulis germinis 5-goni defensa, receptaculo insidentia. *Styli* 5, subulati: *sligmatibus* obtusis. *Pomum* ovo gallinaceo aequale, acute 5-gonum, 5-loculare, polyspermum: cortice flavo, tenui, glabro: pulpā hyalinā, aquosā, in multis dulci, in aliis acidā, odore vix ullo.  *Semina* pauca, minuscula, oblonga, angulato-platiuscula, fusca.

Habitat ubique culta per totam Cochinchinam, & in provinciis Australibus imperii Sinensis: vidi etiam in Malabarā, & in aliis Indiæ locis.

Prunum Stellatum. Rumph. Amb. I. 1. c. 30. tab. 35. Fructus Carambolas dicti. Bont. Jay. I. 6. c. 11. pag. 102. fig. ibi.

Observ. Flos istius arboris per me sepe observatus in diversis locis nunquam inventus fuit Decander; adeoque ad Pentandriam reduci debere non dubito. Ansam errori dedit Burmanus (Zeyl. pag. 148.) addens synonymis variorum Authorum, quod hujus plantæ flores sint

sunt 5-fidi, calyx 5-folius, stamina 10, & pistilla 3: que omnia, & singula nostræ observationi repugnant.

Ufus. Lignum arboris ad fabricandum ineptum est. Fructus dulces fusi, cibulenti, & sapidi, etiam erudi: acidi vero, aut immaturi cum aliis edulis elixantur, quies gratam aciditatem, & salubritatem communicant. Conditi vel saccharo, vel sale, pipere, & acetato in longum tempus conservantur. In re Medicâ Refrigerant, & sub-adstringunt, ardorem febrilem, situm, & in appetitum cibi allevant.

Sp. 2. AVERRHOA BILIMBI. Blimbing.

Differ. spec. Av. Caudice nudo, fructificante: pomis oblongis, obtusangulis. Lin. sp. I.

Hab., & nota. Arbor fructicosa, 8-pedalis: ramis paucis, recutatis. Folia impari-pinnata, 10-juga, & ultra: foliolis parvis, ovato-lanceolatis, integerrimis, glabris, petiolis brevibus, sparsis. Flos rubro-purpureus, racemis oblongis, parvis, trunco adhaerentibus. Cal. 5-fidus. Corolla 5-petala, patens. De staminibus non omnino certus sum, au sint 5, sicut clare vidi in precedente specie. Fructus pomum oblongum, digitum crassum, obtuse 5-gonum, 5-lokulare, polyspermum, exterius glabrum, viride, interius aquosum, acidissimum.

Habitat Gœz, & in multis locis Indiae intra, & extra Gangem.

Blimbingam teres. Rumph. 1. 1. c. 31. tab. 36. Bonn. Jav. 1. 6. c. 43, pag. 133. fig. ibi.

Virus, & usus idem fere, qui precedentis Carambole.

Observ. Species a Linnaeo dicta Averrhoa Acida est Cicca, ubi videri potest. Lin. Jun. (Sup. pag. 416.) hoc bene notavit.

C L A S S I S X I .  
D O D E C A N D R I A .

M O N O G Y N I A .

- |                |  |
|----------------|--|
| 1. ASARUM.     | <i>Cor. o. Cal. 3 - fidus , superus. Caps. 6 - locularis.</i>  |
| † 2. PTEROTUM. | <i>Cor. o. Cal. 5 - phyllus , inferus. Concep-<br/>taculum : femine alato.</i>                         |
| 3. PORTUCALA.  | <i>Cor. 5 - petala. Cal. 2 - fidus , inferus. Caps.<br/>1 - locularis , circumfissa.</i>               |
| 4. WINTERANIA. | <i>Cor. 5 - petala. Cal. 3 - lobus , inferus. Bacca<br/>3 - locul. 2 - sperma. Nect. antheriferum.</i> |
| † 5. ADENODUS. | <i>Cor. 5 - petala. Cal. 5 - phyllus inferus. Drupa<br/>1 - sperma. Nectar. glanduliferum.</i>         |
| † 6. STIXIS.   | <i>Cor. 6 - petala. Cal. o. Drupa 1 - sperma<br/>supera.</i>   |
| † 7. DIATOMA.  | <i>Cor. 6 - 7 - petala. Cal. 8 - fidus. Bacca 1 - sper-<br/>ma , calycina.</i>                         |
| 8. RHIZOPHORA. | <i>Cor. polypetala. Cal. polyfidus , inferus. Drupa<br/>1 - sperma , solidia.</i>                      |

T R I G Y N I A .

- |              |   |
|--------------|---|
| 9. EUPHORIA. | <i>Cor. petala peltata. Cal. ventricosus , inferus;<br/>Caps. 3 - cocca.</i>                              |
| 10. RESEDA.  | <i>Cor. petala multifida. Cal. partitus , inferus.<br/>Caps. 3 - locularis , hians.</i>                   |
| 11. TACCA.   | <i>Cor. petala 6 , fornicate. Cal. 6 - fidus , supe-<br/>rus. Bacca 3 - locularis , sicca , angulata.</i> |

T E T R A G Y N I A .

- |                |   |
|----------------|---|
| † 12. DICHROA. | <i>Cor. petala 5 , carnosa. Cal. 4 - dentatus. Bac-<br/>ca calycina 4 - locularis , polysperma.</i> |
|----------------|---|

## PENTAGYNIA.

- † 13. MILTUS. *Cor. o. Cal. 5 - phyllus, inferus. Capsulae 5, i - spermæ.*

## POLYGYNIA.

- † 14. HECATONIA. *Cor. petala 5, patentia. Cal. 5 - phyllus, inferus. Semina plurima; nuda.*

## HECATONIA ALTOVIA.

## MONOGYNYA.

## GENUS I. ASARUM.

Char. Gener. *Cal.* 3, fovea 4-fidus, germini infidens. *Cor.* o. *Capf.* coriacea, coronata. Lin. Sy. pl. G. 642.

## Sp. i. ASARUM VIRGINICUM. a Sinar. &amp; Tern.

Differ. spec. Af. *foliis* cordatis, obtusis, glabris, petiolatis. Lin. sp. 3.

Hab. & note. *Planta* perennis, 5-pollicaris, acaulis. *Folia* cordata, sub-rotunda, sub-acuta, integerrima, glabra: *petiolis* longis, sub-erectis, teretibus, congestis. *Flos* solitarius, apetalus, pedunculis foliis brevioribus. *Calyx* capsularis, 3-4-fidus. *Capula* oblongo-lobata, 6-locularis, polyperma, *seminibus* ovaris. *Radix* repens, longa, fasciculata, linearis, albo-cinearea: odore aromatico, grato: sapore acri, mordaci.

Habitat incultum in variis Sinarum provinciis.

Thunb. Japon. pag. 190. Asarum Virginianum, pistochiae foliis sub-rotundis, cyclaminis more maculatis. Pluk. Alin. 53. t. 78. f. 2.

Virtus: radicis. Attenuans, Deobstruens, Emmenagoga, Sialogoga, Cephalica. Utuntur semper Medici indigenæ radicis decocto, quod nunquam vomitum movet, aut nauseam.

## GENUS II. PTEROTUM.

## Descriptio Naturalis.

*Cal.* Petianthium 5-phylum: foliolis ovatis, concavis, coriaceis; patentibus, persistentibus.

*Cor.* Nulla.

*Stam.* Filamenta 15, subulata, plana, calyce longiora. Antheræ sub-rotundæ, 2-loculares.

*Pist.* Germen ovarum, superum. Stylus o. Stigma simplex.

*Peric.* Conceptaculum oblongum, acutum, coriaceum, 1-valve, a latere dehiscens.

*Sem.* 1, ovato-oblongum, alatum alâ polyfidâ, basi adnatâ, in longitudinem feminis extensa.

Nom. (*Πτερωτός* alatus) a semine alâ polyfidâ instructo.

Char.

Char. Gener. Cal. 5 - phyllus, inferus. Cor. o. Conceptaculum oblongum: *femine* 1, alato.

† Sp. 1. PTEREROTUM PROCUMBENS. ✕ Gây truong desi.  
Differ. Spec. Pter. *foliis* lanceolatis, alternis: *racemis* axillaribus.  
Hab. Frutex magnus, lignosus, procumbens, longus: *ramis* multis,  
brevibus. *Folia* ovato-lanceolata, integerrima, parva, glabra, alterna.  
*Flos* racemis parvis, axillaribus.  
Habitat in sylvis Cochinchinæ.

## GENUS III. PORTULACA.

Char. Gener. Cor. 5 - petala. Cal. 2 - fidus. Caps. 1 - locularis circumfissa, aut 3 - valvæ. Lin. sy. pl. G. 659.

Sp. 1. PORTULACA OLERACEA. ✕ Rau Sam. & Mì chí hién.  
Differ. Spec. Port. *foliis* cuneiformibus: *floribus* sessilibus. Lin. sp. 1.  
Hab., & note. *Caulis* annuus, teres, aquosus, ruber, lœvis, procumbens: *ramis* diffusis, sepe repentibus. *Folia* sub-cuneiformia,  
oblonga, obtusa, carnosa, glabra, sessilia, conferta, integerrima.  
*Flos* luteus, sessilis, sparsus: *corollis* 5 - petalis, patentibus, apice sub-truncatis, emarginatis. *Stamina* 10. *Capsula* 1 - locularis,  
horizontaliter dehiscentes: *feminibus* multis, rotundis, nigris, minimis.

Habitat passim vias, & agros in Cochinchinæ, & Chinæ.  
Burn. Ind. pag. 110. Thunb. Jap. pag. 192. Portulaca angustifolia, si-  
ve sylvestris. Bauh. Pin. pag. 288. n. 2.  
Virtus: præcipue seminum in decocto. Refrigerans, Emolliens, Diuretica, Antiscorbutica. Sinenses imprimis utuntur ad attenuandum  
sanguinem, ac diuresim promovendam. Hujus oleris frequenti ufo  
ante partum solet præcaveri ejus difficultas.

## GENUS IV. WINTERANIA.

Char. Gener. Cal. 3 - lobus. Petala 5. Antheræ 16, adnatae Nectario urceolato. Baccæ 3 - locularis. Sem. 2. Lin. sy. pl. G. 653.

Sp. 1. WINTERANIA CANELLA. γ . . .  
Differ. Spec. Wint. *foliis* lanceolato-ovatis, integerrimis, sparsis: *floribus* pedunculatis, terminalibus.  
Hab., & note. Arbor. magna, *ramis* ascendentibus: *cortice* exteriore scabro, rufo: interiore glabro, aromatico, ardente. *Folia* ovata, utrinque attenuata, sub-obtusa, integerrima, glabra, encr.

via. *Flos* albus, pedunculis paucifloris, simplicibusque aggregatis, terminalibus. *Bacca* supera, sub-rorunda, semipollicaris, corticosa, 6-locularis, monoisperma: *seminibus* ovato-angulatis. Plantam fructicantem observavi, non florentem.

Habitat in altis montibus insulae Madagascariæ, S. Laurentii dictæ. Lin. Jun. suppl. plant. pag. 247. Winteranus Cortex. Cluf. Exot. I. 4. c. 1. Ex insula S. Laurentii fructus magnitudine avellanæ, vel paucilo maior, Caryophyllum redolens. Garc. Arom. I. 1. c. 21.

Virtus. Calefaciens, stomachica. Ufus economicus ad condierdos cibos, sapore, & odore gratissimo, medio inter Caryophyllum, & Laurum. Folia recentia gratiiora sunt baccis, & cortice. Drymis Frosteri eisdem qualitatibus praedita dicitur, nec modo florendi a noltrâ differt: haec tamen pistillo unico, illa multis gaudet. Vide Lin. Jun. Suppl. plant. pag. 269.

+ GENUS V. ADENODUS.

*Descriptio Naturalis.*

Cal. Perianthium 5-phylum, inferum: foliolis lanceolatis, reflexis, deciduis.

Cor. Petala 5, ovata, sub-erecta, calyci æqualia, a medio ad apicem polyfida, lacinias filiformibus.

Nectararium glandulis 5, magnis, 2-lobis, procumbentibus, persistentibus.

Stam. Filamenta 15, brevia, patentia, receptaculo insidentia. Anthere oblongæ, quadragonæ, stantes: apice hirsute, reflexo.

Pist. Germen longiusculum. Stylus subulatus, æqualis staminibus. Stigma acutum.

Peric. Drupa ovato-oblonga, parva, glabra, 1-sperma.

Sem. Nucula oblonga, rugosa.

Nom. (Λ'δενωδης glandulosus) a glandulis in flore, & fructu persistentibus.

Char. Gener. *Calyx* 5-phillus, inferus. *Cor.* petala 5, fimbriata: glandulis 2-lobis, permanentibus. *Drupa* 1-sperma.

† Sp. 1. ADENODUS SYVESTRIS. a Cay Com thang.

Differ. spec. Ad. *foliis* ovato-lanceolatis, ferratis: *spicis* sub-terminalibus.

Hab. *Arbor* medicocris: *ramis* patentibus. *Folia* ovato-lanceolata, serrata, glabra, alterna. *Flos* albo, rubroque variatu, *spicis* subterminalibus.

Habitat

† GENUS VI. STIXIS.

Descriptio Naturalis.

Cal. Nullus.

Cor. Campanulata, petala 6, oblonga, carnosa, revoluta.

Stam. Filamenta 16, corollæ subæqualia, receptaculo insidentia, exteriora breviora. Antheræ oblongæ, stantes.

Pist. Germen superum, ovatum, pilosum, pedicellatum. Stylus brevis, crassus. Stigmata 3, rotunda.

Peric. Drupa ovata, carnosa, mediocris, 1-sperma: cortice punctato.

Sem. Nucleus oblongo-ovatus, solidus.

Nom. ( $\Sigma\tau\xi\zeta$ s punctio) a punctis, quibus drupa distinguitur.

Char. Gener. Cal. o. Cor. petala 6, revoluta. Drupa punctata, supera, 1-sperma.

† Sp. 1. STIXIS SCANDENS. a Cay Cam.

Differ. spec. Stix. foliis oblongis, integerrimis, venosis: racemis simplicibus, axillaribus.

Hab. Frutex magnus, scandens, acirrus, inermis, ramosus, longissimus. Folia oblonga, acuminata, integerrima, venosa, dura, alterna. Flos purpureo, & viridi varius: racemis simplicibus, longis, axillaribus.

Habitat in sylvis Cochinchinæ.

Annum. (Rumph. Amb. l. t. c. 56. tab. 66.) ejusdem generis videatur esse.

† GENUS VII. DIATOMA.

Descriptio Naturalis.

Cal. Perianthium baccatum, campanulatum, patens, semi-8-fidum, lacinias acutis.

Cor. Petala 6-7, sub-rotunda, incisa, patentia, calyce longiora: unguibus filiformibus elevata.

Nectarium annulare, carnosum, polycrenatum.

Stam. Filamenta 16, subulata, corollæ subæqualia, receptaculo inferta. Antheræ sub-rotundæ:

Pist. Germen sub-rotundum, calyce clausum. Stylus filiformis, crassus,

fus, æqualis staminibus. Stigma 4-5-fidum : laciinis ovatis, fuscatis, horizontaliter patentibus.  
Peric. Bacca rotunda, parva, coronata, 1-sperma.  
Sem. Sub-rotundum.

Nom. ( $\Delta$ iatomum incisura) a petalis corollæ incisis.

Char. Gener. Cal. baccatus, 8-fidus. Cor. 6-7-petala incisa. Bacca rotunda, 1-sperma.

Sp. 1. DIATOMA BRACHIATA.  $\alpha$  Cay ms.

Differ. spec. Diat. ramis brachiatis : foliis ovatis, oppositis : racemis brevibus, subterminalibus.

Hab. Arbor magna : ramis brachiatis, expansis. Folia ovata, integriflora, glabra, opposita. Flos parvus, croceus, racemis subdivisus, brevibus, sub-terminalibus.

Habitat in sylvis Cochinchinæ.

GENUS VIII. RHIZOPHORA.

Char. Gener. Cal. 4-partitus. Cor. 4-partita. Sem. 1, longissimum, bafi carnosum. Lin. sy. pl. G. 646.

Sp. 1. RHIZOPHORA CASEOLARIS.  $\alpha$  Cay Bñ tlon tlái.

Differ. spec. Rhiz. foliis ovatis, obtusis : floribus solitariis : fructibus orbiculatis, depresso-mucronatis. Lin. sp. 7.

Hab., & nota. Arbor mediocris, tranco brevi, tortuosa : ramis longis, diffusis. Folia ovata, integriflora, glabra, subsessilia, opposita. Flos ruber, solitarius, sparsus. Cal. inferus, persistens, in florescentia campanulatus, in maturiscentia rotatus, 6-partitus, laciinis conicis, crassis, planis. Corolla petala 6, linearia, calyci insidentia, citro decidua, calyci subæqualia. Filamenta 100 circiter, subulata, calyci affixa, ipso longiora. Antheræ reniformes, 3-loculares, nutantes. Germen sub-rotundum, planiusculum. Stylos longior staminibus. Stigma leñticulare, emarginatum. Drupa sphæroidea, mucronata, felquipedicaris, glabra, 1-sperma. Nucleus ejusdem formæ, solidus, durus, in multas laminas crassas verticaliter separabilis.

Habitat propè ripas fluminum in Cochinchinâ. Eadem in litore Africæ Orientalis visa est staturâ inferior, foliis nonnullis emarginatis, flore, & fructu conveniens.

Burm. Ind. pag. 108. Mangium Caleolare. Rumph. Amb. I. 4. c. 62. tab. 74.

Sp. 2.

### **TURFY SUBPOENA**

<sup>†</sup> Sp. 2. RHIZOPHORA SEXANGULA. & Cây Bán đai tisi.

Differ. spec. Rhiz. foliis ovato-lanceolatis, oppositis: fructibus sexangulatis: petalis 10: staminibus 20.

Hab., & note. *Arbor* mediocris, *ramis* tortuosis, patentibus. *Folia* ovato-lanceolata, integerrima, plana, glabra, opposita. *Flos* ruber, sub-terminalis, solitarius: *calyx* campanulato, eadem formâ persistente, magno, 10- partito, lacinias, acutis, patentibus. *Cocculia* petala 10, oblonga, emarginata, ciliata, calyci subæqualia. *Filamenta* 20, capillaria, *calyxi* insistentia, ipso longiora: anthers oblongis, stantibus. *Germen* oblongum, superum. *Stylus* sublatus, aequalis staminibus: *stigmata* obtuso. *Drupa* oblonga, prismatica, aequaliter hexagona, recta, obtusa: *cortex* coriaceo, glabro: nudeo, lignoso, tereti, simplicissimo.  
Habitat prope ripas fluminum in Cochinchinâ.

Sp. 3. RHIZOPHORA GYMNORHIZA. — Cav. Ps.

Differ. spec. Rhiz. *foliis* ovato-lanceolatis, integerrimis; *radicibus*  
superterraneis. L. in fo. 2.

Hab., & notæ. *Arbor* supra mediocrem : *trunco* alto, recto : *certice* crassio, fillo, fuscō-rubo : *radicibus* multis, magnis, arcuatis, supra cœnum aqua marinâ perlucidum elevatis, patentibus. *Folia* ova-to-lanceolata, integerrima, glabra, *Sparia*, laxe ad apicem congesta, petiolata. *Flos* ruber, solitarius, sparsus : *calyx*, 10-13-partito, lacinias subulatis, crestis. *Cor.*, 10-13-petala, calyci subæqualis, petalis linearibus, citò deciduis. *Stamina* numero duplia, 20-26, petalis, & lacinias calycis correspondentia. *Drupa* longa, sub-teres, subulata : *nucleo* tereti, recente mollisculo, leñicente sub-corneo.

Habitat ingentes tractus litorum ad Austrum Cochinchinæ, & Cambodiam. Etiam frequenter occurrit in fratre Mahacensi.

Burns, Ind., pag. 108. Mangium. Cefsum. Rumph. Amb. L. 4 G. 58  
tab. 68.

Usus. Cortex istius arboris utilissimus est ad tingendas telas colore rufo, vel castaneo: qui facile in nigrum mutatur, si alterni vicibus immergantur tenui creno fulco aqua diluto, ad soleisque exsiccati laventur, & iterum decocto corticis imbuantur, donec optatus color habeatur nigerrimus final, & constans. Nullus Rhizophora fructus in Cochinchina est edulis. Fructus non minus indurefit, quam Palmæ Arecae: nec iste meliori jure vocabitur Drupa, quam ille: cum ambo tam cortice, quam nucleo ( si formam excipiatis ) convenient.

Observ. Omnes Rhizophoræ species, quas observavi, aut, pluram

numerant stamina, semperque calyci insistentia; adeoque videtur genus Rhizophora ad Icosandriam pertinere.

## TRIGYNIA.

## GENUS IX. EUPHORBIA.

Char. Gener. *Cor. 4-5-petala, calyci insidens. Cal. 1-phylus, ventricosus. Caps. 3-cocca. Lin. sy. pl. G. 665.*  
 Sp. 1. EUPHORBIA ANTIQUORUM. *a* Cay Xuong nong: Thanh Haong.  
 Differ. spec. *Euph. aculeata*, sub-nuda, triangularis, articulata: *ramis* patentibus: Lin. sp. 1.  
 Hab., & notæ. *Planta fruticosa 8-pedalis, caule triangulari, aculeato, articulato, succoso, cinereo-viridi, glabro: ramis patentibus: foliis nullis. Flos luteus, parvus, sessilis, terminalis, solitarius.*

Habitat in sepibus Cochinchinae.

Burm. Ind. pag. 110. Esula Indica. Bont. Jav. I. 6. c. 57. fig. ibi, pag. 153.

† Sp. 2. EUPHORBIA EDULIS. *a* Xuong nong M.

Differ. spec. *Euph. aculeata*, foliosa, 5-angularis: *pedunculis* polyfloris, terminalibus: *floribus* apetalis.

Hab., & notæ. *Caulis* fruticosus, 6-pedalis, 5-angularis, aculeis geminatis: *ramis* ascendentibus. *Folia* multa, sparsa, sub-cuneiformia, apice rotundata, 3-pollicaria, integrerrima, carnosa, glabra. *Corolla* nulla. *Calyx* 1-phylus, carniolus, ventricosus, interiorius ruber, exteriorius viridis. *Stamina* brevia, 40 circiter. *Capsula* 3-cocca.

Habitat culta in hortis Cochinchinae, puto, quod etiam agrestis.

Ustus. *Folia* elixa cum aliis oleribus comedunt sepe indigenæ absquenoxia.

Sp. 3. EUPHORBIA NEREIFOLIA. *a* Xuong nong nso.

Differ. spec. *Euph. aculeata* semi-nuda: *angulis* aliquæ tuberculatis. Lin. sp. 7.

Hab., & notæ. *Caulis* fruticosus, aculeatus, 4-5-angularis, *ramis* longis, diffusis, inarticulatis: *tuberculis* multis per angulos dispositis. *Folia* caulina rara, ad apicem sparsa, oblonga, crassa, perva. *Flos* luteo-viridis, solitarius, sparsus, sub-terminalis.

Habitat sepes Cochinchinae.

Burm. Ind. pag. 111. Ligularia. Rumph. Amb. I. 6. c. 45. tab. 40.

Virtus:

Virtus. Emetica, Purgans, acris, nec tuta. Uſus frequens apud indigenas ad ducendas ſepes, spinis horridas.

Sp. 4. EUPHORBIA TIRUCALLI. a Gia San ho Xanh.

Differ. Spec. Euph. *inermis* ſeminuda, fruticosa, filiformis, *erecta*: *ramis* patulis, determinatè confertis. Lin. Sp. 10.

Hab., & notæ. *Frutex* magnus, erectus, arborescens, 10-pedalis: *ramis* inermibus, patētibus: *ramulis* filiformibus, dichotomis: confertisque. *Folia* rara, minuscula, oblonga, crassa, fiparia. *Flos* luteus, parvus, 5-petalus: *pedunculis* monofloris, conglatis, sub-terminalibus.

Habitat inter ſepes in Cochinchina, uti & in Malabarid.

*Tithymalus* arborescens, caule aphylo. Pluk. Phyt. tab. 319. fig. 6.

*Oiffifraga* lactea. Rumph. Amb. Auct. cap. 80. tab. 29.

Virtus. Caufitca. Humor lactescens ex totâ plantâ oculos, si tangat; excæcat.

### GENUS X. RESEDA.

Char. Gener. *Cal.* 1-phyllus, partitus. *Petala* laciniata. *Capſ.* 1-lo-  
cularis, ore dehifcens. Lin. Sy. pl. G. 664.

† Sp. 1. RESEDA COCHINCHINENSIS. a Hoa phin.

Differ. Spec. Rel. *foliis* 5-nervis: *floribus* trigynis: *calycibus* 5-partitis: *pedunculis* subdivisis.

Hab., & notæ. *Caulis* annuus, multiplex, 8-pollicaris, erectus, tenuis. *Folia* lato-lanceolata, integririma, 5-nervia, glabra, ſeffilia, oppofita. *Flos* luteus, terminalis, pedunculis subdivisis. *Calyx* 5-partitus. *Corolla* rorata, petala 5, ſubæqualia, rotundata, laciniata. *Stamina* 18 circiter. *Styli* 3. *Capſ.* 3-valvis, 1-lo-  
cularis, polyperma, apice dehifcens.

Habitat in agris Cochinchine.

† Sp. 2. RESEDA CHINENSIS. a Thin Ki hoim.

Differ. Spec. Rel. *foliis* lato-lanceolatis, integris, glabris: *floribus* ſolitariis, trigynis: *staminibus* leſſandris: *calycibus* 5-partitis.

Hab., & notæ. *Caulis* annuus, 10-pollicaris, quadragonous, multiplex, ſub-erectus. *Folia* lato-lanceolata, integririma, glabra ſeffilia, oppofita. *Flos* luteus, pedunculis monofloris folitarii. *Calyx* 5-partitus. *Corolla* petala 5, inaequalia. *Stamina* 30 circiter. *Styli* tres. *Capſula* 1-locularis, polyperma, apice dehifcens.

Habitat ſuburbia Contonienſia in Sinis.

Uſus. Hanc, & præcedentem ſpeciem ſemulas inveni Luteolæ, ad tingendas telas colore flavo, aut viridi utiles.

Sp. 3: RESEDA ODORATA. A....  
Differ. spec. Ref. foliis integris, trilobisque : calycibus florem æquantibus. Lin. sp. 12.

**Hab.**, & nota: *Calis herbaceus*, annuus, felquipedalis: *ramis* longis, debilibus, ascendentibus. *Folia* integra, 3-lobatae, lanceolatae, glabrae, reflexa, alterna, *Flos* albus, spicis oblongis, terminalibus. *Calyx* 6-phyllo, patulus, foliolis linearibus, inaequalibus. *Corolla* petala 4-5, laciniata, inaequalia, inferius minimum. *Stamina* 16 circiter. *Styli* 3. *Capsula* 1-locularis, tricornis, ore dehiscentis, seminibus ovatis, compressis. *Flos* suavolens.

**GENUS XI. TACCIA**

Char. Gener. *Flos* superus. *Cor.* 6 - petala, fornicata. *Cal.* 6 - phyl-lus. *Bacca* siccā, angulata, 3-locularis. Lin. Jun. suppl. pl. pag. 37.

**Sp. 1. TACCA PINNATIFIDA.** x Cây Nữ. § . . .  
 Differ. spec. *Tac. caule* simplicissimo : *foliis* pinnatifidis : *umbella* terminali.  
 Hab. & notæ. *Caulis* annuus, 3-pedalis, crassus, erectus, teres, scaber, rubescens, simplicissimus. *Folia* magna, expansa, plerumque tria numero, laciniate-pinnata, lacinias acutis, glabris, inaequalibus. *Flos* sub-viridis, pedunculo erecto, terminali, in umbellam floriferem, sub-rotundam diviso. *Calyx* 6-phyllo. *Corolla* 6-petala. *Bacca* infera, sub-ovata, 6-gona, 3-locularis : *semibibus* ovatis. *Stamina* plerumque 12, sub-leffilia.

Habitat frequens in Cochinchinâ cultâ in hortis, & agris: etiam in China.

Lin. Jun. sup. pl. pag. 251. *Tacca sativa*. Rumph. Amb. I. 8. c. 89.  
tab. 112.

Ufusa Radix hujus plantæ est tuber, pugnatum crassum, sub-rotundum, edule. Petioli, & caules diu elixati deponunt acrimoniam, & similiiter cibo apti redditur.

## TETRAGYNIA.

## † GENUS XII. DICHROA.

## Descriptio Naturalis.

*Cal.* Perianthium monophyllum : tubo sub-globoso : limbo brevi, 4 - dentato, patente.

*Cor.* Petala 5, ovato-lanceolata, crassa, patentia, calyce longiora.

*Stam.* Filamenta 15, filiformia, inaequalia, omnia corollâ breviora; Anthere sub-ovatae, planiusculæ, biloculares, stantes.

*Pist.* Germen sub-rotundum, calyce clausum. Styli 4, crassi, filamentis subæquales. Stigmata ovata, emarginata.

*Peric.* Bacca calycina, sub-rotunda, 4-locularis, polysperma.

*Sem.* Multa, sub-rotunda.

*Nom.* ( $\Delta$ is bis, Xæc color) a dupli colore, quo flos hinc, inde distinguitur.

*Char.* Gener. *Cal.* 4-dentatus. *Cor.* petala 5 lanceolata. *Bacca calycina*, 4-locularis, polysperma.

† Sp. 1. DICHROA FEBRIFUGA.  $\alpha$  Cây Thuông Son.  $\beta$  Châm Chân.

Differ. spec. Dic. *foliis lanceolatis*, oppositis: *corymbis terminalibus*.

Hab. & note. *Frutex* arboreus, caule recto, 9 pedes alto: *ramicis* patentibus. *Folia* lanceolata, glabra, sub-ferrata, palmari longitudo, sessilia, oppolita. *Flos* terminalis, *corymbis* racemosis. *Corolla* exterius alba, intus cerulea, sicut etiam stamina.

Habitat loca montana in Cochinchinâ, & Chinâ.

Virtus: foliorum, & radicis. Febrifuga. Febres tertianas, & quartanas pertinaces, ac diuturnas fæciliiter expellit. Solet excitare vomitum, si cruda assumatur: si vero cum vino diu, & lento igne coquatur ad consumptionem liquoris, tunc per sedem tantummodo purgat, & obstructions aperit. Imprimis utuntur indigenæ foliorum decocto, quod adjunctâ Glycyrrhizâ mitius operatur. Senibus, & dehilibus minus tutâ.

## PENTAGYNIA.

## † GENUS XIII. MILTUS.

## Descriptio Naturalis.

Cal. Perianthium inferum, 5 - phylum : foliolis ovatis, concavis, rugosis, coloratis, patentibus, persistentibus.

Cor. Nulla. Nectararium nullum.

Stam. Filamenta 12, fundo calycis affixa, ipso breviora. Antheræ ovatae, didymæ, stantes.

Pist. Germen lób-rotundum, sulcatum. Stylus o. Stigmata 5, linearia, deorsum flexa.

Peric. Capsulae 5, connatæ, ovatae, scabré, 1 - spermia.

Sem. Ovata, nitida.

Nom. (*Miltus* minium) ex colore ruberrimo totius plantæ.

Char. Gener. Cal. 5 - phyllus, inferus. Cor. o. Capf. 5, monosperma.

## † Sp. 1. MILTUS AFRICANA. ♀ . . .

Differ. Spec. Milt. *caule* postrato : *foliis* congestis, oblongis : *floribus* congestis, lateralibus.

Hab. *Caulis* fruticosus, multiplex, tenuis, postratus, glaber, inermis, 4 pedes longus. *Folia* oblonga, integerrima, obtusa, crassa, glabra, minuscula sub-sessilia, opposita, congestaque. *Florum* pedunculi simplices, congesti, laterales. *Caules*, *flores*, *folia* omnia ruberrima.

Habitat in locis aridis insulæ Mozambicci in Africâ.

Observ. Genus hoc, & Glinus. (Lin. sy. pl. G. 666.) haud multum inter se distant.

## POLYGYNIA.

## † GENUS XIV. HECATONIA.

## Descriptio Naturalis.

Cal. Perianthium inferum, 5 - phylum : foliolis ovatis, concavis, coloratis, reflexis.

Cor. Petala 5, ovata, striata, plana, patentia, calyci subæqualia.

Stam.

Stam. Filamenta 18, filiformia, erecta, inaequalia, corollæ breviora, basim receptaculi elongati circumstantia. Antherae ovatae, 2-loculares, stantes.

Pist. Germina lenticularia, 100 circiter, eidem receptaculo in columnam elevato circumposita. Stylus 0. Stigma puncta singula exerta ad apicem singuli germinis.

Pericarp. Nullum.

Sem. Lenticularia, totidem, quot germina, eidem receptaculo cylindraceo affixa.

Nom. (*Hecatōnē centum*) quia centena germina ex quolibet flore producuntur, Hecatonium nominavi.

Char. Gener. *Cal.* 5 - phyllus, inferus. *Petala* 5. Sem. plurima, nuda.

† Sp. 1. HECATONIA PALUSTRIS. *Khao lién.*

Differ. spec. Hec. *foliis* cuneiformibus, glabris : *Germinibus in cylindrum* collectis.

Hab. *Herba* annua : *caule* 1 - pedali, sub-erecto, crasso, tubulato, levi, ramoso. *Folia* 3 - nata, cuneiformia, incisa, glabra, petiolata. *Flos* luteus, parvus : *pedunculis* monofloris, solitariis, sub-terminalibus. *Fruetus* cylindraceus, ex receptaculo seminibus tecto, in longum extenso.

Habitat in locis humidis prope Cantonem Sinarum.

† Sp. 2. HECATONIA PILOSA. *Khao trão.*

Differ. spec. Hec. *foliis* lanceolatis, pilosis : *germinibus in globum* collectis.

Hab. *Caulis* annuus, pilosus, erectus, 8 - polycaris, ramosus. *Folia* 3 - nata, lanceolata, pilosa, ferrata, aliqua bifida. *Flos* luteus, sub-terminalis : *pedunculis* monofloris, solitariis. *Germina*, & *semina* acuminata, in capitulum globosum disposita.

Habitat prope Cantonem Sinarum.

## C L A S S I S X I I .

## I C O S A N D R I A .

## M O N O G Y N I A .

1. CACTUS. *Cal. superus, 1 - phyllus. Cor. multifida. Baccæ 1 - locularis, polysperma.*
2. EUGENIA. *Cal. superus, 4 - partitus. Cor. 4 - petala. Baccæ 1 - sperma.*
3. OPA. *Cal. superus, 5 - fidus. Cor. 5 - petala. Baccæ 1 - sperma.*
4. PSIDIUM. *Cal. superus, 5 - fidus. Cor. 5 - petala. Baccæ 1 - locularis, polysperma.*
5. MYRTUS. *Cal. superus, sub - 5 - fidus. Cor. sub - 5 - petala. Baccæ 2 - 3 - locularis.*
6. PUNICA. *Cal. superus 5 - fidus. Cor. 5 - petala. Pomum 10 - loculare, polypermum.*
7. DRUPATRIS. *Cal. superus, 5 - fidus. Cor. 4 - petala. Drupa : nuce 3 - loculari.*
8. DECADIA. *Cal. inferus, 3 - phylus. Cor. 10 - petala. Drupa : nuce 3 - loculari.*
9. AMYGDALUS. *Cal. inferus, 5 - fidus. Cor. 5 - petala. Drupa : nuce foraminosa.*
10. PRUNUS. *Cal. inferus, 5 - fidus. Cor. 5 - petala. Drupa : nuce integrâ.*
11. PHOBEROS. *Cal. inferus, 10 - fidus. Cor. 0. Baccæ 4 - sperma.*
12. DODECADIA. *Cal. inferus, 12 - fidus. Cor. 12 - fida. Baccæ - locularis, polysperma.*
13. CRATÆGUS. *Cal. superus, 5 - fidus. Cor. 5 - petala. Baccæ 2 - sperma.*

P E N-

## PENTAGYNIA.

14. MESPILUS. *Cal. superus, 5 - fidus. Cor. 5 - petala. Baccæ  
ca 5 - sperma.*
15. PYRUS. *Cal. superus, 5 - fidus. Cor. 5 - petala. Peri-  
mum 5 - loculare, polyspermum.*
16. SPIRÆA. *Cal. inferus, 5 - fidus. Cor. 5 - petala. Capsulae  
plures, congestæ.*

## POLYGYNIA.

17. ROSA. *Cal. 5 - fidus. Cor. 5 - petala. Baccæ car-  
lycina, polysperma.*
18. RUBUS. *Cal. 5 - fidus, inferus. Cor. 5 - petala. Baccæ  
composita.*
19. FRAGARIA. *Cal. 10 - fidus, inferus. Cor. 5 - petala. Receptaculum leminum baccatum.*
20. POTENTILLA. *Cal. 10 - fidus, inferus. Cor. 5 - petala. Semina plurima, mutica.*

## MONOGYNYA.

## GENUS I. CACTUS.

Char. Gener. *Cal.* 1 - phyllus, superus, imbricatus. *Cor.* multiplex.  
*Bacca* 1 - locularis, polysperma. Lin. sy. pl. G. 668.

Sp. 1. CACTUS FICUS INDICA. a Cay Luoi rōng.

Differ. spec. Cac. articulato-prolifer: *articulis* ovato-oblongis: *spinis* setaceis. Lin. sp. 19.

Hab., & note. *Frutex* erectus, 6- pedalis: *caule*, *ramis*, *foliis* nullis, præter articulos folii-formes, aliis similibus impositos, in altum elevatos. *Articuli* 6 - pollicares, oblongo-ovati, compresſi, carnosí, semipollicem crassi, glabri, consti *spinis* duriusculis, confertis. *Flos* flavo-ruber, terminalis, folitarius, sessilis, multus, supremo margini articuli infidens. *Calyx* 1 - phyllus, oblongus, teres, truncatus, carnosus; scaber. *Corolla* petala multa, turbinata, brevia, inæqualia. *Filamenta* numerosa, brevia, calyci inserta. *Bacca* calycina, 2 - polycaris, polysperma.

Habitat in Cochinchinâ. Vidi etiam in Benghalâ, & in aliis Indiae locis.

Thunb. Japon. pag. 198. *Ficus Indica*. Matth. in Diosc. l. 1. c. 145. pag. 235. fig. 3.

## GENUS II. EUGENIA.

Char. Gener. *Cal.* 4 - partitus, superus. *Petala* 4. *Drupa* 1 - sperma; quadrangularis. Lin. sy. pl. G. 671.

Sp. 1. EUGENIA MALACCENSIS. a Dao huong tau. . . . .

Differ. spec. Eug. *foliis* integerrimis: *pedunculis* ramosis Lateralibus. Lin. sp. 1.

Hab., & note. *Arbor* mediocris, *ramis* patentibus. *Folia* ovato-lanceolata, integerrima, obscurè viridia, nitida, opposita, petiolis brevibus. *Flos* pallidus, *pedunculis* polyfloris, lateralibus: *calyx* 4 - partito: *corollâ* 4 - petalâ: *staminibus* Icofandris. *Bacca* subrotunda, sœpius obtusa 4 - gona, aliquando ovata, sesquipollucaris, 1 - sperma, carnofa, penitus dulcis, roſæ odorem spirans, parum succosa: pelliculâ tenui, nitidâ, flavelcente: *semine* plurimque unico, magno, sub-rotundo, molliusculo, nutante, non osse, aut corneo.

Habitat

Habitat culta Malaccæ , Macai Sinarum , & in multis Indiæ locis.  
Jambosa Rosacea. Rumph. Amb. I. I. c. 32. pag. 123. tab. 37.

Jambos Malaccencis , fructu aureo , rofam spirante. Burm. Zeyl. pag.

124.

Uſus. Fructus gustui , odoratui , & viſtui placens , nec minus ſaluber.

Sp. 2. EUGENIA JAMBOS. a Cay Dao Annam.

Differ. ſpec. Eug. foliis integerrimis : pedunculis ramosis , terminalibus. Lin. fp. 2.

Hab. , & nota. Arbor mediocris , ramis patentibus. Folia lanceolata ; integerrima , obſcurè viridia , glabra , oppofita , petiolis brevibus. Flos viridi-luteus , pedunculis ramosis , terminalibus : calyx ſupero , 4 - fidio , laciniis obtuſis , concavis : petalis 4 , concavis , subrotundis : ſtaminitibus Icosandris , longis , rubris. Baccæ pyriformis , 2 - pollicaris , hinc alba , iude rubra , carnoſo-fuccoſa , acriduleis , inodora : ſemine 1 , magno , molliuſculo , sub-rotundo , nutante.

Habitat in Cochinchinâ , & in multis Indiæ locis.

Prunus Malabarica , fructu umbilicato , pyriformi , Jambos dicta. Ray. hift. part. 2. pag. 1478. Jamboſa ſylvetris alb. Rumph. Amb. I. I. c. 35. tab. 39. Sed fructus melius exprimitur tab. 38. f. 4.

Uſus. Baccæ ſapore acido minus placet , quam praecedentis ſpeciei.

Sp. 3. EUGENIA ACUTANGULA. a Cay Tam lang.

Differ. Spec. Eug. foliis crenatis : pedunculis terminalibus : pomis ob-longis , acutangulis. Lin. fp. 6.

Hab. , & nota. Arbor magna , ramis patentibus. Folia lanceolata magna , sub-crenata , glabra , ſparfa , petiolis longis. Flos rubefcens , parvus , ſeſſilis , terminalis : racemis ſimplicibus , longiflaminis , pendulis , ſepe bipedalibus. Calyx campanulatus , ſuperus , 4 - fidus , laciniis sub-rotundis , perſiſtentibus. Petala 4 , parva , sub-rotunda , concava , conniventia. Filamenta numeroſa , filiformia , longiſſima calyci inherentia : antheris sub-rotundis. Germen turbinato-rotundum. Stylus ſubulatus , longior ſtaminitibus. Stigma simplex. Baccæ oblonga , 3 - pollicaris , utrinque ſub-acuta , 4 - gona angulis acutis , exſucca , corticosa , ſub-rugosa , flavo-fulca , 1 - ſperma : ſemine magno , ovato , farinuſculo , glabro.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

Burm. Ind. pag. 114. Butonica Terrestris , rubra. Rumph. Amb. I. 5. c. 30. tab. 115. Ubi notandum nec fructum , nee flores ſatis coherere coni poſtris obſervatis.

Uſus. Semina amariſſima , fi in lixivio calcis , vel cinerum macerentur , amaritatem deponunt : ſicque eſculentia redduntur , indigenis non ingrata , & valde nutrientia.

- † Sp. 4. EUGENIA NERVOSA. *a* Cây Sồi.  
 Differ. Spec. Eug. *foliis* integerrimis : *floribus* congestis , terminalibus : *Baccis* globofis , nervosis .  
 Hab. , & note. *Arbor* magna , ramis patentibus . *Folia* lanceolata , integerrima , glabra . *Flos* albus , pedunculis 1 - floris , congestis , terminalibus . *Cal.* superus , 4 - partitus , magnus : *lacinias* , obtusif. , concavas . *Petala* 4 , sub-rotunda , concava , parva , citò decidua . *Filamenta* linearia , plusquam 100 , calyci inferta , petalis triplo longiora , in capitulum globosum latè expansa : *antheris* parvis , nutantibus . *Stylus* subulatus , longior staminibus : *stigmae* acuto . *Bacca* globosa , 1 - pollicaris , nervosa , glabra , corticosa fusco-rubra , 1 - sperma : *femine* globofo , in multa fructa angulata , sub-equalia facile separabili .  
 Habitat in sylvis Cochinchinæ .

- † Sp. 5. EUGENIA CORTICOSA. *a* Cây T Liam bòi.  
 Differ. Spec. Eug. *foliis* ovatis , acuminatis : *racemis* corymbosif : *filamentis* brevissimis .  
 Hab. , & note. *Arbor* magna : *ramis* patentibus : *cortice* crasso , fiso , sub-aromatico . *Folia* ovata , acuminata , integerrima , glabra , sub-opposita . *Flos* albo-ruber , parvus , multus , sub-terminalis , racemis corymbosif . *Calyx* superus , cyathiformis , sub-truncatus . *Corolla* petala 4 , parva , sub-rotunda , clausa . *Filamenta* 20 , subulata , corollæ breviora , *calyci* propè marginem insidentia : *antheris* sub-rotundis , minimis . *Bacca* minuta , 3 - linearis , sub-turbinata , glabra , nigricans , 1 - sperma : *femine* sub-rotundo , molliusculo . Ergo non Drupa , sicut nec præcedentes .  
 Habitat in sylvis Cochinchinæ .  
 Virtus : corticis . Incidens , Deobstruens , Diaphoretica . Sapor sub-ardens , amarescens .

### GENUS III. OPA.

#### *Descriptio Naturalis.*

- Cal.* Perianthium tubulosum , campanulatum , superum : limbo brevi ; 5 - fido , lacinias rotundatis .  
*Cor.* Petala 5 , sub-rotunda , concava , conniventia , ori tubi calycini inferta , limbo parum longiora , citò decidua .  
*Stam.* Filamenta plurima , capillaria , interiori vertici tubi calycis insisteria corollæ duplo longiora . Antheræ ovatae , 2 - loculares , nutantes .

Pist.

Pist. Germen sub-rotundum. Stylus subularis, aequalis staminibus. Stigma acutum.

Peric. Baccæ sub-rotunda, calycina, truncato-pertusa, 1 - sperma. Sem. Sub-rotundum.

Nom. ( Ὀπὴν foramen ) a foramine baccæ pertusæ.

Char. Gener. Cal. superus, 5 - fidus. Cor. 5 - petala. Baccæ pertusa, 1 - sperma.

† Sp. 1. OPA ODORATA. a Cay N°.

Differ. spec. Op. ramis brachiatis : foliis lanceolatis, oppositis : corymbis terminalibus.

Hab. Arbuscula 5 - pedalis : ramis brachiatis, patentibus. Folia lanceolata, integerrima, nitida, odorata, opposita. Flos albus, corymbis racemosis, terminalibus.

Habitat in dumetis Cochinchinæ.

† Sp. 2. OPA METROSIDEROS. a Cay Boeng Vang.

Differ. spec. Op. foliis ovatis, ferrata, sparsis : racemis sub-terminalibus.

Hab., & notæ. Arbor magna, ramis patentibus. Folia ovata, acuta, inaequaliter serrata, plana, nitida, dura, sparsa, oppositaque. Flos albus, racemis oblongis, subterminalibus. Calyx baccatus, campanulato-patens, 5 - fidus, lacinias acutis, deciduis. Petala 5, ovata, intus pilosa, calyce longiora. Filamenta 20, subulata, corollâ parum longiora, calyci insidentia. Antherae cordatae, nutantes. Germen turbinatum. Stylus bipartitus, pilosus, staminibus aequalis. Stigmata simplicia. Baccæ parva, calycina, sub-rotunda, umbellata, exsfucata, 1 - sperma : semine sub-rotundo.

Habitat in sylvis Cochinchinæ.

Metrosideros vera? Rhumph. Amb. I. c. 6. tab. 7.

Ufus. Lignum iťius arboris est grave, durissimum, constans, fusco-rubrum, optimum ad aedificandum.

#### GENUS IV. PSIDIUM.

Char. Gener. Cal. 5 - fidus, superus. Petala 5. Baccæ 1 - locularis, polysperma. Lin. sy. pl. G. 670.

Sp. 1. PSIDIUM PYRIFERUM. a Cay Ӧi . . .

Differ. spec. Psid. foliis lineatis, obtusifusculis, unifloris. Lin. sp. 1.

Hab., & notæ. Arbor mediocris, trunco, & ramis tortuosis, iťi-

assurgentibus : *corticem* tenui , laevi , albido . *Folia* ovata , prorsus obtusa , integerrima , cotis multis transversalibus , parallelis , glabra , sub-rugosa , opposita , petiolis brevibus . *Flos* albus , axillaris , foliarius , *pedunculis* crassis , brevissimus . *Cal.* baccatus , 5 - fidus . *Corolla* petala 5 , ovata , patentia . *Stamina* plurima , calyci insistitia . *Bacca* 2 - pollicaris , plerumque ovata , aliquando sub-rotunda , raro pyriformis : pellicula exteriore laevi , pallida : intus carnosia , alba , vel rubra : *feminibus* plurimis , nidulantibus .

Habitat in Cochinchinâ , & in Chinâ Australi : culta quidem in maiorem arborem excrescit : sylvatica ubique minor , & incomposita .

Cujavus Domestica . Rumph. Amb. l. 1. c. 41 tab. 47. Guajavos , fructu pallido , dulci . Burm. Zeyl. pag. 112.

Sp. 2. PSIDIUM POMIFERUM.  $\alpha$  Ôi rûng nhô.  $\beta$  . . . .

Differ. spec. Psid. *foliis* lineatis , acuminatis : *pedunculis* 3 - floris .

Lin. sp. 2.

Hab. , & notæ . *Frutex* 4 - pedalis , tortuosus , erectus , lignosus , ramosissimus . *Folia* lanceolata , integerrima , parva , rugosa , scabra , sessilia , opposita , cotis parallelis , obliquis . *Flos* albus , parvus , sparsus , *pedunculis* longiusculis , 1 - 3 - floris . *Calyx* , *corolla* , *stamina* sicut precedentis . *Bacca* pollicaris , vel minor , subglobosa , laevis , pallida , intus alba , vel rubra , 1 - locularis , polysperma .

Habitat in sylvis Cochinchinæ , & Chinæ .

Cujavus Agrestis Rumph. Amb. l. 1. c. 42. t. 48. Pluk. Phyt. tab. 193. fig. 4.

Ufus. Utriusque speciei fructus edules sunt : viles tamen , nec sapore , aut odore admodum grati . Radix , & tenera folia sunt adstringentia , profunque ad cohibendos fluxus ventris , & roborandum stomachum .

$\dagger$  Sp. 3. PSIDIUM CANINUM.  $\beta$  Pf hò.

Differ. spec. Psid. *foliis* sub-serratis , utrinque tomentosis : *pedunculis* polyfloris axillaribus , & terminalibus .

Hab. , & notæ . *Arbustu* 2 - pedalis , ramosissima , diffusa . *Folia* ova ta , sub-acuta , sub-serrata , venosa , utrinque tomentosa , alterna , petiolis brevibus . *Flos* albus , racemulis oblongis , axillaribus , & terminalibus . *Cal.* 5 - fidus , superus . *Cor.* 5 - petala . *Stamina* plurima , calyci insistitia . *Bacca* 3 - linearis , ovata , coronata , monolocularis , polysperma . Dicitur Canina , eo quod ad illam accedentes canes delectantur , & tripudiant , sicut feles ad Valerianam .

Habitat agreste prope Cantonem Sinarum .

Sp. 4.

† Sp. 4. PSIDIUM NIGRUM. a. Cay Nen.

Differ. spec. Psid. foliis leviter ferratis, glabris : pedunculis terminalibus, ramosis.

Hab., & notæ. Arbor mediocris, ramis tortuosis, patentibus. Folia ovato-lanceolata, leviter ferrata, utrinque, glabra, sparsa, nervis, aut costis nullis, obscurè viridia, nitida. Flos albus, pedunculis polyfloris, terminalibus. Baccæ nigra, minima, rotunda, coronata, 1 - locularis, polysperma. Calyx, corolla, stamina generis propria. Semina nidulans.

Habitat in sylvis Cochinchinæ.

† Sp. 5. PSIDIUM RUBRUM. a. Cay Tram.

Differ. spec. Psid. foliis oblongis, integerrimis : floribus sessilibus ; congestis, axillaribus.

Hab., & notæ. Arbor mediocris, ramis patentibus. Folia oblonga, obtusa, integerrima, glabra, opposita, petiolis brevibus. Flos albus, multus, sessilis, congestus, axillaris. Calyx tubulosus, oblongus, 4 - dentatus, superus. Corolla petala, 4, parva, inaequalia. Stamina plurima, calyci insidentia. Baccæ calycina, oblonga, rubra, 1 - locularis, polysperma, coronata, edulis, acridulcis, parva.

Habitat in sylvis Cochinchinæ.

Oblerv. A Psidio ablegandam non judico ; quamvis deficiente 5 parte Calycis, & Corollæ ab illo diffideat.

### GENUS V. MYRTUS.

Char. Gener. Cat. 5 - fidus, superus. Petala 5. Baccæ 2, sive 3 - sperma. Lin. sy. pl. G. 672.

† Sp. 1. MYRTUS CANESCENS. a. Cay Sim nha.

Differ. spec. Myrt. floribus solitariis, sparsis : foliis ovatis, 3 - nerviis, tomentolis : petiolis cauli connatis.

Hab., & notæ. Caulis fruticosus, erectus, 6 - pedalis, multiplex, glaber, albidus, laevis : ramis patentibus. Folia ovata, sub-acuta, integerrima, 3 - nervia subtus tomentosa, incana, opposita : petiolis cauli connatis. Flor purpureascens, solitarius, sparsus : calyx baccato, magno, 5 - fido lacinias rotundatis, patentibus, inaequalibus : involucro 2 - phyllo, minori substrato. Petala 5, sub-rotunda, patentia, calyx longiora. Stamina plurima, calyci inferta, corollæ subaequalia. Baccæ ovata, coronata, tomentosa, purpureo-nigra, 3 - locularis, polysperma : pulpæ succosa, nigrescente, stipite-dulci, esculenta : feminibus minusculis, sub-rotundis, multis.

Habi-

Habitat loca inculta ubique in Cochinchinā.

Arbor foliis rotundis, subtus incanis, trinerviis, flosculis parvis ad foliorum exortum. Herm. Mus. Zeyl. pag. 31. Burm. Zeyl. pag. 29.

<sup>†</sup> Sp. 2. MYRTUS TRIINERVIA. *a Sim rōng lōn.*

Differ. spec. Myrt. *racemis* longis, sub-terminalibus : *foliis* ovatis, acuminatis, 3 - nerviis, glabris.

Hab., & nota. Arbor 12 pedes alta : *ramis* patentibus. *Folia* ovata, acuminata, integerrima, 3 - nervia, utrinque glabra, petiolata, opposita. *Flos* albus, sub-terminalis, racemis longis. *Calyx* bacatus, 4 - fidus. *Corolla* 4 - petala. *Stamina* plurima, calyci insidentia. *Bacca* sub-rotunda, coronata, fusca, glabra, 1 - locularis, polysperma, *seminibus* paucis, inaequalibus, angulatis.

Habitat dumeta Cochinchinæ.

Virtus : corticis, foliorum, fructuum. Exficans, Astringens. Convenit in fluxibus immodicis ventris, uteri, &c. Decoctum baccarum cum gummi Lacca valde prodeft in ulceribus, & laxitate gengivarum. Cortex, & folia sunt etiam vulneraria. Baccæ sunt edules, & vix semipolicem diametro æquant.

Sp. 3. MYRTUS ZEYLANICA ? *Sim rōng nbo.*

Differ. spec. Myrt. *pedunculis* multifloris : *foliis* ovatis, sub-petiolatis. Lin. sp. 10.

Hab., & nota. *Arbuscula* 6 - pedalis : *ramis* patentibus. *Folia* ovata, sub-acuminata, sub-ferrata, glabra, alterna, petiolis brevibus. *Flos* albus, *pedunculis* polyfloris, sub-terminalibus : *calyce* baccato, albo, 4 - fido : *corellâ* 4 - petalâ. *Stamina* capillaria, 100 circiter, calyci insidentia. *Bacca* candida, parva, sub-rotunda, 1 - locularis, polysperma. *Semina* 8 circiter.

Habitat in dumetis Cochinchinæ.

Myrtus Zeylanica fructu niveo, molli, aromatico, dulci, odore citri. Herm. Mus. Zeyl. pag. 65. Burm. Ind. pag. 115.

Sp. 4. MYRTUS ANDROSÆMOIDES. *a Cây mào hột.*

Differ. spec. Myrt. *pedunculis* 3 - fido-multifloris : *foliis* sub-ovalibus, sessilibus. Lin. sp. 11.

Hab., & nota. *Arbuscula* 5 - pedalis, ramosissima. *Folia* sub-ovalia, sessilia, opposta, glabra, enervia, integerrima. *Flos* terminalis, albo-ruber, *pedunculis* divisus, multifloris. *Calyx* 5 - dentatus, bacatus. *Petala* 5. *Stamina* multa, calyci inhærentia. *Bacca* carnosa, sub-rotunda, fusco-rubra, parva, polysperma.

Habitat in dumetis Cochinchinæ.

Arbor foliis Ardrosæmi latioribus, plurimas baccas in summitate ramu-

† Sp. 5. MYRTUS CHINENSIS. *in Fan quí xiong.*  
 Differ. spec. *Myrt. pedunculis multifloris* : *foliis ovato-lanceolatis* ;  
*ferratis*, *pilosis*.  
 Hab., & nota. *Frutex* erectus, *sesquipedalis* : *ramis paucif.*, *ascen-*  
*dentibus*. *Folia* ovato-lanceolata, *serraturis brevibus*, *acutissimis*,  
*pilosa*, *alterna*, *sub-sessilia*. *Flor* albus, *sub-terminalis*, *pedunculis*,  
*multi-floris*. *Cal.* *baccatus*, *5 - fidus*, *lacinias acutis*, *patentibus*.  
*Corolla* *5 - partita*, *lacinias ovatis*, *concavis*, *in tubum brevissi-*  
*mum* *basi unitis*. *Filamenta* *30* *circiter*, *filiformia*, *corollæ*, *aqua-*  
*lia*, *tubo illius* *inherentia* : *antheris* *sub-rotundis*. *Germen* *sub-ro-*  
*tundum*. *Stylus* *filiformis*, *æqualis staminibus*. *Stigma* *crassiflu-*  
*lum*. *Bacca* *sub-rotunda*, *coronata*, *2 - locularis*, *polysperma* : *se-*  
*minibus* *ovatis*, *paucae*.

Habitat inulta prope Cantonem Sinarum.

Observ. Impreas hujus generis existimo plantas, quarum baccae  
 sunt *1 - loculares*; etenim si *Myrtus* *plures loculos non habeat*,  
 quo alio charactere satis distinguetur a *Psidio*? Illas tamen reti-  
 nui aliorum vota expectans.

### GENUS VI. PUNICA.

Char. Gener. *Cal. 5 - fidus*, *superus*. *Petala 5*. *Pomum multilecula-*  
*re*, *polyspermum*. Lin. sy. pl. G. 673.

Sp. 1. PUNICA GRANATUM. *in Gay thach leu*, *& Hán Xé lién*.

Difler. spec. Pun. *foliis lanceolatis* : *caule* *arboreo*. Lin. sp. 1.

Hab., & nota. *Arbor* *infra mediocrem*, *trunko scabro*, *crus crasso* :  
*ramis longis*, *debilibus*, *sæpe reclinatis*. *Folia* *lanceolata*, *integer-*  
*rima*, *undulata*, *pallido-viridia*, *nitida*, *glabra*, *opposita*, *parva* :  
*petiolas* *brevibus*. *Flor* *pulchrè coccineus*, *solitarius*, *pedunculis*  
*brevibus*, *raro bifloris*. *Calyx* *carnosus*, *coloratus*, *5 - fidus*, *laci-*  
*nias acutis*, *erectis*. *Corolla* *5 - petala*, *supera*, *sub-erecta*. *Stami-*  
*na* *multa brevia*, *calyci insidentia*. *Stylus* *1*, *brevis*. *Pomum* *sub-*  
*rotundum*, *magnum*, *sepius 9 - loculare* : *acinis numerosis*, *rubris*,  
*angulatis*, *aquoisis*, *dulcibus*, *efluentis*, *1 - perennis* : *cortice crasso*,  
*rubefcente*, *calyce persistente coronatum*.

Habitat, & colitur in Chinâ, & Cochinchinâ.

Thunb. Jap. pag. 199. *Malum Granatum*. Rumph. Amb. I. 2. c. 33. tab.  
 24. fig. 1.

Virtus : *corticis Adstringens*. *Pulpa acinorum Refrigerans*, *Diure-*  
*tica*.

Sp. 2. PUNICA NANA. « Luu Chua thap.

Differ. spec. Pun. *foliis* linearibus: *caule* fruticoso. Lin. sp. 2.

Hab., & notæ. *Caulis* fruticosus, cespitosus, erectus, 3 pedes altus: *ramis* plurimis ascendentibus: aculeis multis, longis, rectis, solitariis, sparsis. *Folia* lanceolato-linearia, integerima, minuta, glabra. *Flos* coccineus. *Pomum* 1-pollicare, sub-rotundum, acidum, pallidum, vix in alio a Granato differens præter parvitatem, & saporem.

Habitat culta in hortis Cochinchinæ: nec diligentí cultura amplius crescit. Ibi etiam invenitur varietas flore albo, & alia flore luxurianti, coccineo, quæ ambæ Granato cedunt magnitudine, Nanam superant.

Punica Americana nana, sive humillima. Tournef. Inst. pag. 636. Aul. Guian. pag. 513.

### † G E N U S VII. D R U P A T R I S.

#### *Descriptio Naturalis.*

Cal. Perianthium campanulatum, superum, limbo 5-fido, laciinis acutis.

Cor. Petala 4, sub-rotunda, concava, patentia, calyce sub-longiora. Stam. Filamenta ultra 20, crassa, corollâ breviora, calyci insidentia. Anthereæ 2-lobæ, sub-rotundæ, stantes.

Pist. Germen sub-rotundum. Stylus crassus, staminibus æqualis. Stigma crassissimum.

Peric. Drupa ovalis, lœvis, exsucca.

Sem. Nux 3-locularis.

Nom. Druparis, quasi drupa ternaria, quæ tres nucleos continet.

Char. Gener. Cal. 5-fidus, superus. Cor. 4-petala. Drupa nuce 3-loculari.

† Sp. 1. DRUPATRIS COCHINCHINENSIS. « Cay Deung.

Differ. spec. Drup. *foliis* oblongis, ferratis: *spicis* sub-terminalibus. Hab. Arbor magna, *ramis* ascendentibus, paucis. *Folia* ovato-oblonga, acuminata, ferrata, glabra, magna, alterna. *Flos* albus, parvus, *spicis* oblongis, multis, sub-terminalibus. *Drupa* mediocris, non edulis.

Habitat in altis sylvis Cochinchinæ.

## † GENUS VIII. DECADIA.

## Descriptio Naturalis.

Cal. Perianthium 3 - phylum, persistens: foliolis sub-rotundis, pilosis, carinatis, patentibus, inequalibus.

Cor. Petala 10, sub-ovata, sub-ferrata, erecta, calyce longiora, exteriora maiora.

Stam. Filamenta 30 circiter, petalis subæqualia, illorum basi inservientia. Antheræ 2 - lobæ, sub-rotundæ, stantes.

Pist. Germen sub-rotundum, superum. Stylus filiformis, æqualis statim minibus. Stigma crassifuscum.

Peric. Drupa ovata, rugosa, parva.

Sem. Nux ovata, 3 - locularis.

Nom. Decadiam vocavi ob decadem petalorum, ex quibus constat.

Char. Gener. Cal. 3 - phyllus, inferus. Cor. 10 - petala. Drupa nuce 3 - loculari.

Sp. 1. DECADIA ALUMINOSA. a. Cey Deung fe.

Differ. spec. Dec. foliis lanceolatis, ferratis: racemis sub-simplicibus, subterminalibus.

Hab. Arbor mediocris: cortice levi: ramis patentibus. Folia lanceolata, ferrata, alterna, petiolata, glabra, latè virentia. Flos albus, minutus, racemis sub-simplicibus, parvis, sub-terminalibus.

Habitat in sylvis Cochinchinæ.

Arbor Aluminosa. Rumph. Amb. l. 5. c. 15. tab. 100. Arbor Bobu dicta. Burm. Zeyl. p. 26.

Ufus. Cortex, & præcipue folia, etiam exsiccata, magni usus sunt infectoribus indigenis in tingendis telis, quarum colores decocto illorum nitide exaltantur, & firmantur. Vide citatum Rumph. pag. 160.

## GENUS IX. AMYGDALUS.

Char. Gener. Cal. 5 - fidus inferus. Petala 5. Drupa nuce poris perforata. Lin. sy. pl. G. 674.

† Sp. 1. AMYGDALUS PERSICA. a. Tao ho gín. a. Cey daò nhon.

Differ. spec. Am. ferraturis omnibus acutis: floribus sessilibus, solitariis. Lin. sp. 1.

Hab., & note. Arbor parva, ramis patentibus. Folia lanceolata, alterna, glabra, ferrata, ferraturis brevibus, acutis, æqualibus. Flos

Rr ii

sessilis,

fessilis, solitarius, campanulatus, coloris rosei diluti : *calyx* 5-fido, infero : *corolla* 5-petalæ, patente : *staminibus* Icosandris. *Drupa* sub-rotunda, acuminata, fulco longitudinali, carnosa, lanuginosa, pallida, acido-dulcis. In Chinâ Australi, & Cochinchinâ magnitudine vix bipanicari, nec ita sapida, ut in Lusitanâ.

Habitat culta in hortis Sinensis, unde in Cochinchinam translata. Thunb. Japon. pag. 199. Persica molli carne, & vulgaris. Bauh. Pin. pag. 440. n. 1.

Virtus : nucleorum. Resolvens. Emmenagogue, Eccoprotica.

Sp. 2. AMYGDALUS COMMUNIS.  $\alpha$  Hìn bò gìn.  $\alpha$  Hòh nhòn.

Differ. spec. Am. *foliorum* ferraturis infimis glandulosis : *floribus* sessilibus, geminis. Lin. sp. 2.  
Hab., & note. Arbor mediooris, *ramis* sub-patentibus. *Folia* ova-ta, acuta, sub-ferrata, glabra, petiolata, sparsa. *Flos* albus, lateralis, fessilis, 2-natus : *calyx* campanulato, 5-fido : *corolla* 5-petalæ, patente : *staminibus* Icosandris, corolla brevioribus. *Drupa* ovata, coriacea : nuce foraminosa, 1-loculari : nucleo oblongo, acuto, eduli, dulci : in aliis amaro.

Habitat, & colitur affatim in Chinâ, tam dulcis, quam amara. In Cochinchinâ puto, quod non sit : mihi certè non occurrit.

Amygdalus sativa. Tournef. Inst. pag. 627. tab. 402. Bauh. Pin. pag. 441. n. 1.

Virt. nucleorum amarorum. Anodyna, Eccoprotica, Diuretica, Emmenagogue. Profunt in Hydrope, Tufi, alvi, & mensium difficultate. Nuclei leviter rostis utuntur Medici indigenæ in decoctis, etiam in pilulis. Nuclei dulces lenius operantur, & melius sapiant.

Sp. 3. AMYGDALUS PUMILA.  $\alpha$  Dò hoa houng.

Differ. spec. Am. *foliis* venoso-rugosis. Lin. sp. 3.  
Hab., & note. Arbuscula 5-pedalis, *ramis* patentibus, glabris, fuso-rubentibus. *Folia* lanceolata, ferrata, venosa, petiolata, alterna. *Flos* rubro-purpureus, maiusculus, lateraris, sub-solitarius. *Calyx* campanulatus, 5-fidus, laciniis rotundatis, ciliatis. *Corolla* plena, petala 20 circiter, expanfa, obtusa. *Fruetus* Perfico minor, formâ similis, sapore acidus.

Habitat in Cochinchinâ, non frequens, coliturque ob floris pulchritudinem. Existimo a Sinensis huc translatam.

Perfica Africana, nana, flore incarnato pleno. Tournef. Inst. pag. 625.

Perfica Nana, flore carneo, pleno. Pluk. tab. 11. fig. 3.

$\dagger$  Sp. 4. AMYGDALUS COCHINCHINENSIS.  $\alpha$  Cây Giang cuóc.

Differ. spec. Am. *foliis* ovatis integerrimis : *racemis* parvis sub-terminalibus. Hab.,

Hab., & notæ. *Arbor magna, ramis patentibus. Folia ovata, acuminata, integerrima, undulata nitida, alterna. Flos albus, racemis parvis, sub-terminalibus. Calyx inferus, campanulatus, 5-fidus, lacinia ovatis, reflexis. Corolla petala 5, sub-rotunda, concava, patentia, calyce longiora. Filamenta 30 circiter, subulata, calyci inserta, corollæ duplo longiora. Antheræ sub-rotundæ, minimæ. Germen ovatum. Stylus filiformis, æqualis staminibus. Stigma planiusculum, sebare. Pericarpium drupa semipollicaris, ovato-ventricosa, apice acuta, fusca: nuce reticulato-foraminosa: nucleo simplici, formâ, & odore Amygdali Communis simili.*  
Habitat in vastis sylvis Cochinchinæ.

## GENUS X. PRUNUS.

Char. Gener. *Cal. 5-fidus, inferus. Petala 5. Drupa nux futuris prominulis. Lin. sp. pl. G. 675.*

Sp. 1. PRUNUS DOMESTICA. *β. Mæi Xu. α. Cây Môi.*

Differ. spec. *Prun. pedunculis sub-folitariis: foliis lanceolato-ovatis; convolutis: ramis muticis. Lin. sp. 12.*

Hab., & notæ. *Arbor mediocris, ramis patentibus, intermis. Folia lanceolato-ovata, sub-ferrata, glabra, Iparia, petiolis brevibus. Flos albus, lateralis, mutitus, pedunculis brevibus, congestis. Calyx 5-fido, staminifero: petalis 5, obtusis. Drupa sub-rotunda, nigricans, vel pallida, 1-pollicaris, plerumque acida, 1-sperma. Habitat in plerisque Sinarum provinciis: inde in Cochinchinam de-lata, ubi raro fructificat.*

Tumb. Jap. pag. 403. *Pruna magna, crassa sub-acida. Bauli. Pin. pag. 443.*

Obliv. Ex diversitate loci multas patitur varietates.

## † GENUS XI. PHOBEROS.

## Descriptio Naturalis.

Cal. Perianthium inferum 10-fidum, persistens: lacinia ovatis, concavis, 5 alternis duplo maioribus, omnibus patentibus, similibus. Cor. Nulla.

Stam. Filamenta 100 fere, capillaria, basi calycis insidentia, ipso longiora. Antheræ sub-ovatae, minimæ.

Pist. Germen sub-rotundum. Stylus crassus, æqualis staminibus. Stigma crassiusculum.

Peric. Baccæ ovata, carnoæ, levæ, 1-locularis, sub-quadrisperma.

Sem.

Sem. Sub-ovata.

Nom. (*Phoberos* formidabilis) ob caulem magnis aculeis horridum.

Char. Gener. *Cal.* 10-fidus, inferus. *Cor.* o. *Bacca* 1-locularis, sub-4-sperma.

† Sp. 1. PHOBEROS COCHINCHINENSIS. a. Cay Gai bon.

Differ. Spec. Phob. *caule* toto aculeato: *pedunculis* terminalibus.

Hab. *Frutex* 10-pedalis, lignosus, erectus, totus aculeatus: *aculeis* longis, rectis, subulatis, solitariis, axillaribus. *Folia* ovata, sub-serrata, plana, dura, glabra, alterna. *Flos* albus, pedunculus polyfloris, terminalibus.

Habitat in Cochinchinā, ubi, connexis ejus ramis, fiunt sepes, cui-libet animali horribiles, & imperviae.

† Sp. 2. PHOBEROS CHINENSIS. b. Cō tū.

Differ. spec. Phob. *ramis* inferioribus aculeatis, sterilibus: superioribus inermibus, floriferis.

Hab., & note. *Frutex* erectus, lignosus, 8-pedalis: *ramis* expan-sis, inferioribus aculeatis, aculeis longis, rectis, sub-solitariis, su-perioribus inermibus. *Folia* sparsa, oppositaque, ovata, integerri-ma, plana, glabra, petiolata. *Flos* pallidus, pedunculus polyfloris, lateralibus, ramis superioribus inherens. *Pericarpium Bacca* carno-sa, parva, ovata, leminibus paucis, unico loculo. *Calyx*, *corolla*, *ramina* ut in primā specie.

Habitat in Chinā, ubi ex eā similiter ordinantur sepes.

Oxyantha Javanica. Rumph. Auct. cap. 44 tab. 19. fig. 3.

## † GENUS XII. DODECADIA.

### Descriptio Naturalis.

*Cal.* Perianthium inferum, patulum, 12-fidum: lacinias obtusis, bre-vissimis.

*Cor.* Monopetala, campanulata: tubo crasso, brevi: limbo 12-fido: lacinias acutis, pilosis, calycem superantibus.

*Stam.* Filamenta 30, filiformia, tubo corollæ insistentia, limbo lon-giora. Anthereæ sub-rotundæ.

*Pist.* Germen ovatum. Stylus subulatus, longior staminibus. Stigma. simplex.

*Peric.* Bacca ovata, parva, polysperma.

Nom.

Nom. (Δωδεκά\_ duodecim : ἀνθος flos) ex duodecim partibus corollae, & calycis, e quibus flos constat.

Char. Gener. *Cal.* 12 - fidus, inferus. *Cor.* 12 - fida, campanulata. *Bacca.*

† Sp. 1. DODECADIA AGRESTIS. a Gai Chon dāng.

Differ. spec. Dod. *foliis lanceolatis*, *integerimis*, *alternis*: *floribus racemosis*, *axillaribus*.

Hab. *Arbor magna*, *ramis patentibus*. *Folia ovato-lanceolata*, *integerrima*, *glabra*, *alterna*. *Flos parvus*, *albicans*, *racemis simplicibus*, *axillaribus*. *Baccam maturam non vidi*; ideo certò de cernere non potui circa semina, & loculos.

Habitat in sylvis Cochinchinæ.

## D I G Y N I A.

### G E N U S XIII. CRATÆGUS.

Char. Gener. *Cal.* 5 - fidus. *Petala 5*. *Bacca infera*, *disperma*. Lin. G. 678.

Sp. 1. CRATÆGUS INDICA. a Gai Bong Vang thi.

Differ. spec. Crat. *foliis lanceolatis*, *ferratis*: *caule inermi*: *corymbis squamosis*. Lin. sp. 7.

Hab., & note. *Arbor magna*, *inermis*, *ramis patentibus*. *Folia lanceolata*, *inæqualiter ferrata*, *glabra*, *alterna*. *Flos albus corymbis racemosis*, *squamofis*, *terminalibus*. *Calyx superus*, *5-fidus*, *infuscatus truncatus*. *Corolla petala 5*, *sub-rotunda*, *patentia*. *Stamina* Icosandra. *Styli 2*. *Bacca calycina sub-rotunda*, *umbilicata*, *carnosa*, *1-locularis*, *edulis*. *Semina 2-4*, *oblonga*.

Habitat in sylvis Cochinchinæ.

Burm. Ind. pag. 117.

Ufus. Lignum arboris rubescens, grave, & tenax apertissimum est ad formandos remos, vel quoslibet palos, qui impulsi, vel pondere gravati aliquantulum cedunt, nec franguntur.

† Sp. 2. CRATÆGUS BIBAS. a Pi pí xú. a Ti ba diép.

Differ. spec. Crat. *Inermis*, *foliis lanceolatis*, *ferratis*, *tomentosis*: *racemis terminalibus*, *hispidis*.

Hab., & note. *Arbor mediocris*, *inermis*: *ramis patentibus*. *Folia lanceolata*, *inæqualiter ferrata*, *tomentosa*, *sparsa*, *petiolis brevibus*.

bus. *Flos* albus, *racemis* hispidis, magnis, terminalibus. *Calyx* 5-fidus baccatus. *Corolla* 5-petala, patens. *Stamina* Icosandra. *Styli* 2. *Bacca* mediocris, pyriformis, flava, lanuginea, acido-dulcis, succosa, edulis, 1-locularis, 2, 3-sperma: cortice tenui, pulpa albâ.

Habitat abunde culta Macai, & Cantone Sinarum. Ex nomine Sinico Pi-pa corruptè vocantur Bibas ab Europæis.

Arbor sinicè dicta Pi-pa. Pluk. Annalh. pag. 26. tab. 371. fig. 2.

Virtus: foliorum. Refrigerans, Stomachica, Pulmonica. Sitim, & vomitum cohident: faucium, & oris ulceræ sanant.

† Sp. 3. CRATÆGUS RUBRA. s. Uly no.

Differ. spec. Crat. *Inermis* foliis cuneiformi-ovatis, crenatis, glabris, ad apicem ramorum congeftis: *racemis* terminalibus, laevibus.

Hab., & notæ. Arbor magna: *ramis* patentibus, inermibus. *Folia* apice ovata, basi attenuata, crenata, glabra, alterna, ad ramorum apicem fasciculata. *Flos* sub-terminalis, *racemis* compofitis, brevibus. *Calyx* campanulatus, 5-fidus, pilosus, ruber: lacinias subulatis, longis, expansis, in senectute deciduis. *Corolla* petala 5, ovata, patentia, calycis fauci inferta. *Vilamenta* 20, capillaria, inæqualia, calyci infinita, corollâ breviora: *antheres* sub-rotundis. *Germen* sub-rotundum infra receptaculum. *Styli* 2, filiformes, æquales staminibus. *Stigmata* crassifuscula. *Pocea* calycina, sub-rotunda, rubra, edulis, 2-locularis, 2-sperma: seminibus sub-ovatis.

Habitat agrestis prope Cantonem Sinarum.

Observ. Crat. Crus galli, & Crat. Tomentosa (Lin. sy. pl. sp. 5, & 6.) cum hâc nostrâ affinitatem habent: sed præter alias differentias ambe illæ sunt aculeatæ, nostra inermis.

## PENTAGYNA.

### GENUS XIV. MESPILUS.

Char. Gener. *Cal.* 5-fidus. *Petala* 5. *Bacca* infera, 5-sperma. Lin. sy. pl. G. 681.

Sp. 1. MESPILUS PYRACANTHA. s. Tân Kieu thù: Xán châ. n. Son tra: Dang Kieu thù.

Differ. spec. Mesp. *spinosa*: *foliis* lanceolato-ovatis, crenatis: *calycibus* fructus obtusis. Lin. sp. 2.

Hab.,

Hab., & nota. *Arbor* parva, caule *spinoso*, 6-pedali : *ramis* patentibus : *aculeis* brevibus, rectis, sparsis. *Folia* lanceolato-ovata, sub-crenata, glabra, sparsa, petiolata. *Flos* albus, pedunculis longis, 1-floris, polynatis, terminalibus. *Calyx* baccatus, 5-fidus, laciniis acutis. *Corolla* 5-petala. *Stamina* Icosandra. *Styli* 5. *Bacca* rubro-fusca, 1-pollicaris, sub-rotunda, obtuse 5-gona, 1-loocularis, 5-sperma : *seminibus* offeis, sub-reniformibus. *Fruetus* interius sub-flavus, carnosus, acridulcis, sapidus, saluber. Habitat in Chinâ tam agrestis, quam culta.

*Mespilus oxyantha*. Plak. Amalth. pag. 216. tab. 453. fig. 3. *Oxyantha* Dioscoridis pyrifolio. Bauh. Pin. pag. 454 n. 9.

Virt. : fructus maturi. Sub-astringens, stomachica. Frequens illorum est usus apud indigenas in Anorexiâ, Dysenteria, & Tenesmo phlegmaticis ; & in purgatione lochiorum nimiâ, ac dolorificâ.

### G E N U S XV. PYRUS.

Char. Gener. *Cal.* 5-fidus. *Petala* 5. *Pomum* inferum, 5-loculare ; polyspermum. Lin. sy. pl. G. 682.

Sp. 1. PYRUS COMMUNIS. à Ly : Ti. à Cay Lé tau.

Differ. spec. Pyr. *foliis* levibus, ferratis : *floribus* corymbosis. Lin. sp. 1.

Hab., & nota. *Arbor* mediocris, *ramis* patentibus. *Folia* ovata, acuminata, sub-integerrima, glabra, sparsa, petiolata. *Flos* albus, corymbis brevibus terminalibus. *Poma* sub-rotunda, fusco-rufa, vel pallida, carnoâ, dura, acerba.

Habitat frequens in hortis Cantonensisibus : in provinciis Sinensis Borealis succosiora, & sapidiora sunt pyra, non tamen Europæorum æmula. In Cochinchinâ rara est haec arbor in hortis magnatum, nec ibi unquam vidi fructificantem.

Thunb. Jap. pag. 207. *Pyrus Sativa*. Bauh. Pin. pag. 439. n. 1.

Sp. 2. PYRUS MALUS. à Pim pô. à Cay Binh ba.

Differ. spec. Pyr. *foliis* ferratis : *umbellis* sessilibus. Lin. sp. 3.

Hab., & nota. *Arbor* mediocris, *ramis* expansis. *Folia* lato-lanceolata, sub-integerrima, glabra, sparsa, petiolata. *Flos* albus, umbellis sessilibus, terminalibus. *Poma* sub-globosa, vel sphæroidea, basi, & apice concava, lœvia, nitida, hinc alba, inde lærè rubra, edulia, sub-acida, parum succosa : aspectu jucundiora, quam gultu.

Habitat in locis Borealis imperii Sinensis.

*Pyrus foliis ferratis* : pomis basi concavis. Hort. Cliff. pag. 198. Ma-

la sylvestria, quæ, & alba, & rubra. Bauh. Pin. pag. 433. n. 7.

Sp. 3. PYRUS CYDONIA. A. Mū q̄ia: Mim Xū. α. Moue qua.

Differ. spec. Pyr. foliis integerrimis: floribus solitariis. Lin. sp. 6.

Hab., & note. Arbor mediocris, ramis patentibus: interdum aculeis rectis, sparsis. Folia lato-lanceolata, integerrima, sparsa, subtus tomentosa. Flos rubescens, pedunculis 1-floris, solitariis, sparsis. Pometum ovatum, apice, & basi umbilicatum, semipedale, luteum, lanuginosum, odoratissimum, acerbum, vix succosum, durissimum, 5-loculare: semenibus multis, conglutinatis. Fructus odore gravior, quam in Europâ, sed vix edulis ab duritiem.

Habitat in Chinâ versus Septentrionem: Cantone raro.

Thunb. Japon. pag. 208. Umbars, vulgo Marmeer. Kämpf. Am. exot. pag. 800.

Virtus: fructuum. Astringens, Roborans. Prodest in fluxu ventris, & vomitu: in debilitate nervorum: manuum, & pedum doloribus: fitim allevat: in hydrope utilis.

### GENUS XVI. SPIRAEA.

Char. Gener. Cal. 5-fidus. Petala 5. Capsulae polyspermæ. Lin. sy. pl. G. 686.

† Sp. 1. SPIRAEA CANTONIENSIS. A. Tū chōuc hōa.

Differ. spec. Spir. foliis lanceolatis, apice incisis: umbellis pedunculatis, terminalibus.

Hab., & note. Caulis fruticosus, 4-pedalis, erectus, multiplex: ramis ascendentibus. Folia lanceolata, ad apicem ferrato-incisa, ad basim integerrima, alterna, petiolata. Flos albissimus, umbellis simplicibus, convexis, pedunculatis, terminalibus. Calyx 5-partitus, patens. Corolla petala 5, plana. Stamina 20, capillaria, calyci inserta. Styli 5. Capsulae 5, minimæ, polyspermæ.

Habitat Cantone Sinarum.

Observ. Spiraea Chamædrifolia, (Lin. sp. 5.) & spiraea Incisa (Thunb. Jap. pag. 213.) non longè a Cantonensi recedunt.

### POLYGINIA.

#### GENUS XVII. ROSA.

Char. Gener. Petala 5. Cal. urceolatus, 5-fidus, carnosus, collo coarctatus. Sem. plurima, hispida, calycis interiori lateri affixa. Lin. sy. pl. G. 687.

Sp. 1,

n. 7.  
p. 6.  
n acu-  
, sub-  
tariis,  
edale,  
n, du-  
ructus  
n.  
. exot.  
is, &  
ribus :  
in. fy.  
edun-  
plex :  
, ad  
bellis  
parti-  
, ca-  
hunb.  
collo  
affixa.  
o. I.,

**Sp. 1. ROSA CINNAMOMEA.** a Hoa Khoa. g Mùi hõa.  
Differ. spec. Ros. *germinibus globosis*: *pedunculis glabris*: *caule* aculeatis stipularibus: *petiolis* sub-inermibus. Lin. sp. 3.  
Hab., & notæ. *Caulis* fruticosus, cespitosus, 3-pedalis, ramosus; aculeatus: petiolis etiam aculeatis. *Flos* ruberrimus, simplex, 5-petalus: *germinibus globosis*: *pedunculis inermibus*: odore vix usio. Habitat ubique culta in Cochinchinâ, & Chinâ.  
Rosa odore Cinnamomi, simplex. Bauh. Pin. pag. 483. n. 7.

**Sp. 2. ROSA SPINOSISSIMA.** a Hoa hoàng lợt. g . . .  
Differ. spec. Ros. *germinibus globofisis*, glabris: *pedunculis hispidis*: *caule*, petiolisque aculeatissimis. Lin. sp. 6.  
Hab., & notæ. *Caulis* fruticosus, 6-pedatis, sub-scandens, aculeatissimus. *Flos* rubescens, inodorus: *corolla* simplici, 5-petalâ: *germinibus sub-globosis*, glabris: *petiolis*, & *pedunculis aculeatis*. Habitat ubique in Cochinchinâ. Puto eandem esse Rosam Sinicam. Lin. sp. 9.

**Sp. 3. ROSA CENTIFOLIA.** a Hoa hoàng tàu. g Tí Mèi hõa.  
Differ. spec. Ros. *germinibus ovatis*, *pedunculis que hispidis*: *caule* hispido-aculeato: *petiolis* inermibus. Lin. sp. 11.  
Hab., & notæ. *Caulis* 2-pedalis, fruticosus, erectus, hispido-aculeatus. *Petoli* inermes. *Flos* magnus, plenus, dilatè ruber, odoratissimus: *germinibus ovatis*: *pedunculis hispidis*.  
Habitat in Chinâ: agèr colitur in Cochinchinâ.  
Rosa multiplex media. Bauh. Pin. pag. 482. R. *Centifolia* Batavica. Clus. hist. 1. pag. 114.

**Sp. 4. ROSA INDICA.** a Hoa hoàng cong gai. g Tí ìm hõa.  
Differ. spec. Ros. *germinibus ovatis*, *pedunculis que glabris*: *caule* sub-imermis: *petiolis* aculeatis. Lin. sp. 15.  
Hab. *Caulis* fruticosus, sub-imermis, 8-pedalis, sub-scandens. *Flos* ruber, sub-plenus, inodorus: *germinibus ovatis*, *pedunculis glabris*. *Petoli* aculeati. Sæpe tota planta imermis.  
Habitat in Cochinchinâ, & Chinâ communissima.  
Burm. Ind. pag. 117.

**Sp. 5. ROSA ALBA.** a Kin ỳm. a Kim anh tú: Hoa Hount tiêng.  
Differ. spec. Ros. *germinibus ovatis*, glabris: *pedunculis hispidis*: *caule*, *petiolis* que aculeatis. Lin. sp. 17.  
Hab., & notæ. *Caulis* fruticosus, longus, scandens, ramosus: *aculeis* multis, recurvis, sparsis. *Folia* pinnata 1-2-juga; cum impari, fo-

liolis lato-lanceolatis, ciliatis: petiolis aculeatis. Germina ob-longo-ovata, glabra: pedunculis hispidis. Flos pallidus, 5-petalus, inodorus: pedunculis terminalibus, polyfloris.

Habitat in Chinâ, & Cochinchinâ.

Rosa Alba, vulgaris maior. Bauh. Pin. pag. 482. n. 9.

† S. 6. ROSA NANKINENSIS. a Hoa huung tieo. a Tsià Môi hòa.  
Differ. spec. Ros. germinibus ovatis, glabris: caule multiplici, ramosissimo, aculeato, tortuoso, brevissimo: pedunculis hispidis.

Hab., & notæ. Caulis fruticosus, lignosus, 6-pollicaris, crassus, multiplex, ramosissimus, totus aculeatus. Folia impari-pinnata, 3-juga: petiolis aculeatis: foliolis ovato-oblongis, acuminatis, ciliato-ferratis, planis, sessilibus. Flos pallidè ruber, parvus, plenus: petalis ovato-oblongis, sub-acuminatis, planis: pedunculis hispidis. Germina ovata, calycina, glabra: calycis laciniis 5, partim aculeatis, partim sudis.

Habitat Cantone Sizarum, & alibi, a Nankino oriunda. Affinitatem habet cum Rosa Pumila. Lin. Jun. suppl. pl. pag. 262. Ait in Nankinensi fructus nec magnus, nec pyriformis: caulis vero aculeatus totus.

### GENUS XVIII. RUBUS.

Char. Gener. Cal. 5-fidus. Petala 5. Bacca composita acinis monopermis. Lin. sy. pl. G. 688.

Sp. 1. RUBUS MOLUCCANUS. a Cây Ngei thòn lá.

Differ. spec. Rub. foliis simplicibus, cordatis, sub-lobatis: caule aculeato, decumbente. Lin. sp. 10.

Hab., & notæ. Caulis fruticosus, procumbens, longus, ramosus: aculeis plurimis, brevibus, sparsis. Folia simplicia, cordata, sub-rotunda, lobata lobis inaequalibus, sub-obtusis, serrata, rugosa, subtus tomentosa: petiolis longis, aculeatis, sparsis. Flos albus, terminalis, racemis oblongis: bracteis laceris. Calyx 5-fidus inferus. Corolla saepius 6-petala. Stamina Icosandra. Styli multi. Baccæ parva, sub-rotunda, rubra, composita bacculis monopermis.

Habitat in sylvis Cochinchinæ.

Thunb. Japon. pag. 219. Rubus Latifolia. Rumph. Amb. l. 7. c. 48. tab. 47. fig. 2.

Sp. 2. RUBUS PARVIFOLIUS. a Cây Ngei hoa tía. . . .

Differ. spec. Rub. foliis ternatis, subtus tomentosis: caule hirtio, petiolis que aculeis recurvjs. Lin. sp. 4.

Hab. 2

Hab., & notæ. *Caulis* fruticosus, longus, scandens, *ramis* multis: *aculeis* paucis, longiusculis, recurvis. *Folia* ternata, parva, subrotunda, ferrato-incisa, subtus tomentosa, albicantia: *petiolis* aculeatis. *Flos* purpureus, *paniculā laxā*, terminali. *Calyx* acute 5-partitus. *Corolla* 5-petala. *Bacca* sub-rotunda, rubra, composita acinis monospermis.

Habitat in sylvis Cochinchinæ, & Chinæ.

Rubus Parvifolia. Rhumph. Amb. l. 7. c. 48. tab. 47. fig. I.

Sp. 3. RUBUS FRUTICOSUS. a Cay Ngei chia 14.

Differ. spec. Rub. foliis quinato-digitatis, ternatisque: *caule*, *petiolis* que aculearis. Lin. sp. 7.

Hab., & notæ. *Caulis* fruticosus, longus, procumbens, aculeatus, ramosus. *Folia* quinato-digitata, ferrata, subtrus tomentosa, flavecentia: *petiolis* aculeatis, sparsis, longis. *Flos* albus, racemis terminalibus, *pedunculis* aculeatis. *Bacca* sub-rotunda, nigra, edulis, dulcis, composita acinis monospermis, minimis.

Habitat ïlyvas, & sepes Cochinchinae.

Rubus Vulgaris, fructu nigro. Bauh. Pin. pag. 479. n. 1. Tournef. Inst. pag. 614. tab. 385. Rubus Fruticosus. Forsk. Arab. pag. cxiii.

Virtus. Baccarum. Refrigerans. Radicis Astringens.

### GENUS XIX. FRAGARIA.

Char. Gener. *Cal.* 10-fidus. *Petala* 5. *Receptaculum* seminum ovatum, baccatum, deciduum. Lin. sy. pl. G. 689.

Sp. 1. FRAGARIA VESCA. a Fú puen tsü. a Phyc bon tsü.

Differ. spec. Frag. flagellis reptantibus. Lin. sp. 1.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, perennis, divisus, brevis: *flagellis* reptantibus, teretibus, pubescentibus. *Folia* ovata, ferrata, subtrus pubescentia, 3-nata: *petiolis* longis, erectis, rubescentibus. *Flos* albus: *pedunculis* monofloris, longis, axillaribus. *Calyx* 10-fidus, lacinias subulatis, patentibus, permanentibus. *Corella* petala 5, patentia. *Stamina* plurima, brevia, calyci inserta. *Bacca* parva, rubra, sub-rotunda, sapida: *seminibus* multis, sparsis, minimis, *receptaculum* carnosum circumdantibus.

Habitat, & colitur in Chinâ.

Fragaria Vulgaris. Bauh. Pin. pag. 326. n. 1. Hill. Brit. herb. pag. 2. tab. 1. fig. 2. Gmel. Sibir. 3. pag. 180.

Virtus. Refrigerans, Diuretica. Baccarum succus visum acuit, si cum melle oculis instilleretur.

## GENUS XX. POTENTILLA.

Char. Gener. *Cal.* 10-fidus. *Petala* 5. *Semina* sub-rotunda, nuda, *receptaculo* parvo, exfucco affixa. Lin. sy. pl. G. 690.

Sp. 1. POTENTILLA FRUTICOSA. V. Yam chi chô. & Dương trinh dọc.  
Differ. spec. *Pot. foliis* pinnatis: *caule* fruticoso. Lin. sp. 1.

Hab. & nota. *Caulis* fruticosus, erectus, rectus, rubescens, 2-pedalis: *radice* simplici, crassâ, obliquâ: *radiculis* crassis, longis. *Folia* impari-pinnata, 3-juga, alterna, petiolata: *foliolis* lanceolatus, integerimis, equalibus, pubescentibus, subsessilibus. *Flos* aureus, spica oblonga, simplici, terminali. *Calyx* 10-fidus, lacinias acutis, erectis. *Corolla* petala 5, rotundata, patentia. *Stamina* numerosa, calyci inserta, corollâ sub-longiora. *Semina* multa, acuminata, calyce defensa, receptaculo exfucco affixa.

Habitat in provinciis Borealis Sinensis.

Pentaphylloides Fruticosa. Amman. Ruthen. pag. 88, 89. tab. 17, 18. fig. 1. Ubi præter alia notandum folia ibi delineari digitata, floresque sub-solitarios: cum in nostrâ flores in spicam paucifloram assurgant, foliæque sunt verè pinnata, basi inter se distantes.

## C L A S S I S XIII.

## P O L Y A N D R I A.

## M O N O G Y N I A.

\* Flores Tetrapetali.


1. CHELIDONIUM. *Cal. 2 - phyllus, inferus. Siliqua.*  
 2. CAPPARIS. *Cal. 4 - phyllus, inferus. Bacca pedicelata, corticola.*  
 3. ACTÆA. *Cal. 4 - phyllus, inferus. Bacca 1 - locularis. Semina gemino ordine.*  
 4. CAMBOGIA. *Cal. 4 - phyllus, inferus. Bacca 8 - sperma, 8 - angularis.*  
 5. CARYOPHYLLUS. *Cal. superus. Bacca 1 - sperma, coronata.*

\*\* Flores Pentapetali, inferi.

6. VATERIA. *Cap. 3 - valvis : semine 1, arillato. Cal. 5 - fidus.*  
 7. CORCHORUS. *Cap. multivalvis, multilocularis. Cal. 5 - phyllus.*  
 † 8. ARSIS. *Bacca 1 - sperma, pedicellata. Cal. 5 - phyllus. Petala campanulata.*  
 † 9. FALLOPIA. *Bacca 4 - sperma. Cal. communis 12 - phyllus. Perianthium o.*  
 † 10. CRASPEDUM. *Bacca 1 - locularis, polysperma. Cal. 5 - phyllus. Petala fimbriata.*  
 † 11. AUGIA. *Drupa compressa. Cal. sub-truncatus. Petala oblonga.*  
 12. ELÆOCARPUS. *Drupa nucleo criso. Cal. 5 - phyllus. Petala lacera.*


\*\*\* Flo-

## \*\*\* Flores Hexapetalii, inferi.

13. THEA.  Capitulum 3-locularis, 1-sperma. Cal. 3-6-phylloides. Petala 5-9.


14. LAGERSTROEMIA. Capitulum 6-locularis, polysperma. Cal. 6-fidus. Petala crista.

## \*\*\*\* Flores Polyptali, inferi.

15. NYMPHÉA.  Bacca multilocularis, corticosa. Cal. 4-5-phylloides, deciduus.

## \*\*\*\*\* Flores Apetali, inferi.

16. SEGUIERIA. Capitulum 1-sperma: semine alato. Cal. 5-phylloides.

17. THILACHIUM.  Bacca 10-gona, polysperma. Cal. folliculus, circumfissus.

## D I G Y N I A.

18. CALLIGONUM. Cal. 5-phylloides, inferus. Cor. o. Pericarpium baccatum.

19. PEONIA. Cal. 5-phylloides, inferus. Cor. 5-petala. Caps. polysperma: seminibus coloratis.

## T E T R A G Y N I A.

20. ECCHRUS. Cal. o. Cor. 6-petala. Caps. 1-locularis, 4-valvis, polysperma.

## P O L I G Y N I A.

21. CLEMATIS. Semina plurima, aristata. Cal. o. Cor. 4-petala, infera.

22. THALICTHRUM. Semina plurima sub-mutica, nuda. Cal. o. Cor. 4-5-petala, infera.

23. LIRIODENDRUM. Semina plurima lanceolata, imbricata. Cal. 3-phylloides, inferus. Cor. 6-9-petala.

24. MI-

24. MICHELIA. *Baccæ multæ, 4 - spermæ. Cal. varians;*  
*inferus. Cor. 8 - 15 - petala.*
25. UVARIA. *Baccæ multæ, 1 - loculares, polyspermæ;*  
*Cal. 3 - phyllus, inferus. Cor. 6 - petala.*
26. ANNONA. *Bacca composita bacculis 1 - spermis. Cal.*  
*3 - phyllus, inferus. Cor. 6 - petala.*
- † 27. MELODORUM. *Baccæ multæ, feminibus nidulantibus. Cal.*  
*3 - phyllus, inferus. Petala 6, triangularia.*
- † 28. DESMIS. *Baccæ multæ, loculis in longum catenatis. Cal.*  
*3 - phyllus, inferus. Petala 6, lanceolata.*
29. ILLICIUM. *Capsulæ 1 - spermæ, in orbem positæ. Cal.*  
*6 - phyllus, inferus. Cor. petala 27.*

## MONOGYNIA.

## GENUS I. CHELIDONIUM.

Char. Gener. Cor. 4 - petala. Cal. 2 - phyllus. Siliqua 1 - locularis, linearis. Lin. sy. pl. G. 703.

Sp. 1. CHELIDONIUM MAIUS. a Roan lien. & Huiyan lien.  
 Differ. spec. Chel. pedunculis umbellatis. Lin. sp. 1.  
 Hab., & note. Planta sub-fruticosa, sesquipedalis, erecta. Folia impari-pinnata : foliolis sub-ovatis, incisis, obtuse lobatis inaequalibus, glabris, petiolis sub-decurrentibus. Flos flavus, terminalis, pedunculis polyfloris, non umbellatis. Calyx 2 - phyllus. Corolla petala 4, sub-rotunda, patentia. Stamina multa, receptaculo insidentis. Siliqua linearis, polysperma. Radix longa, tub-simplex, intus, & foris flava, radiculis lateralibus, simplicibus, longiusculis. Haec est Chinlen radix Cl. Bergio dicta. Mat. Med. pag. 967.  
 Habitat tam culta, quam inulta in diversis provinciis Sinarum.  
 Chelidonium pedunculus multifloris. Hort. Cliff. pag. 201. Chelidonium Maius, vulgare. Hill. Brit. herb. pag. 146. tab. 21. fig. 1.  
 Virtus : radicis. Subastrigens, Diaphoretica, Deobstruens, Ophthalmica. Valet in febribus continuis, Malignis, & Putridis. In antiqua Dysenteria. In Ictero, & Obstructionibus. Externè in morbis oculorum, & oris ulceribus. Magni estimatur ab indigenis haec radix, quotidianis experimentis comprobata ejus virtute. Sapor est amarissimus. Odor debilis.

## GENUS II. CAPPARIS.

Char. Gener. Cal. 4 - phyllus, coriaceus. Petala 4. Stamina longa. Baccæ corticosæ, 1 - locularis, pedunculata. Lin. sy. pl. G. 699.

Sp. 1. CAPPARIS ZEYLANICA. a Cay dui thuong.  
 Differ. spec. Cap. pedunculis solitarius, unifloris : stipulis spinosis : foliis ovatis, utrinque acutis. Lin. sp. 2.  
 Hab., & note. Casus fruticosus, 6 - pedalis, erectus, debilis : ramis divaricatis. Folia ovata, utrinque acuta, integerrima, plana, alterna : stipulis spinosis, rectis. Flos albus, pedunculis monofloris, sub-binatis, axillaris. Petala 4, oblonga, patentia, subaequalia : nectario laterali prominente, fiso. Baccæ sub-rotunda, carnosæ, nigra, parva, 1 - locularis, 3 - sperma, imposta pedicello longo. Stamina Polyandra, corollâ triplo longiora. Stigma sessile.  
 Habitat

Habitat sepes Cochinchinæ.

Capparis Spinosa, foliis oblongis. Burm. Zeyl. pag. 53. Burm. Indise: pag. 118.

† Sp. 2. CRAPPARIS CANTONIENSIS. & Heng Iic phung.

Differ. spec. Cap. *pedunculis* racemosis : *stipulis* spinosis : *foliis* ova-  
tis, acuminatis, rugosif.

Hab., & notæ. *Caulis* fruticosus, eretius, ramosus : *stipulis* spinosi-  
f. *Folia* ovata, acuminata, integerrima, rugosa, glabra, alterna-  
na. *Flos* albus, *pedunculis* racemosis, axillaribus, & terminalibus.

*Calyx* 5 - phyllus, foliolis oblongis, concavis, coloratis. *Corolla*  
petala 5, oblonga, patentia, calyci æqualia. *Filamenta* Poly-  
andra, longa. *Bacca* ovata, parva, fulva, polysperma, pedunculata.

Habitat agrestis prope Cantonem apud Sinas.

† Sp. 3. CAPPARIS MAGNA. & Cay Bán.

Differ. spec. Cap. *Caulis* arboreo, inermi : *foliis* ternatis, lanceola-  
tis. *Corymbis* terminalibus.

Hab., & notæ. *Arbor* mediocris : *ramis* patentibus, inermibus. *Fo-*  
*lia* 3 - nata, lanceolata, integerrima, glabra. *Flos* albus, magnus,  
corymbis patentibus, terminalibus. *Calyx* 4 - phyllus, rotatus, folioli-  
s lanceolari, planis, interruptis. *Corolla* petala 4, lato-ova-  
ta, utrinque acuta, polynervia, venosa, patentia, æqualia : un-  
guibus longis. *Filamenta* 24, filiformia, longissima, receptaculo  
inserta. *Antheræ* 3 - loculares, oblongæ, recurvæ. *Germen* sub-ro-  
tundum, pedicellatum. *Stylus* brevis. *Stigma* obtusum. *Bacca* pedi-  
cellata, sub-rotunda, 2 - pollicaris, carnosæ, edulis, 1 - locularis,  
polysperma : *semibibus* reniformibus, nidulantibus : cortice puncta-  
to, alpino, cinereo-viridi.

Habitat ripas fluminum in Cochinchinâ.

Observ. Haec species assimilatur Cappari Grandi. Lin. Jun. Sup. pl.  
pag. 263 : differt ab eâ præcipue foliis ternatis.

† Sp. 4. CAPPARIS FALCATA. & . . . .

Differ. spec. Cap. *Caulis* arboreo, inermi : *foliis* ternatis, falcatis :  
*racemis* laxis, terminalibus.

Hab., & notæ. *Arbor* magna, ramis patentibus, inermibus. *Folia*  
3 - nata, ovatolanceolata, lateralia ad basim falcata, integerrima,  
glabra, petiolata. *Flos* albus, racemis laxis, terminalibus. *Corolla*  
4 - petala, similis præcedentis speciei. *Stamina* 18. *Bacca* oblon-  
ga, rubra, magna, 1 - locularis, polysperma, pedicellata : *semi-*  
*nibus* nidulantibus.

Habitat prope Cantonem Sinarum, inculta.

## GENUS III. ACTÆA.

Char. Gener. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-phyllo. *Bacca* 1-locularis. *Sem.* semi-orbiculata. Lin. sy. pl. G. 700.

† Sp. 1. ACTÆA ASPERA. § Tria ip.

Differ. spec. Actæa caule scandente : foliis lanceolatis, asperis : spicis interruptis.

Hab., & nota. *Caulis* fruticosus, scandens, acirrus, inermis, multiplex, ramosus. *Folia* lanceolata, subferrata, aspera, alterna. *Flos* albus, axillaris, racemis spicatis : spicis linearibus, interruptis. *Corolla*, & *calyx* 4-fidi. *Stamina* ultra 50, receptaculo inhærentia. *Stylus* obliquus. *Bacca* supera, gibba, exfusca, 1-locularis, polysperma. Formam *feminum* non notavi.

Habitat inculta prope Cantonem Sinarum.

Usus. Foliis, cum sint asperrima, utuntur indigenæ ad polienda quælibet opera, maximè ex stanno.

## GENUS IV. CAMBOGIA.

Char. Gener. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-phyllo. *Pomum* 8-loculare. *Sem.* solitaria. Lin. sy. pl. G. 706.

Sp. 1. CAMBOGIA GUTTA. a Cây Vàng nhưa: Trần huynh. § Höam 16. Lin. sp. 1.

Differ. spec. Camb. foliis lanceolatis : pedunculis polyfloris.

Hab., & nota. Arbor magna : ramis patentibus. *Folia* lato-lanceolata, integerrima, plana, crassa, sparsa, petiolata, parva. *Flos* croceus, terminalis, pedunculis polyfloris. *Calyx* 4-phyllo, foliolis sub-rotundis, concavis, patentibus. *Corolla* petala 4, ovato-oblonga, unguiculata, patentia. *Stamina* numerosa, receptaculo insidentia. *Stigma* sessile, polyfidum. *Bacca* sub-rotundo-octogona, 8-locularis, 1-sperma: *feminibus* oblongo-ovatis: cortice flavo, tenui, laevi : pulpâ flavâ, succulentâ, dulci, eduli. Magnitudo fructus 2-pollicaris.

Habitat non rara in sylvis Cochinchinæ : abundantius vero in Siam, & Cambodiâ; ubi, inciso arboris cortice, magna extrahitur copia Gummi Guttæ in exterias regiones exportanda.

Arbor Indica Gummi Guttam fundens, fructu dulci, rotundo. Burm. Zeyl. pag. 27. Caddam-pulli. Rheed. Malab. v. I. pag. 41. tab. 24.

Carcapuli. A Costa apud Clus. in fol. cap. 46. pag. 286.

Virtus. Purgans, Hydragoga, Emetica. Valet in Hydrope Anasarca, Tænia,

Tænia. Cachexia. Vis emetica tolli potest macerando siccum gummi in acetato.

Usus. Pictoribus ministrat colorem flavum, & viridem non injucundum.

### GENUS V. CARYOPHYLLUS.

Char. Génér. Cor. 4-petala. Cal. 4-phyllo, duplicatus. Baccæ 1-sperma infera. Lin. sy. pl. G. 727.

Sp. 1. CARYOPHYLLUS AROMATICUS.  $\alpha$  Dinh huong rùng.  $\beta$  Xán tim hiám.

Differ. Spec. Car. foliis lanceolatis, oppositis: pedunculis terminalibus, polyfloris.

Hab., & note Arbor mediocris: ramis paucis, ascendentibus. Folia lato-lanceolata, integerrima, glabra, opposita, petiolata. Flos albicans, pedunculis polyfloris, ordinatis, erectis, terminalibus. Calyx tubulosus, oblongus, 4-fidus, lacinias acutis, brevibus, sub-erectis. Corolla petala 4, sub-rotunda, concava, parva. Stamina numerosa, receptaculo inserta, corollæ longiora. Stigma simplex. Baccæ calycina, ovato-oblonga, corticosa, pallido-fusca, 1-sperma, coronata calycis lacinias.

Habitat in sylvis Borealis provinciæ Quang binh. regni Cochinchinæ.

Caryophyllum Sylvestre. Rumph. Amb. l. 2. c. 4 tab. 3. Caryophyllum, languefcente vi, aromaticus, Malabaricus, folio, & fructu maiore. Pluk. Almag. pag. 88. Arbor fructu Caryophylli effigie, inodoro. Burm. Zeyl. pag. 30.

Obf. Hic sylvester Caryophyllum a vero Aromatico (quem recentem non vidi) charactere Botanico convenire videtur. At in nostro sylvestri vix-ulla vis, odor, aut sapor inventitur, adeoque inutilis rejectur.

### GENUS VI. VATERIA. Lin. sy. pl. G. 722.

#### Descriptio Naturalis.

Cal. Perianthium 5-fidum, inferum, patens, breve, persistens, lacinias acutis.

Cor. Petala 5, oblonga, concava, conniventia, calyce longiora.

Stam. Filamenta 40 circiter, filiformia, receptaculo insidentia, corollæ sub-æqualia. Antheræ sub-rotundæ.

Pist. Germen 3-gonum. Stylus subulatus, æqualis staminibus. Stigmata 3, oblonga, reflexa. Peric.

## 334. POLYANDRIA. MONOGYNIA.

Peric. Capsula 1 - locularis, 3 - loba, 3 - valvis, 1 - spermatis. Sem. 1, sub-rotundum, arillatum, pedicellatum.

Char. Gener. Cor. petala. 5. Cal. 5 - fidus, inferus. Caps. 3 - valvis: semine 1, pedicellato, arillato.

Sp. 1. VATERIA FLEXUOSA. a Cay Trudng.

Differ. spec. Vat. ramis flexuosis: foliis lanceolatis, alternis: ramis terminalibus.

Hab. Arbor magna: ramis expansis, flexuosis. Folia lanceolata, integrerrima, glabra, alterna. Flos albus, parvus, racemis laxis, terminalibus. Capsula rubra, 1 - sperma.

Habitat in sylvis Cochinchinæ.

Ufus. Lignum rubescens, grave, & durum est, ad maiora ædificia aptum, ac durabile.

## GENUS VII. CORCHORUS.

Char. Gener. Cor. 5 - petala. Cal. 5 - phyllus, deciduus. Caps. plurim. valvis, loculamento. Lin. sp. G. 730.

Sp. 1. CORCHORUS CAPSULARIS. a San Iim ma.

Differ. spec. Cor. capsulis sub-rotundis, depresso, rugosis: foliorum ferraturis infimis feraceis. Lin. sp. 5.

Hab., & note. Caulis herbaceus, annuus, 5 - pedalis, erectus, teres, simplex, ramosus. Folia ovato-lanceolata, ferrata, glabra, sparsa, petiolata: stipulis subulatis. Flos luteus, lateralis, pedunculis 1 - floris, polynatis, oppositi-foliis. Calyx 4 - phyllus, foliolis turbinato-oblongis, acuminatis, scabris, patentibus, deciduis. Petala 5, ovalia, patentia, calyce longiora. Filamenta 25, subulata, receptaculo infundita, corolla breviora. Antherae ovatae, nutantes: Capsula sub-rotunda, polyfalcata, tuberculosa, retusa, 5 - locularis, 5 - valvis, polysperma: semina 4 - 5, angulata.

Habitat agrestis, coliturque in provincia Cantonensi Sinarum.

Alcea Olitaris, sive Corchorus Americanus, prælongis foliis, capsula striata, sub-rotundâ, brevi. Pluk. Almag. 18. tab. 255. fig. 4. Ganja Sativa. Rumph. Amb. I. 8. c. 35. tab. 78. fig. 1.

Ufus. Caulis hujus herbeæ est cannabinus, ejusque fila aquâ calcis cocta, & ad solem exposita flexibiliora, & alba sunt, ad texendas telas idonea.

GE-

aliorum specierum in monogynis quibus in aliis monogynis inter se differunt. + GENUS VIII. ARSIS.

*Char. Generis Cor. bellatis* *Descriptio Naturalis.*

- Cal. Perianthium 5 - phylum, patens, inferum : foliolis, sub-ovalibus, coloratis, deciduis.  
 Cor. Campanulata, petala 5, oblonga, calyce breviora.  
 Stam. Filamenta 50 circiter, filiformia, calyci sub-aequalia, exteriore breviora, receptaculo elongato insidentia. Anthere, sub-rotundata, 4 - loculares.  
 Pist. Germen sub-rotundum, receptaculo longo elevatum. Stylus sub-latus, aequalis staminibus. Stigma acuminatum.  
 Peric. Bacca globosa, 1 - sperma, pedicellata.  
 Sem. 1, sub-rotundum.

Nom. ( *Aopsis* elevatio ) propter Baccam a receptaculo in pedicellum verso elevatam.

Char. Gener. Cor. campanulata, 5 - petala. Cal. 5 - phylum inferum; Bacca pedicellata, 1 - sperma.

Sp. 1. ARSIS RUGOSA. a Cay Chua ke.

Differ. Spec. Arl. foliis alternis, rugosis : racemis terminalibus.  
 Hab. Arbustula 5 - pedalis, ramosissima. Folia ovato-lanceolata, integrerrima, alterna, rugosa. Flos albus racemis terminalibus.  
 Habitat in sylvis Cochinchine.

+ GENUS IX. FALLOPIA.

*Descriptio Naturalis.*

- Cal. Communis 12 - phyllo : foliolis lanceolato-linearibus, deciduis : continens 3 flosculos  
 Perianthium proprium nullum.  
 Cor. Petala 5, ovata, sub-patentia, calyce longiora. Nectarium foliis 5, ovato-oblongis, parvulis, erectis, aequalibus.  
 Stam. Filamenta 50 circiter, filiformia, inaequalia, receptaculo insidentia. Anthere sub-rotunda.  
 Pist. Germen sub-rotundum, superum. Stylus crassus, subtus, brevir staminibus. Stigma simplex.  
 Peric. Bacca sub-rotunda, 1 - locularis, 1 - sperma.  
 Sem. Sub-rotunda: somob rufingo: ex caryopis rufum sanguineum.  
 Nom:

Nom. in memoriam Celeb. Botanicae Professoris Patavini Gabrielis Fallopii.

Char. Gener. *Cor.* petala 5, ovata. *Cal.* com. 12 - phyllus. *Perianthium* proprium o. *Bacca* 4 - sperma, supera.

Sp. 1. FALLOPIA NERVOSA. & Hui pū ip. Differ. spec. *Fal.* *foliis* lanceolatis, nervosis : *racemis* parvis, terminalibus.

Hab. *Arbor* 8 - pedalis : *ramis* patentibus : *cortice* cannabino. *Folia* ovato-lanceolata, nervosa, sub-serrata, glabra, sparsa. *Flos* albus, racemis parvis, terminalibus.

Habitat inculta prope Cantonem Sinarum.

### † GENUS X. CRASPEDUM.

#### *Descriptio Naturalis.*

*Cal.* Perianthium 5 - phylum, inferum : foliolis ovatis, acutis, interiorius carinatis.

*Cor.* Petala 5, sub-cuneiformia, apice, obtusa, polyfida laciniis linearibus, calyci sub-aequalia. Nectarium glandulis 5, reniformibus, tomentosis.

*Stam.* Filamenta 30 circiter ; filiformia, brevia, receptaculo insistentia. Antheræ oblongæ, stantes.

*Pist.* Germen globosum. Stylus subulatus, aequalis staminibus. Stigma simplex.

*Peric.* Bacca parva, rotunda, 1 - locularis, polysperma.

*Sem.* Rotunda, minuta.

Nom. (*Kraspedon* fimbria) ob petala in fimbrias laciniata.

Char. Gener. *Cor.* petala 5, fimbriata. *Cal.* 5 - phyllus inferus, *Bacca* 1 - locularis, polysperma.

† Sp. 1. CRASPEDUM TECTORIUM. & L. mat. cit.

Differ. spec. *Crasp.* *foliis* oblongis, crenatis, *spicis* congestis, sub-terminalibus.

Hab. *Arbor* magna : *ramis* patentibus. *Folia* ovato-oblonga, crenata, apice acuminato, reflexo. *Flos* luteo-viridis, *spicis* sub-terminalibus, congestis.

Habitat in altis sylvis Cochininchinæ.

Uſus. *Foliis* utuntur indigenæ ad tegendas domos : ligno ad edificia.

† GE-

## † GENUS XI. AUGIA.

## Descriptio Naturalis.

Cal. Perianthium, inferum, truncatum, expansum, minimum.  
 Cor. Petala 5, oblonga, patentia, receptaculo inserta.  
 Stam. Filamenta 100 fere, filiformia, corollâ longiora, receptaculo insidentia. Antheræ sub-rotundæ  
 Pist. Germen compressum, sub-rotundum. Stylus filiformis. Stigma obtusum.  
 Peric. Drupa sub-lenticularis, verticaliter compressa, parva, nitida: nuculâ 1 - loculari, similis formæ.  
 Nom. ( Αὐγὴν splendor ) ob nitorem vernicis ex hac arbore manantis.

Char. Gener. Cor. 5 - petala. Cal. truncatus, minimus. Drupa orbiculata, 1 - sperma.

† Sp. 1. AUGIA SINENSIS. a. Cây Son. s. Tsí xí: Tát xá.

Differ. Spec. Aug. foliis pinnatis, integerrimis: paniculis subterminalibus.

Hab. Arbor mediocris, cortice scabro: ramis ascendentibus. Folia impari-pinnata, sub-quinquejuga: foliolis lato-lanceolatis, acuminatis, integerrimis, gabris, parvis. Flos pallidus, paniculis laxis, magnis, circa apicem ramorum undique dispositis. Drupa fusca magnitudine 4 linearum: cortice tenui, laevi.

Habitat in sylvis Cochinchinæ, Chinæ, Cambodjæ, & Siami.

Ufus. Ex filio hujus arboris cortice emanat succus rezinosus, tenacissimus, legitima Sinensis vernix, quæ obducuntur serinia in Europam exportanda, pulchro, & constanti nitore estimabilia. Quæ nigra sunt, nullo admixto fuso, solâ exsiccatâ vernice nigrescunt. Quæ vero rubra, addito cinnabari colorem istum acquirunt. Japonica vernix, de qua Kämpferus, & Thunbergius egerunt, ex alia plantâ proflus diversâ procedit, quæ a Linnaeo dicitur Rhus Vernix.

Virtus Medica: Vernicis exsiccatæ, & tostæ. Calefacens, Resolvens, Emmenagogue, Anthelmintica. Qualitas acris, torrendo ad ignem, sit mitior; siue absque noxa periculo a medicis indigenis exhiberi solet in decocto, & in pilulis. Eadem est arbor, ni fallor, Vernix Indica. Anacardinus. Kämpf. Amæn. pag. 792. Hist. Jap. l. 1. pag. 99. Charley. Jap. l. prælim. cap. 27. pag. 352, fig. ibi.

## GENUS XII. ELÆOCARPUS.

Char. Gener. *Cor. 5-petala*, laceræ. *Anthera* apice 2-valvi. *Cal. 5-phyllus*. *Drupa* nucleo crifpo. Lin. sy. pl. G. 719.

Sp. 1. ELÆOCARPUS INTEGERRIMA. a Cay Mai boung vàng.  
Differ. spec. Elæoc. foliis lanceolatis, integerrimis: floribus congestis, axillaribus.

Hab., & notæ. Arbor mediocris, ramis patentibus. Folia lanceolata, integerrima, glabra, petiolata, alterna. Flos aureus, multus, suave-olens, pedunculis congestis, axillaribus. Calyx 5 phyllus, foliolis laxis. Petala 5, lacera, calyce longiora. Stamina numerosa, receptaculo insidentia. Stylus 1. Germina 10, sub-rotunda, minuta, ad basim styli circumposita. Drupa 1, parva, nigra, subovata, sub-acuta, maturescens solitaria, reliquis germinibus omnibus suffocatis. De drupæ nuculâ crifpâ, vel levî nil possum decidere, quia nec in chartâ notavi, nec amplius memini. Ganitrus Rumphii diversa est arbor.

Habitat agrestis in Cochinchinâ: colitur etiam in hortis ob odorem, & pulchritudinem florum, quibus rami secent, avulsique ab arbo-re diutius servari possunt in aquâ.

## GENUS XIII. THEA.

Char. Gener. *Cor. 6*, five 9-petala. *Cal. 5*, five 6-phyllus. *Caps. 3-cocca*. Lin. sy. pl. G. 726.

† Sp. 1. THEA COCHINCHINENSIS. a Chè in nâm.

Differ. spec. Th. calycibus sub-triphyllis: corollis pentapetalis: floribus solitariis, terminalibus.

Hab., & notæ. Arbor 8 pedes alta: ramis diffusis. Folia lanceolata, serrata, glabra, alterna, petiolata. Flos albus, terminalis, solitarius: calyce plerumque 3-phyllo, aliquando 4-5-phyllo. Petala 5, ovata, concava, patentia. Stamina 100 circiter basi corollæ affixa: antheris sub-rotundis, minimis. Stylus 3-fidus. Capsula 3-loba, 3-locularis, 1-sperma, apice déhiscens.

Habitat culta, incultaque in provinciis Borealis Cochinchinæ.

Uſus. Ex foliis fermentatione diuturnâ paratis, fiscatisque, & aquâ coctis impigros haustus calidos sumunt incola, maxime tempore aëtatis: unde fit, ut magnâ copiâ sudor diffuat, ac subitum refrigerium experiantur. Qui vero immodecè hoc potu utuntur, non raro inde contrahunt obſtructions, & anorexiā.

Sp. 2.

<sup>†</sup> Sp. 2. THEA CANTONIENSIS.  $\beta$  Hö nám Chá yóng.  $\alpha$  Chè tau.  
Differ. spec. Th. *Calycibus* 5 - 6 - phyllis : *corollis* 7 - 9 - petalis : *floribus* foliariis, terminalibus.

Hab., & note. *Arbuscula* 4 - pedalis, ramosissima, tortuosa. *Folia* lanceolata, acutè ferrata, sub-crassa, incurva, subfessilia, glabra, alterna. *Flos* albus, pedunculis terminalibus, 1 - floris, foliariis : *Calyx* 5 - 6 phyllo, inæquali. *Corolla* petala 7, 8, 9, inæqualia, concava, patentia. *Stamina* 100 circiter, ad basim inter se, & cum petalis connexa. *Stylus* 3 - fidus, laciniis linearibus, æqualis staminibus. *Capsula* 3 - loba, 3 - cocca.

Habitat tam culta, quam inulta prope Cantonem Sinarum.

Observ. Ex vivâ plantâ in loco natali flores decerpsti, & examinavi, invénique notas supra expositas. Idem fere observavi in aliâ varietate a Sinensibus dictâ *Siad chong châ*, & ab Europæis vocatâ *the Su-chong*. Ambæ hæ varietates fusco colore sunt prædictæ, sed magis odoriferæ, & præciosæ sunt quam *Thea Bohea*, quæ nali ci folet in províciâ *Fo kien*, & quam recentem non vidi, quamvis omnium vulgarissima, & vilissima sit. *Thea viridis*, quæ provenit ex províciâ *Kiang si*, flores siccos examinavi, non vivos, notavique similem inconstantiam in numero partium calycis, & corollæ. Adeoque asserrere possumus omnes illas differentias potus *Thea Sinenis* ex unicâ specie Botanicâ deduci, quæ ex diversitate foli, cultura, & methodi folia præparandi appetet diversa, permanente adhuc in eâdem varietate inconstantia illâ pattium floris, quæ *Theam viridem* a *Boheâ* distinxerat.

<sup>†</sup> Sp. 3. THEA OLEOSA.  $\alpha$  Chè deau.  $\beta$  Yeu châ.

Differ. spec. Th. *Calycibus* 6 - phyllis : *corollis* 6 - petalis : *pedunculis* 3 - floris, axillaris.

Hab., & note. *Arbor* 8 - pedalis, ramosissima, ramis patentibus. *Folia* lanceolata, ferrata, alterna, plana, glabra. *Flos* albus, axillaris, pedunculus 3 - floris. *Calyx* inferus, patens, 6 - phyllus. *Corolla* petala 6, rotunda, concava, patentia, sub-æqualia. *Stamina* fere 100, capillaria, corollæ, sub-æqualia : non receptaculo, sed petalorum inter se leviter cohærentium basi affixa. *Stylus* 3 - fidus. *Bacca* lutea, corticosa, 3 - loba, 3 - locularis, 1 - sperma, pollicem crassa.

Habitat agrestis circa Cantonem Sinarum.

Ufus. Ex feminis hujus plantæ extrahitur magna copia olei tenuis, & flavescens, quo communiter nutriuntur lucernæ Cantone, Macai, & in aliis locis Chinæ Australis. Eo quoque utantur ad frigida varia obsonia : inferiore quidem sapore, & odore, quam si

*Oleo* olivarum, vel sesami condita fuissent.  
Observ. Ex supra notatis de staminibus Theæ, quæ potius corollæ basi, quam receptaculo insistere observavi, inferri potest Genus Theam ad classem Icosandriam pertinere. Dequo tutius judicabitur, si recentioribus experimentis confirmetur. Fructum Oleosæ vocavi. Baccam, quia licet maturum, dehiscere non vidi.

## GENUS XIV. LAGERSTRÆMIA.

Char. Gener. *Cor.* 6-petala, crispa. *Cal.* 6-fidus, campanulatus. *Stam.* multa: horum 6 exteriora crassiora, petalis longiora. Lin. sy. pl. G. 725.

Sp. 1. LAGERSTRÆMIA INDICA. a Cây Tuồng vi. Sát chúa môi hõa.  
Differ. Spec. Lag. *foliis* ovatis, alternis: *tbyrsis* terminalibus.  
Hab., & note. Arbor 8-pedalis, cortice levi: *ramis* rectis, debilibus, patentibus, *ramulis* angulatis. *Folia* ovata, integerim, parva, undulata, glabra, alterna, sessilia. *Flos* colore roseus, pulcherimus, terminalis, *corymbis* racemosis, magnis. *Calyx* campanulatus, tubo 6-gono: limbo 6-fido, laciniis acutis. *Corolla* petala 6, unguiculata, sub-rotunda, crispa. *Capsula* sub-rotunda, 6-locularis, polisperma: *seminibus* multis sub-rotundis. *Stamina* multa, Polyandra. *Stylus* filiformis: *stigmate* crassiusculo.  
Habitat tam culta, quam spontanea in Cochinchinâ, & Chinâ.  
Thunb. Jap. pag. 224. Tsjinkin. Rumph. Amb. Auct. cap. 79. tab. 28. fig. 1.

## GENUS XV. NYMPHÆA.

Char. Gener. *Cor.* polypetala. *Cal.* 4, five 5-phyllos. *Bacca* multi-locularis, truncata. Lin. sy. pl. G. 709.

Sp. 1. NYMPHÆA NELUMBO. a Cây Sen. g Liên hõa: Hèu xi hém.  
Differ. Spec. Nymp. *foliis* peltatis, undique integris. Lin. sp. 4.  
Hab., & note. Planta acaulis, radice perenni, foliis annuis. *Radix* horizontalis, longa, repens, articulis catenatis, ovato-oblongis, albis, carnis, elculentis, interius tubulosis. *Folia* peltata, 1-pedalia, orbiculata, integerim, undulata, venosa, glabra, odorata: *petiolis* erectis, rectissimis, teretibus, hispidis, 3-pedalibus, sparsis. *Flos* purpureo-roseus: *pedunculis* monofloris, formâ, & magnitudine petiolis æqualibus. *Calyx* 4-phyllos, foliolis concavis, patentibus, deciduis. *Corolla* petala 15, vel plura, ovata, sub-acuta, concava, exterius poly nervia, patentia, maxima. *Filamenta* 60,

60, & ultra, filiformia, corollâ breviora, *antheris* linearibus, albis, longissimis, receptaculo insistentia. *Germen* turbinatum, superum. *Styli* multi, totidem, quot semina, crassi, brevissimi: *stigmatibus* crassioribus. *Pericarpium* turbinatum, truncatum, sulcatum, corticosum, apice dehiscent, loculis 1-spermis, usque ad 30. *Semina* ovata, lempollicaria, alba, duriuclula, edulia, cortice tenui, lœvi, nigro.

Habitat in paludibus cœnōsis Cochinchinæ, & Chinæ: colitur etiam in vasis amplis, & pretiosis in hortis, & atriis Magnetum. Est ibi varietas flore albissimo. Alia præterea flore luxuriante speciosissima, in quâ 100 circiter magna petala numerantur, alba, vel rosea. *Nymphaea* Indica, Taratti. Rumph. I. 11. c. 50. tab. 73. Bont. Jav. I. 6. cap. 28.

Uſus. *Nymphaeæ* radix, & semina sunt esculenta, sapida, & salubria. In re Medicâ virtutem habent Refrigerantem, & Roborantem. Valent contra Situm, Diairhæam, Tenesimum, Vomitum, & nimium calorem internum.

### GENUS XVI. SEGUIERIA.

Char. Gener. *Cal.* 5 - phyllus. *Cor.* o. *Caps.* 1 - sperma: alia magnâ terminata, alulisque lateralibus. Lin. sy. pl. G. 731.

Sp. 1. SEGUIERIA ASIATICA. a. Deei chio.

† Differ. spec. Seg. *caule* scandente, inermi: *foliis* ovatis integerimis: *racemis* longis axillaribus, & terminalibus.

Hab., & noteæ. *Caulis* scandens, fruticosus, inermis, acirrhous, ramosus, teres, longus, nec crassus, tenacissimus, ad ligandum idoneus. *Folia* ovata, integerrima, alpera, alterna, *petiolis* brevibus. *Flos* albo-viridis, inodorus, *racemis* longis terminalibus, & axillaribus. *Calyx* corollinus, foliolis 5, sub-rotundis, concavis, patentibus. *Filamenta* plurima, receptaculo inserta, calyce breviora. *Stylus* brevior: *stigmate* crassissculo. *Capsula* ovata, acuminata, rubra, 2-valvis, 1-sperma. *Semen* sub-rotundum, pedicellarum, connexum alia magnâ, polyfida, laciniis linearibus. Alulis lateralibus ad basim profus caret.

Habitat in sylvis Cochinchinæ.

## † GENUS XVII. THILACHIUM.

## Descriptio Naturalis.

Cal. Folliculus oblongo-turbinatus, nervosus, apice acuminatus, integerrimus clausus, in maturescientia floris dehiscens circumscissus.  
Cor. Nulla.

Stam. Filamenta 70 circiter, longa, subulata, erecta, receptaculo insidentia. Antheræ oblongæ, stantes.

Pist. Germen oblongum, striatum, insidens pedicello longo, filamentis aequali. Styus o. Stigma sub-rotundum.

Peric. Bacca oblonga, 10-gona, supera, 1-locularis, polysperma.  
Sem. Multa, reniformia nidulantia.

Nom. (*Θυλακίον* folliculus) a calyce floris folliculari.

Observ. Staminibus, & bacca pedicello ad Capparim accedit: defec-  
tu corollæ, & calyce exotico longè recedit: sicut etiam formâ Pe-  
ricarpii.

Char. Gener. *Cal.* folliculus in maturescientia circumscissus. Cor. o.  
*Bacca* 10-gona, 1-locularis, polysperma.

† Sp. 1. THILAKIUM AFRICANUM. γ Mangueiro.

Differ. spec. Thil. *foliis* ovatis, alternis: *pedunculis* polyfloris, terminalibus.

Hab. *Arbor* parva, *ramis* expansis. *Folia* ovata, integerrima, glabra, alterna, petiolata. *Flos* apetalus, *pedunculis* paucifloris, terminalibus: *staminibus* longis, plurimis, croceis.

Habitat agreste in orâ Africæ Orientali.

## D I G Y N I A.

## GENUS XVIII. CALLIGONUM.

Char. Gener. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* o. *Styli* o. *Fructus* hispidus,  
1-spermus. Lin. sy. pl. G. 735.

† Sp. 1. CALLIGONUM ASPERUM. α Deei chio tlii.

Differ. spec. Call. *foliis* ovatis, asperis: *racemis* subdivisis: *fructu* gemino.

Hab., & notæ. *Caulis* fruticosus, scandens, inermis, acirrhous, longus,

gus, ramosus. *Folia* ovata, integerrima, asperima, glabra, alterna. *Flos* albus, racemis sub-divisis, terminalibus. *Calyx* 5 - phyllus, albo-viridis, apice ruber: foliolis sub-roundis, concavis, patentibus. *Corolla* sèpium nulla: aliquoties *petala* 4, rotunda, concava, patentia. *Stigma* sessile, obtusum, profundè 2 - partitum. *Pericarpium* nunc *Bacca* 1, nunc 2, basi connaræ, 1 - loculares, polyspermae. *Stamina* numerosa, receptaculo insidentia.

Habitat sylvas Cochinchinæ.

Observe. Character hujus plantæ, prout apud Linnæum a variis Auctòribus excerptus, multum variat. Mihi etiam Prothea apparuit secundum baccam, & corollam: at ratione habitus proxima visa est Seguieræ nostræ Asiaticæ: simulque Delimæ Sarmentosæ Burm. Ind. pag. 122. tab. 37. fig. 1. Minimè vero ad istas accedit ratione fructus.

### GENUS XIX. PÆONIA.

Char. Gener. *Cal.* 5 - phyllus. *Petala* 5. *Styli* 0. *Caps.* polyspermae.  
Lin. sy. pl. G. 732.

Sp. 1. PÆONIA OFFICINALIS. à Xö yö, & Thioe duoc.

Differ. spec. Pæon. *foliis* oblongis. Lin. sp. 1.

Hab., & notæ. *Caulis* suffruticosus, 2 - pedalis, erectus, teres, ramosus. *Folia* impari-pinnata, bijuga: *foliolis* lateralibus lato-lanceolatis, integerrimis, terminali impari 2 - 3 - fido, omnibus glabris, sub-sessilibus. *Flos* ruber, in aliis albus, plerumque plenus: *petalis* 14 circiter, magnis, expansis, oblongis, sub-incisis. *Pteriantium* 5 - phylum, persistens, foliolis acutiusculis, patentibus. *Stamina* plurima, brevia, receptaculo insidentia. *Capsulae* 2 - 3, ovato-oblongæ, 1 - loculares, 1 - valves, polyspermae. Varietas 1 rubra, quæ videtur esse Malcula Officinalis, radicem habet lignosam, sub-divisam, rubescens, non tuberosam. Varietas 2, flore albo radicem habet albam, tuberosam, carnosam. Sunt aliae multæ varietates (fortasse species) quas non vidi.

Habitat culta, spontaneaque per totum imperium Sinense, maximè in provinciis Borealibus: in Cochinchinam inde translata.

Virtus: radicis; imprimis Rubræ. Nervina, Cephalica, Emmenoga-

ga.

Pæonia Officinalis. Thunb. Japon. pag. 230. Pæonia flore pleno, rubro, minore. Tournef. Instit. pag. 274. Pæonia foliis lobatis, ex ovato-lanceolatis. Hall. Helv. 311.

## TETRAGYNIA.

† GENUS XX. ECHTRUS.

*Descriptio Naturalis.*

Cal. Nullus.

Cor. Campanulata , petala 6 , turbinato-rotunda , concava , patentia .  
Stam. Filamenta 60 circiter , capillaria , erecta , aequalia , corollâ breviora , receptaculo insidentia . Antherae oblongæ , stantes .Pist. Germen superum , oblongum , hispidum , 4 - fulcum . Stylus o .  
Stigmata 4 , sub-reniformia , arctè conjuncta .Peric. Capsula oblonga , 4 - loba , spinosa , 4 - valvis , 1 - locularis ,  
polysperma .

Sem. Multa , sub-rotunda , aspera .

Nom. ( Εχθρος odium , inimitia ) ob innumeræ spinas , quibus tota planta armata ferit .

Char. Gener. Cal. o . Cor. 6 - petala . Caps. echinata , 4 - valvis , 1 - locularis , polysperma .

† Sp. 1. ECHTRUS TRIVIALIS. ♀ . . . .

Differ. spec. Est. foliis oblongis , spinosis : floribus solitariis .

Hab. Caulis herbaceus , 2 - pedalis , crassis , multiplex , erecto-patens ,  
spinosis . Folia oblonga , magna , pinnato-sinuata , incisa , spinosa ,  
semiamplexicaulia . Flos flavus , solitarius , terminalis .

Habitat in Benghalâ , &amp; in orâ Corômandeliâ , ubique in viis .

## POLYGYNIA.

GENUS XXI. CLEMATIS.

*Descriptio Naturalis.*Char. Gener. Cal. o . Petala 4 , rarius 5 . Sem. caudata . Lin. sy. pl.  
G. 754

Sp. 1. CLEMATIS DIOICA. « Thảo mao .

Differ. spec. Clem. foliis ternatis , integerrimis : floribus dioicis . Lin.  
sp. 7.

Hab. , &amp; notæ . Caulis lignosus , scandens , longissimus , fibris crassis ,

*sis, duris, laxis. Folia 3-nata, ovata, acuta, integerrima, sub-5-nervia. Flos albus, axillaris, paniculatus, dioicus. Stamina numerosa, receptaculo inserta. Cor. 4-petala. Semina 80 circiter, in capitulum disposita, obtuse 3-gona, compressa: caudâ longissimâ, cincinnatâ pilis albis, multis.*

Habitat in Cochinchinâ, arbores, & arundines scandens absque cirrhis. Clematis scandens, foliis 5-nerviis, ovatis, nitidis, pinnae-ternatis. Brown. Jam. 255.

Sp. 2. CLEMATIS VIRGINIANA. *See mouc.*

Differ. spec. Clem. *foliis ternatis, foliolis cordatis, sub-lobatoangulis, scandentibus, floribus dioicis.* Lin. sp. 6.

Hab., & notæ. *Caulis fruticosus, teres, longus, ramosus. Folia 3-nata, sub-cordata, acuta, glabra, scandentia petiolis longis, spiralis, cirrhi-formibus. Flos hermaphroditus, albus, axillaris, cymboso-racemosus. Calyx nullus. Corolla petala 4, ovato-oblonga, patens. Semina 6, ovato-oblonga: caudâ pilosa, rectâ, staminibus sub-æquali.*

Habitat inter sepes Cochinchinæ.

Clematis Virginica. Thunb. Japon. pag. 240.

† Sp. 3. CLEMATIS SINENSIS. *See MU tuin. See Mouc thoong.*

Differ. spec. Clem. *foliis 5-natis, ovato-lanceolatis, sub-fessilibus, integerrimis.*

Hab., & notæ. *Caulis lignosus, teres, longissimus, scandens, ramosus. Folia 5-nata: foliolis ovato-lanceolatis, integerrimis, sub-fessilibus. Flos rubro-purpureus: pedunculis polyfloris, axillaribus. Calyx o. Corolla 4-petala, patens: staminibus Polyandris. Styli, & semina 3-5, caudata.*

Habitat agrestis in multis locis imperii Sinensis.

Virtus: radicis, & inferioris caulis. Pelliens, Diuretica, Diaphoretica, Lactifera. Eodem nomine indicatas tres plantas invenio in libris Medicis, & Botanicis Sinensibus. Prima est, quam recentem examinavi, foliis quinatis. Secunda foliis ternatis. Tertia foliis simpli-cibus trilobis: omnes caule magno, scandente.

† Sp. 4. CLEMATIS MINOR. *See Uei leng sien.*

Differ. spec. Clem. *foliis 5-natis: foliolis conicis, 3-nerviis: pedunculis longissimis.*

Hab., & notæ. *Caulis sub-fruticosus, teres, tenuis, nec admodum longus, scandens, ramosus. Folia 5-nata: foliolis parvis, conicis, apice obtusisculis, 3-nervis, integerrimis, glabris: petiolis omnibus longis. Flos albus, axillaris: pedunculis longissimis, polyfloris.*

dully floris. *Calyx* nullus. *Petala* 4, oblonga, striata. *Stamina* 40 circiter, inæqualia, receptaculo insidentia. *Styli* 4; pilosi, corollâ pauco longiores. *Semina* rotideæ, caudata.

Habitat in suburbis Cantonensibus Sinarum,  
Observ. supra scriptum nomen hujus plantæ accépi a rustico quodam  
Sinensi, qui herbas colligebat pharmacopolis vendendas: sed, quo-  
niam idem nomen Crucianellæ Sinensis competit potiori jure, (ut  
jam antea vidiimus) suplicor Clematem nostram Minorem ab in-  
digenis dignosci diverso nomine, quod ignoro.

### GENUS XXII. THALICTRUM.

Char. Gener. *Cal.* o. *Petala* 4-5. *Sem.* ecaudata. Lin. sy. pl. G. 755.

Sp. 1. THALICTRUM SINENSE. a Poi mi. a Boi miu.

Differ. spec. Thal. *cavale* simplicissimo: *flore* solitario: *foliis* linia-  
ri-lanceolatis.

Hab., & notæ. *Caulis* suffruticulus, simplicissimus, 1-pedalis, te-  
res, rectus. *Folia* liniari-lanceolata, integerrima, glabra, sessilia,  
alterna. *Flos* albus, solitarius, terminalis. *Cal.* nullus. *Corolla* pe-  
tala 5, rotundata, patentia. *Stamina* Polyandra, brevia. *Semina*  
plurima, mutica. *Radix* tuber sub-rotundus, solidus, albissimus. Dif-  
fert a Thal. Tuberoso (Lin. sp. 3.) tam formâ racicis, quam fo-  
liorum.

Habitat agreste in Chinâ.

Virtus: radicis. Attenuans, Ecoprotica. Prodest in Tussi, Asthmate  
pituitoso, urinâ turbidâ, fauciem, vel mamillarum dolore.

### GENUS XXIII. LIRIODENDRON.

Char. Gener. *Cal.* 3-phyllus. *Petala* 9. *Sem.* imbricata in strobilum.  
Lin. sy. pl. G. 747.

Sp. 1. LIRIODENDRON LILIFERA. a Poi mi. a Boi miu.

Differ. spec. Lir. *foliis* lanceolatis. Lin. sp. 2.

Hab., & notæ. Arbor mediocris, ramis patentibus. *Folia* ovata;  
acuminata, integerrima, glabra, alterna. *Flos* pallidus, magnus,  
isodorus, *pedunculis* 1-floris, congestis, terminalibus. *Calyx* o.  
*Corolla* petala 9, campanulata, ovata, crassa, basi in tubum con-  
nivente, apice reflexo. *Filamenta* 60 circiter, crassa, brevissima,  
insistentia basi receptaculi elongati: *antheris* longis, acuminatis,  
inflexis, apice in foramen poliniferum dehiscente. *Germina* 50 fe-  
re, planiuscula, acuta, per longum receptaculi imbricatum ascen-  
dantia,

dentia, squamis nuda. *Stigma* sessilia. *Semina* totidem in stro-  
bilum imbricata.

Habitat agrestis prope Cantonem Sinarum.

Sampacca Montana. Rumph. Amb. I. 3. c. 23. tab. 69.

\* Sp. 2. LIRIODENDRON Figo. & . . .

Differ. spec. Lir. *foliis* incurvis, reflexis: *floribus* solitariis: *calyci-*  
*bus* spathaceis: *corollis* 6 - petalis.

Hab., & notæ. Frutex 4-pedalis, *caule* erecto multiplici. *Folia* lan-  
ceolata, integrerrima, incurva, reflexa, nitida, alterna. *Flos* soli-  
tarious, pallidus, interius maculis rubris conspersus, odoratus. *Ca-*  
*lyx* spatia 1 - phylla, obtusa, tomentosa. *Corolla* petala 6, ovato-  
oblonga, erecto-clausa. *Filamenta* 40 circiter, brevia, receptaculo  
inferta. *Germinalia* ultra 40, imbricatis affixa apici receptaculi elon-  
gati, corollæ æqualis, ad basim staminiferi, in medio interrupti.  
*Stigma* sessilia. *Semina* tot, quot germina. Macai dicitur *Fula*  
*Figo*.

Habitat culta Macai, & Cantone Sinarum.

Sp. 3. LIRIODENDRON COCO. & Hoa des hap. & . . .

Differ. spec. Lir. *foliis* ovalis, nitidis: *floribus* solitariis: *calycibus*  
3 - phyllis: *corollis* 6 - petalis.

Hab., & notæ. Frutex erectus, 5 - pedalis, *ramis* diffusis. *Folia*  
ovata, integrerrima, nitida, alterna, petiolata. *Flos* magnus, al-  
bitissimus, solitarius, suaveolens. *Calyx* 3 - gonus, 3 - phyllus, fo-  
liolis oblongis, incurvis, inflexis, tribus angulis corollæ appressis.  
*Corolla* 3 - gono-causa, petala 6, ovato turbinata, carnosæ, incur-  
va, calyci æqualia, bino ordine mutuo conniventia, interiora mi-  
nora. *Antheræ* sessiles, oblongæ, numerosæ, receptaculo conico  
ad basim insistentia. *Germinalia* lanceolata, 8 circiter, ad apicem re-  
ceptaculi imbricata: *stigmatibus* concavis, sessilibus. *Semina* totidem,  
germinibus conformia. Integer flos sub-rotundo-trigonous, fi-  
gura familiæ fructui drupaceo Palmæ Cocos: inde nomen vernacu-  
lum *Fula Coco*, quo Macai vocari solet.

Habitat in Cochinchinâ, Macai, & Cantone, culta ob pulchritudi-  
nem, & odorem floris.

#### GENUS XXIV. MICHELIA.

Char. Gener. *Cal.* 3 - phyllus. *Petala* 15. *Baccæ* mutæ, 4 - spermæ.  
Lin. sy. pl. G. 749.

Sp. 1. MICHELIA CHAMPACA. a Hoa Su nam.

Differ. spec. Mich. *foliis lanceolatis*. Lin. sp. I.

Hab., & notæ. *Arbor magna*: *ramis ascendentibus*. *Folia lanceolata*, integerrima, glabra, sub-icabra, undulata, sparsa, petiolata. *Flos* flavo-gilvus, solitarius, sparsus, pendulus, pedunculo longo. *Calyx* spatula 1-phylla, oblongo-conica, tomentosa. *Perianthium* nullum. *Corolla* petala plerumque 9, sepe plura usque ad 15, exteriora maiora, omnia lanceolata, sub-clausa. *Stylus* nullus. *Anterae* 100 circiter, oblonge, sessiles, insidentes basi receptaculi oblongo-conici. *Germina* 60 circiter, sub-ovata, parti superiori ejusdem receptaculi affixa. *Stigmata* lessilia, oblonga, reflexa. *Pericarpium* *Baccæ* multæ, ovatae, corticola, alperæ, parvæ, 2-4-spermæ, apice irregulariter dehiscentes, *feminibus* ovatis, rubris: receptaculo elongato, filiformi, tortuo sessiles affixa.

Habitat culta in hortis Cochinchinæ, & Macei.

Sampacca Domestica, & sylvestris. Rumph. Amb. I. 4. cap. 21, 22. tab. 67, 68. Champacca. Boni. Jay. I. 6. c. 45. pag. 140. Arbor procea Hapupaha dicta, floribus oblongis, luteis, odoratis. Burm. Zeyl. pag. 31.

Ufus. Hæc arbor estimatur ob odorem floris: cuius vehementia, & constantia maior est, quam suavitas.

### GENUS XXV. UVARIA.

Char. Gener. *Cal.* 3-phyllus. *Petala* 6. *Baccæ* numerosæ, pendulæ, 4-spermæ. Lin. sy. pl. G. 750.

Sp. 1. UVARIA ZEYLANICA. a Cey Mu tra.

Differ. Spec. Uvar. *foliis* integerrimis. Lin. sp. I.

Hab., & notæ. *Eruvex scandens*, caule longo, ramoso, inermi, acirro, *Folia* ovato-lanceolata, integerrima, alterna, glabra, petiolis brevibus. *Flos* fusco-ruber, solitarius, sparsus, pedunculo longo. *Calyx* 3-phyllus, acutus, brevis, patens. *Corolla* petala 6, lato-lanceolata, patentia. *Anterae* plurimæ, sessiles, longiusculæ, compressæ, obtuse, insidentes receptaculo hemipharico, ampio, in orbem coarctatae. *Germina* multa, oblonga, ejusdem receptaculi centro imposita. *Stigmata* obtusa, tot, quot *Germina*, staminæ vix superantia. *Baccæ* totidem, oblongæ, nigrae, glabrae, succosæ, acidæ, pedunculatae, dispositæ in racemum simplicem, rotundatum, pendulum, formatum ex receptaculo, in maturescientia elongato. *Semina* pauca.

Funis Musarius Rumph. Amb. I. 7. c. 43. tab. 42. Uva Zeylanica, sylvestris. Burm. Zeyl. pag. 234.

Sp. 2.

† Sp. 2. UVARIA UNCATA. § Yam chão. ✕ Cây bút dieo.

Differ. spec. Uvar. *foliis* pinnatis : *pedunculis* solitariis, uncinatis. Hab., & nota. *Frutes* magnus, caule erecto : *ramis* longis, scandentibus, inermibus, acirrhis. *Folia* alternatim pinnata, multi-juga, *foliolis* oblongis, integerrimis, acuminatis, glabris, nitidis. *Flos* luteus, sparsus, pedunculis 1-floris, subtus uncatis. *Cal.* 3-phyllo, *foliolis* parvis, reflexis. *Corolla* petala 6, lanceolata, erecta, ad basim constricta, partes generationis occultantia. *An-*  
*theræ* 80 circiter, oblongæ, sessiles, receptaculo insidentes. *Ger-*  
*mina* 30 fere, oblonga : *stigmatibus* linearibus, sessilibus, erectis. *Bacca* totidem ovatae, utrinque acuminatae, luteæ, glabrae, 1-lo-  
culares, 2-spermæ, ad vescendum inepta : *receptaculo* sub-rotun-  
do inhærentes, in capitulum dispositæ. *Semina* intus plana, foris  
convexo-ovata.

Habitat Cantone Sinarum : ubi ad vestiendos parietes pulchre apta-  
tur, & abique violentia extenditur, & attolitur.

Observ. Funis Uncatus Rumphii (Amb. 1. 7. c. 33. tab. 34.) quomo-  
dociunque habitu convenit, sed flore differt, qui ad Cephalanthos  
videtur pertinere.

### GENUS XXVI. ANNONA.

Char. Gener. *Cal.* 3-phyllo. *Petala* 6. *Bacca* polysperma, sub-ro-  
tunda, cortice squamato. Lin. sp. pl. G. 751.

Sp. 1. ANNONA SQUAMOSA. ✕ Cây Mang cùu. § Pê uôn xú.

Differ. spec. An. *foliis* oblongis, sub-undulatis : *fructibus* obtusè sub-  
squamatis. Lin. sp. 2.

Hab., & nota. *Arbor*. parva, 8 pedalis, caule sepius diviso, *ramis*  
diffusis. *Folia* oblongo-ovata, integerrima, glabra, sparsa, pedun-  
lata, graveolentia. *Flos* albus, sparsus, pedunculis 1-2-floris.  
*Calyx* 3-phyllo, brevis, acutus, patens, deciduus. *Corolla* peta-  
la semper 3, lato-subulata, incurva, erecta. *Stamina* plurima bre-  
via, basi receptaculi insidentia. *Germina* numerosa, leviter cohæ-  
rentia, receptaculum conicum supra *stamina* circumdantia : *stigma-*  
*tibus* obtusis. *Bacca* 3-pollicaris, luteo-viridis, squamis crassis,  
imbricatis, cortici coalitis : interius 1-locularis, composita acinis  
plurimis, oblongis, mollibus, albissimis, dulcissimis, odoris, 1-spe-  
mis. *Semina* solitaria, oblongo-ovata, nigra, nitida. *Bacca* integra  
cordato-subrotunda : receptaculo centrali, crasso, tereti, acinos, &  
semina in orbem colligente : cortice communi sub-squamato indi-  
vizo.

Habitat

Habitat in hortis Cochinchinæ, & Chinæ; & in multis aliis Asiae locis a me observata.

Annona Tuberofa. Rumph. Amb. I. t. c. 40, tab. 46. Ubi corolla 3-petala clare pingitur, & describitur. Annona Indica, fructu ex viridi luteo, cortice squamato, aspero, nucleis nigricantibus, parvis. Pluk. Almag. 31 tab. 134. fig. 3.

Observ. suspicari licet Annonom, quam Linnaeus Junior (supp. pl. pag. 270.) dicit Hexapetalam, diversam non esse ab istâ, cuius ego, & Rumphius tria petala tantummodo numeravimus, quamvis aliquando fusu nature duplicita inventa fuerint. Vel forsitan de alia plantâ sermo est, cuius fructum sibi ignotum idem Linn. fateretur.

Sp. 2. ANNONA ASIATICA. a Cey Binh bat.

Differ. spec. An. foliis lanceolatis, glabris, nitidis, lineatis. Lin. sp. 7.

Hab., & notæ. Arbor mediocris, ramis patentibus. Folia lanceolata, integerrima, glabra, lineata, alterna, petiolata. Flos pallidus, pedunculis 1 - floris, 2 - natis. Cal. 3 - phyllus, brevis. Corolla petala 3, oblongo-conica, incurva, erecta. Stamina numerosa, imposita basi receptaculi conici. Germnia plurima, superioris insistitia: in maturentiâ coadunata in Baccam oblongo-conicam, compositam acinis 1 - spermis, 5 - pollices longam, exterius rubescens, levem, interius pulpa albicante, dulci, eduli, sapore, & odore squamoſæ inferiorem.

Habitat culta in hortis Cochinchinæ, & alibi in India.

Burm. Ind. pag. 125. Anona sylvestris. Burm. Zeyl. pag. 21.

Observ. Celeb. Linnaeus, cum generis Annonæ nec fructum viderit, nec florem recentem, observationibus aliorum minus accuratis inductus fuit, ut pericarpium ejus dicere baccam polyspermam. Nunc autem constat plurimas esse bacculas 1 - spermatis, compresso-angulatas, ex totidem germinibus concrecentes, & baccam magnam componentes, in maturitate ab invicem separabiles. Hoc jam ante me notaverant Clar. Jacquinus, Aubletus, & Scopolius. Unicum fructum mentitur, (Annona) sed maturus constat plurimis ab invicem separabilibus. Scop. Introd. Hist. Nat. pag. 255. n. 1151. Similem fructificationem observamus in Bromeliâ, Morinda, Rubo, & Polypedium, quamvis ad diversas classes pertinentibus. In Bromeliâ, Morindâque quælibet bacta partialis procedit ex partiâ flore, calyce, & corollâ propriis instruто. In Polypedium ex partiâ quidem flore, calyce, & corollâ prorsus nudo. In Annonâ vero, sicut etiam in Rubo, bactæ componentes prodeunt ex singulis, & privatis pistillis, quæ non privato, sed communis calyce, & corollâ adunantur.

## † GENUS XXVII. MELODORUM.

## Descriptio Naturalis.

**Cal.** Perianthium 3 - phylum , inferum , foliolis acutis , brevibus ; patentibus , persistentibus .

**Cor.** Petala 6 , triangularia , sub-aequilatera , carnosa , inflexo-clausa ; bino ordine partes generationis occultantia .

**Stam.** Filamenta nulla . Antherae numerosae , oblongae , clavatae , receptaculo plano-convexo affixa e .

**Pist.** Germina 10 , oblonga , antheris circumstantibus coarctata . Stylus nullus . Stigmata coronaria , brevissima .

**Peric.** Baccæ 10 , ovato-oblongæ , sub-teretes , asperæ , 1 - loculares ; polyspermæ .

**Sem.** Multa , compressa , nidulantia .

**Nom.** Quasi mel odorum , ex notabili fructus dulcedine , & odore .

**Char.** Gener . **Cal.** 3 - phyllus . **Petala** 6 , trigono-aequilatera , clausa . **Baccæ** multæ oblongæ : feminibus nidulantibus .

## † Sp. 1. MELODORUM FRUTICOSUM. ✕ Cây Bò gié .

Differ. spec. Mel. foliis lanceolatis , glabris : caule fruticoso .

Hab. Frutex 4 - pedalis , erectus , ramis diffusis . Folia lanceolata ; integerrima , glabra , alterna , odora . Flos luteo-fuscus , solitarius , sparsus . Baccæ ejusdem coloris , sequipollicem longæ : feminibus plurimis , pulpæ parcæ quidem , sed gratissimæ .

Habitat in dumetis Cochinchinæ . Decoctione foliorum Deobstruit .

## † Sp. 2. MELODORUM ARBOREUM. ✕ Cây Nhaoc .

Differ. spec. Mel. foliis oblongis , tomentosis : caule arboreo .

Hab. , & nota . Arbor magna : ramis ascendentibus . Folia ovato-oblonga , acuminata , integerrima , subius tomentosa , alterna , petiolata . Flos albo-viridis , carnosus , tomentosus , solitarius , sparsus : pedunculis brevissimis : antheris , & stigmatibus plurimis , sefullibus . Calyx , & corolla , ut in primâ specie . Baccæ multæ ex eodem flore .

Habitat in sylvis Cochinchinæ . Indigenæ arbores cædunt pro ædificiis . Fructus non edulis .

## † GENUS XXVIII. DESMOS.

## Descriptio Naturalis.

Cal. Perianthium 3 - phylum , rotatum : foliolis triangularibus , parvis , deciduis , inferis.

Cor. Petala 6 , lanceolato-linearia , plana , erecta , tria anteriora minora , prope basim constricta , partes generationis claudentia.

Stam. Filamenta 100 circiter , comppresso-angulata , crassiuscula , brevia erecta , receptaculo hemisphaerico , parvo insidentia. Antherae obtusae , breves.

Pist. Germina oblonga , 35 circiter. Stylus nullus. Stigmata obtusa , numero germinum.

Peric. Baccæ multæ , 10-30 , exsuccæ , longæ , tenues , articulatæ : articulis lato-ovatis , 1 - spermis , laevibus , evalvibus , concatenatis in lineam subcurvam.

Sem. Lato-ovata , dura , solida , solitaria.

Nomen. ( Δεσμός catena ) ob fructus in nodos concatenatos.

Observ. Hujus plantæ fructus articulis concatenatis assimilatur Mülleiriæ Moniliiformi. Lin. Jun. sup. pl. pag. 53 , & pag. 329. Et Coublan-die Frutescenti. Aubl. Guian. pag. 937. tab. 366. sicut etiam Anticholerice. Rhumph. Amb. I. 6. cap. 26. tab. 22. Sed calyce , c orollâ , & partibus generationis ab his omnibus prorsus differt , cum ad Uvariam , Annonam , & Melodorum potius accedat : sicut etiam fructus evalvis , nec leguminosus.

Char. Gener. Cal. 3 - phyllus , rotatus. Petala 6 , lanceolata. Baccæ multæ , articulis concatenatis , 1 - spermis.

† Sp. 1. DESMOS COCHINCHINENSIS. α Cây Chèp chòi : Cây Cò chay. Differ. spec. Desm. foliis lanceolatis , tomentosis : floribus solitariis , clausis.

Hab. Frutex 5 - pedalis , caule erecto , lignoso : ramis debilibus , reclinatis. Folia lanceolata , integerrima , tomentosa , alterna , petiolata. Flos luteo-viridis , terminalis , solitarius , pedunculo longissimo pendulus. Baccæ rubro-virides , sub-fusiles , receptaculo hemisphaericō adhaerentes.

Habitat in dumetis Cochinchinæ.

† Sp. 2. DESMOS CHINENSIS. β Ciu tfit fung. Differ. spec. Desm. foliis ovato-lanceolatis , glabris : floribus solitariis , patentibus . Hab.

Hab., & nota. *Frutex* 6-pedalis, erectus, ramosus. *Folia* ovato-lanceolata, glabra. *Florum* corollæ patentæ. In reliquis notis cohaeret cum primâ specie: unde fortasse illius varietas.

Habitat agrestis prope Cantonem Sinarum.

### GENUS XXIX. ILLICIUM.

Char. Gener. *Cal.* 6-phyllo. *Petala* 27. *Caps.* plures in orbem digestæ, bivalves, 1-spermæ. Lin. sy. pl. G. 746.

Sp. 1. ILLICIUM ANISATUM. & Pà cò huèi hiam. & Dai hòi: Bát giác hòi.

Differ. spec. Illic. *foliis* sub-ovalibus, integerrimis, congestis: *floribus* axillaribus, solitariis. Lin. sp. I.

Hab., & nota. *Caulis* Arboreus, 8-pedalis, *ramis* lævibus, patentibus. *Folia* turbinato-ovata, obtusa, integerrima, glabra, parva, congesta, petiolata. *Flos* luteus, lateralis, solitarius, pedunculatus: *calyx* 6-phyllo: *corolla* polypetalâ, patente. *Stamina* 30 circiter, receptaculo infidentia. *Germina* 8, vel plura, singula singularis stylis brevissimis. *Capsule* plerumque 8, ovato-lanceolatæ, horizontaliter in orbem dispositæ, 1-valves, 1-spermæ: *feminibus* ovatis, compressis, rufis. Planta, præcipue fructus odore Anisi grato, aromatico: sapore dulcescente, sub-ardente gaudet.

Habitat agreste, cultumque in provinciis Sinensis ad occasum Cantoniensis sitis.

Thunb. Japon. pag. 235. Berg. Mat. Med. pag. 514. Skimmi. Kämpf. Amæn. pag. 880. fig. pag. 881.

Virt. Stomachica, Carminativa. Prodest in Colicâ, Vomitu, Lumbagine, Rheumatismo, Tuffi, morbis frigidis, & pituitosis.

Uf. Sinarum populus frequenter utitur Anisato pro condendis cibis, imprimis dulcibus: sed illud, vel Saccharum non folet admiscere potionis Theæ, quâ purissimâ magis delectantur, sicut Arabes, Turcæ, & Armenii gaudent Coffeâ simplicissimâ.

Hypnotic drugs like Cinnamomum Sennatum  
cause burning effects; while certain others  
help, & cure Burns & scalds, etc., etc., etc.

**S. H. THOMAS AND SONS**

Digitized by Google

# CATALOGO

*Das obras já impressas da Academia Real das Sciencias de Lisboa, e dos preços, por que cada huma dellas se vende brochada.*

I. REVES Instruções aos Correspondentes da Academia, sobre as remessas dos produtos naturaes, para formar hum Múfco Nacional.	120
II. Memorias sobre o modo de aperfeiçoar a Manufactura do Azeite em Portugal, remettidas á Academia, por João Antonio Dalla-Bella, Socio da mesma.	480
III. Memoria sobre a Cultura das Oliveiras em Portugal, remettida á Academia, pelo mesmo Author.	480
IV. Memorias de Agricultura, premiadas pela Academia em 1787, e 1788, 1. vol. 8.	480
V. Paschalis Josephi Mellii Freirii, Hist. Juris Civilis Lusitani Liber singularis, iussu Acad. in lucem editus, 1. vol. 4.	480
VI. Osmia, Tragedia coroada pela Academia em 1788, 1. vol. 4.	640
VII. Vida do Infant D. Duarte, por André de Rezende, mandada publicar pela Academia, 1. vol. 8.	240
VIII. Vestígios da Lingua Árabea em Portugal, ou Lexicon Etymologico das palavras, e nomes Portuguezes, que tem origem Árabea, composto por ordem da Academia, por Fr. João de Sousa, 1. vol. 4.	160
IX. Dominici Vandelli, Viridarium Grysley Lusitanicum Linnaeanum nominibus illustratum, iussu Acad. in lucem editum, 1. vol. 8.	480
X. Ephemerides Nauticas, ou Diario Astronomico para o anno de 1790, calculado para o meridiano de Lisboa, e publicado por ordem da Academia, 1. vol. 4.	200
O mesmo para o anno de 1790, 1. vol. 4.	360
O mesmo para o anno de 1791, 1. vol. 4.	360
XI. Paschalis Josephi Mellii Freirii Institutionum Iuris Civilis Lusitani Liber primus de Jure Público, iussu Acad. in lucem editus, 1. vol. 4.	480
XII. Memorias Económicas da Academia Real das Sciencias de Lisboa, para o adiantamento da Agricultura, das Artes, e da Indústria em Portugal, e suas Conquistas, 1. vol. 4.	800
XIII. Collecção de Livros ineditos de Historia Portugueza, dos Reinos dos Senhores Reys Dom João I., D. Duarte, D. Affonso V., e Dom João II., 1. vol. fol.	1800
XIV. Avisos interessantes sobre as mortes apparentes.	grat.
XV. Tratado de Educação Fysica, para uso da Nação Portugueza, publicado por ordem da Academia Real das Sciencias, por Francisco de Mello Franco, Correspondente da mesma Sociedade.	360
XVI. Documentos Arabicos da Historia Portugueza copiados dos originaes da Torre do Tombo com permissão de Sua Magestade, e vertidos em Portuguez por ordem da Academia pelo seu Correspondente Fr. João de Sousa.	480
XVII. Observações sobre as principaes causas da decadencia dos Portuguezes.	

tuguezes na Ásia ; escritas por Diogo de Couto em fórmula de Dialogo , com o título de Soldado Prático ; publicadas de ordem da Academia Real das Ciencias de Lisboa , por Antonio Caetano do Amaral , Socio Efectivo da mesma .

480

XVIII. Flora Cochinchinensis : sistens Plantas in Regno Cochinchina nascentes. Quibus accedunt aliæ observatae in Sinensi Imperio , Africâ Orientali , Indiæque locis variis. Labore , ac studio Joannis de Loureiro Regis Scientiarum Academicae Ulyssiponensis Socii: Jussu Academ. R. Scient. in lucem edita. 2 vol. in 4.<sup>o</sup> maior. (\*) - - - 2400

Estaõ debaixo do prelo as seguintes.

Actas , e Memorias da Academia Real das Ciencias , 1.º vol.

Memorias Economicas da mesma , 2.º vol.

Taboadas Perpetuas Astronomicas para uso da Navegação Portugueza.

Obras ineditas Poeticas de Pedro de Andrade Caminha.

Collecção de Livros ineditos de Historia Portugueza , dos Reinados dos Senhores Reis D. João I. , D. Duarte , D. Affonso V. , e D. João II. , 2<sup>o</sup>. vol.

Diccionario da lingua Portugueza.

Tratado de Educação Fysica para uso da Nação Portugueza , por Francisco José de Almeida , Correspondente da Academia.

Synopsis Chronologica de Subsídios , ainda os mais raros , para a Historia , e Estudo critico da Legislação Portugueza , por José Anaftasio de Figueiredo , Correspondente da Academia.

Esta para imprimir-se.

Paschalis Josephi Mollii Freirii , Inst. Juris Civilis Lusitani , Lib. secundus.

(\*) Por falta e inevitável demora de todos os carácteres proprios , que são necessários para se imprimir o Index dos nomes Cochinchinenses , que se acha feito para se seguir ao Latino , sahe ainda sem elle esta Obra ; e por estes dois até tres meses se entregará aos Livreiros para por elles se lhe juntar , ou distribuir gratuitamente aquelles , que já tiverem comprado a mesma Obra .

Vendem-se em Lisboa nas lojas de Borel , e de Bertrand , e na da Gazette , e em Coimbra tambem pelos mesmos preços.